CONSTITVTIONES PROVINCIÆ MEDIOLANENSIS.

CVM DECRETIS ORDINIBVS ET DECLARATIONIBVS SENATVS

HAC NOVISSIMA EDITIONE AMPLIATIS, Et illustratis.

AD PERILLVSTR. I. C. REG. Ac Ducalem Senatorem Mediol.

D. IO. THOMAM GALLARATVM.



MEDIOLANI, cura & sumptu Io. Bapt. Bidellij. M.DC.XVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

+

Imprimatur

Fr.Hippolytus Maria Zocha S.Theol. Lect. Vic. Roſæ Commiſſ.S.Offitij Mediolani.

Gul.Vid.Theol.S.Nazarij pro Reuerendiſs.D.Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentiſſimo Senatu.

PERILLVSTRI VIRO IOAN. THOMÆ GALLARATO

REGIO SENATORI, &c.

PRodeunt iterum nouo Typorum beneficio tui nominis inſcriptione inſignitę NOVÆ CONSTITVTIONES Ducum Mediolani, quibus Ius Ciuitatis & ditionis Mediolanenſis quodammodo continetur; opus non vtile modo, ſed vero etiam neceſſariũ; non ſolum quia exemplarium paucitati, & errorum multitudini, qui librariorum partim incuria, partim feſtinatione irrepſerant, conſultum eſt; ſed longe magis quia locupletatum Syllabo copioſo, amplificatum Senatus Excellentiſſimi decretis, & declarationibus ad hãc diem euulgatis ad cõmune omnium beneficium. Sciebam ego rem eſſe digniſſimam, in qua, meam operam induſtriamq́ue impenderem, quam non tam priuatis commodis, quam publicæ vtilitati deuoui. Neque vero nutabat animus cui potiſſimum meus iſte labor conſecraretur, & cuius Patrocinium libro de more adoptarem; tu enim mihi vnus ſtatim occurrebas, cui multis nominibus, & propter generis claritatem, & propter or-

namenta doctrinæ, virtutumque omnium debebatur. Nam & Constitutiones Ducum Mediolani illius nomine ornandæ fuerunt, qui ab ijs Clarissimis maioribus natus est, qui à Mediolani Ducibus ob insignia facinora, & munera rite obita, ornamenta illustria reportarunt: Decreta vero Senatus, Regio Senatori, non vni quidem è multis, sed inter multos prope singulari deferenda fuerunt: Ius denique huius Dominij Viro iurisperitissimo, cuius labor in æquitate, iustitiaq; seruanda, diù multumque sit castè integreq; versatus, omnino conuenire intelligebam. Sciebam ego patrem tuum Alphonsum, hominem integerrima, & diuina quadam mente prędi tum, per omnes honorum gradus ad amplissimam dignitatem conscendisse. nam prima ferè ætate, bis vrbis præfectū egit; tum Laudæ Prætor, indeq; Alexandriæ Creatus; postea in vrbe præpositus rebus capitalibus, Senatorium demum attigit culmen. Auus vero tuus Io. Thomas vir incomparabilis virtutis sub Duce Francisco Secundo Tribunus primū bis mille peditum, & equitum ducentorum fuit; mox eiusdem Ducis orator ad Inuictissimum Carolum Quintum Imperatorem semper Augustum profectus: Cui non multo post in Aphricana expeditione militarem egregiam operam contra Barbarossam Turcicæ Classis præfectum strenue ita nauauit, vt in argumentum singularis virtutis, ab Imperatore militaribus sit ornatus insignibus & Aquila Imperatoria Donatus, grauissimo insuper testimonio celebratus, se eius eorumque virorum fortium, qui eum Ducem sequebantur eximia industria victum Barbarossam Arce Guletæ tum Regno Tunetis vniuerso eiectum, terra demum manique profligatum vidisse. In Gallico vero bello Tribunus bis mille peditum ad custodiam Cæsareæ Maiestatis, ære annuo auctus, laudibus insuper ab eodem Imperatore ornatus amplissimis, quarum summa hæc fuit quod Io. Thomam & prudentem legatum,

&

& militem simul inuictum Bello paceque insignem ipsemet prospexerit, atque ita ei non multo post Casalis Montisferrati & Vercellarum eiusdem Imperatoris nomine administratio demandata. qua bene gesta, Arcis & Ciuitatis Papiæ præfectus & Gubernator à Rege Philippo Secundo, postremo Senator ex equitum numero, magnum sui desiderium omnibus reliquit. Simili ferè decursu honorum gradus Proauus tuus Philippus, & Abauus Petrus attigerunt: nam ille à sanctioribus Consilijs Ferdinando Regi Neapolis fuit, eiusdemque militiæ Dux primarius ita se gessit, vt singulari eius virtute Regnum Ferdinandus receperit, vt auctor est Corius, honore postea, qui est in ea Ciuitate perinsignis priuilegio scilicet vocis de Consilio vt vocant Nidi decoratus est: Hic vero non obscura virtutis & Nobilitatis posteris monumenta reliquit; tum ab affinitate qua cum Mediolani Ducibus erat coniunctus, tum ab insignibus legationibus magna cum laude obitis, tum à Senatoris & Ducum Consiliarij, eximijs honoribus; quibus item muneribus eius Pater Attauus tuus perfunctus erat. Alios enumerare longum esset, qui amplissimis honoribus aucti singularibus virtutibus ornati, rebus præclare gestis eximij, magnum Illustrissimæ familiæ tuæ splendorem pepererunt. Cuius tu non hæres modo, in quo non magna tua laus foret, sed amplificator, in quo singularis tua est gloria extitisti. Tu enim nulli maiorum tuorum Secundus, ijs naturæ præsidijs Cumulatus, quibus ad eximia quæque & excelsa natus, factusque videris, singulare studium, industriamque à prima ætate addidisti, itaque perfecisti vt doctrinas omnes ingenuo homine, & illustri dignas, ingenti cum felicitate, quam celerrime compararis. ideo nullus magistratus fuit, quo tua virtus & sapientia non dignissima videretur. Quid mirum igitur si ad summum dignitatum culmen ea ætate perueneris qua Cæteri vix primas petierunt? Viderunt

te

te sapientes viri & vero etiam suspexerunt (quod de magno illo Scæuola dictitabant Romani illi primores) Iurisperitorũ nostræ Ciuitatis eloquentissimum causarum Patronum; vsque adeo vt quod oratorum Princeps de se ipso affirmat, tibi absque vlla assentationis suspicione tribuere possimus, tantam te in causis comendationem habuisse, vt non vlla esset quæ non tuo digna patrocinio videretur; hunc habuit Campum. 16. annorum curriculo, in quo tua excellens iurisprudentiæ & eloquentiæ scientia excurreret, in defendendis fortunis, & incolumitate priuatorum Ciuium, tanta cum fide, & integritate, vt dum aliorum saluti consuleres, tibi magnã & virtutis & sapientiæ opinionem compatares. Tum à priuatorum periculis, ad communem ciuium causam, incredibili omnium alacritate euectus vrbis præfectus, prouinciam frumentariam tanto studio publicę vtilitatis, tantoque animi ardore complexus es, vt ex summa inopia rei frumentariæ & caritate, magna tuis laboribus parta annonæ vilitas sequeretur, ingenti cum omnium commodo & gratulatione; vsque adeo vt nunc etiam rei & insignis beneficij à te accepti memoria in omnium ore versetur. Nec ijs sese tua virtus in eo magistratu finibus continuit, sed alieno ære Ciuitatem oppressam singulari quadam solertia prudentiaq; liberasti vt etiam nunc tuo videatur beneficio respirare. Sed Regiæ Maiestatis sapientissimo Consilio & auctoritate ne dum eo Magistratu perfunctus, ad rerum capitalium amplissimam Præfecturam conscendisti, vt omnium ad te oculos cum admiratione conuerteres; quod eum quem Ciuitas Ianitoribus comitatũ viderant eodem pene die germanis Hastiferis ad corporis custodiam de more eius magistratus, stipatum intuerentur; hic vero quam constanter & incorrupte in perditos homines atque nefarios iuxta legum sanctissima scita incubueris, nullus fuit, qui non apertissime viderit; vel proprio etiam commo-

do

do sit expertus, cum vias publicas ante à latronibus obsessas hominum fortunis, vitæque insidiantibus, statim hac Reipub. peste liberaris, vt iam tutissime posset quiuis iter quodcunque per Mediolanensem prouinciam suscipere, vt non minor quidem in perpurgando orbe Mediolanensi à siccarijs latronibus humani sanguinis hostibus tua virtus fuisse; quam Herculis in Monstris toto orbe pellendis extitisse videatur. Ita tamen iustam seueritatem beneuola mansuetudine copulabas vt terrori esses improbis, bonos vero singulari quadam humanitate complecteris. Sed illud vnum inprimis admirabile visum est, vel solo terrore & metu maleficia & flagitia ita à te compressa fuisse, & à mortalium capite perniciem propulsatam, vt vel ense condito perficeres, quod alij vix educto præstare possunt. Quare nemini mirum esse debet si recte factorum tuorum celeberrima fama permotus Rex noster Serenissimus, sui ordinarij census quæstorem te esse voluerit & anno nedum expleto in amplissimum ordinem Senatoriũ cooptarit. Quo vno grauissimo iudicio & maximo satis patere voluit omnibus, quid de tua incredibili sapientia doctrina virtute, integritate, fide, constantia, magnitudine animi, & sentiret ipse, & te ab omnibus quam magni æstimari vellet. Sed quoniam non id nunc ago vt te tuasq; laudes celebrem, ne in moderationis tuæ offensionem incurram, vel epistolæ violem breuitatem, quam te cunctis admirabilem præstes in celso dignitatis gradu collocatus, silentio potius admirabor, quam vt eam orationem instituam, cuius difficilius sit exitum quam principium inuenire: illud tamen taceri nõ patiar carissimum te ob eximias virtutes fuisse principibus, & inuidiam virtute, ætatem sapientia superasse. His igitur nominibus præcipue animo commouebar, vt præsens opus tibi consecrarem; Sed enim vero fatebor quod res est, quantum me ad id præstandum singularis maiorum tuorum nobilitas,

&

& eximia tua virtus & dignitas excitabat, tantum me mea tenuitas, tantæ tuæ amplitudini collata deterrebat, ac pene deterruisset nisi mira etiam te esse in mediocres homines facilitate, & Comitate nouissem quæ me in spem certissimam erexit, vt crederem meum hoc obseruantiæ in te meæ argumentum, tibi non ingratum futurum. Ea igitur excitatus meorum hoc qualecunque laborum munusculum, tibi volens, lubensque consecro, oroque, vt has Constitutiones Illustrissimi nominis tui notis illustrari patiaris. Illudq; in primis velim memineris in muneribus non tam donum ipsum spectandum, quam studium & voluntatem offerentis. Vale Mediolani ex Typographia mea VIII. Calen. Iulij M. DC XVII.

Obsequentissimus seruus

Io. Baptista Bidellius.

Eorum qui in Excellentissimo Sacratissimoq;

SENATV MEDIOLANI

SEDENT

NOMINA.

ILLVSTRISS. D. AVGVSTINVS DOMINICVS SQVARCIAFIGVS PRAESES.

PERILLVSTRES SENATORES DOMINI

LVDOVICVS MADIVS.
PAPYRIVS CATANEVS.
LVDOVICVS ACERBVS.
HIERONYMVS CALLENTVS.
CO. LVDOVICVS TABERNA.
TRVSSVS DE TRVSSIS.
FRANCISCVS PANIGAROLA.
HIERONYMVS PARAVICINVS.
NICOLAVS AIZALDVS.
IO. BAPTISTA TROTTVS.
IO. BAPTISTA VICECOMES.
IO. THOMAS GALLARATVS.
ALVYSIVS MELTIVS &
MATTHAEVS CAIRASCVS MALDONATVS.

SECRETARII
SENATVS.

Io.Franciſcus Landrianus.
Io. Antonius Marcheſonius.
Alexander Beſutius.
Io.Baptiſta Saccus.
Thomas Bellaſius.
Io.Baptiſta Annonus.

Ad Illuſtriſs. & Excellentiſs. Principem

ALPHVNSVM
AVALI

Merchionem Vaſti, Montis Herculei Ducem, Cæſ. Maieſt. in Italia Capitaneum Generalem, & in Statu Mediolani Locumtenentem &c.

Franciſci Craſſi in vtroq; iure licentiati, Mediol. ciuis.

De origine Iuris Mediolanenſis

LIBELLVS.

Ciuitas Mediolani, Illuſt.& Excell. Princeps, non tamen Inſubriæ, ſed totius Italiæ antiquiſſima perhibetur. Hanc iure ſcripto primum vixiſſe accepimus, quum Langobardi Reges ei imperarent (quorum leges adhuc in multorum manibus extant) ſed publice in deſuetudinem abierunt. Nec ante Iuſtiniani Cæſaris leges apud nos receptæ, occupantibus non ſolum Inſubriam, ſed fere totam Italiam Gothis, qui à Beliſario primum, demũ à Narſete Eunucho auxiliaribus Langobardis ad internitionem deleti fuerunt, interceſſere poſtmodum Narſetis infælix Reuocatio, Iuſtiniani mors, & repentinus Langobardorum in Italiam aduentus, Inſubriæq; occupatio, ita vt nullus locus

fuerit apud nos introducendis Iustiniani legibus. Tamdiuq; Langobardicis viximus institutis, quamdiu eorum durauit Imperium, Annis fere ducentis supra septem, genteq; illa à Carolo Magno Desiderio eorum Rege capto, occisione occisa, leges hæ per tempora, quibus Caroli vni post alios descendentes, Italiæ Imperium tenuerunt, fere euanuerant, primus ex Caroli successoribus Lotarius Imperator Augustus, leges aliquas nobis dedit, quæ adhuc vigent, & Feudales causas respiciunt. Ad eorum progenie in Italia extincta, Berengarijs Italiam occupare conantibus, Imperio Rom. ad Germanos translato, Nulla vlterior lex à nobis receptæ, quam à Federico, cognomento Enobarbo Imperatore, ante infelicem nostræ Ciuitatis euersionem, eodem Cæsare auctore factam. Restituta demum opibus, & auxilio nonnullarum Ciuitatum Italiæ, nobis nostra Ciuitate, vbi à continuis bellis respirare licuit, non tantum intenti fuerunt maiores nostri Ciuitati reedificandæ, quàm legibus condendis etiam ex ipsius Federici Cæsaris placito, antequam in Asiam, vbi obijt, proficisceretur. Non tamen aliæ leges tunc conditæ, quam quod consuetudines feudorum in vnum volumen à Mediolanensibus Iureconsultis redactæ. Feuda enim principium apud nos à Langobardis Regibus habuerunt, sed maius incrementum ex munificentia, & liberalitate successorum Caroli Magni, qui fere omnia in Italia sub diuersis titulis Ducatus, Comitatus, & alijs nominibus in feudum concesserunt. Vindicata demum post pacem constantia certis conditionibus à Cęsare libertate, modo Consulum, modo Capitaneorum populi ex nostratibus, demum Prætorum annuo, vel semestri Imperio paruimus, Edictaq; eorum multos annos obseruauimus pro legibus, vsque ad Turrianorum tempora, Quibus Ciuitas nostra cæpta est fastionibus agitari. Hinc Turrianis, illinc Vicecomitibus (ciuibus nostris) Imperium affectantibus, præuale-

re

re Turriani, expulso Matheo magno Vicecomite, vsque ad Henrici Lucelburgensis Augusti tempora. Et tunc primum Mediolani leges municipales conditæ. Eiectis demum Turrianis Vicecomitum Astu,& Henrici potentia,paulatim Mathæus,& successiue filij administrationem Ciuitatis occuparunt. Modo contenti Capitanei Populi titulo,modo à Cæsare Vicariatus dignitate insigniti sunt. Id primi exercuerũt Mathæi filij,qui Decretis condendis, principium dederunt. Et hæc sunt,quæ censuram Iudicium, & officialium respiciunt. Iohannes dehinc Archiepiscopus,cum Luchino fratre,pleraque condidit ad onera diuidenda,& ferenda facientia. Nonnullisq; alijs per Galeacium, & Bernabouem fratres Vicecomites circa venationes,& onera decretis conditis, vbi Bernaboue capto,& dignitate priuato,res est deuoluta ad vnum Io. Galeacium generum,& fratris filium, qui non contentus Vicario titulo, Ducis nomine Excellentia à Vincislao Imperatore insigniri voluit, is Siluam Decretorum proposuit, præsertim contra libertatem Ecclesiasticam plusquam ducentũ. Huius etiam sunt, quæ ad perfectos Annonæ, & Salis pertinent, & quæ ad ciuiles causas instruendas, & decidendas respiciunt. Eo primo Duce defuncto plerique populares motus emersere, vt intra paucos annos Ioan. Maria filio coniuratione nonnullorum ciuium nostrorum interfecto, Philippus frater vbi paternum recuperauit Imperium, patrem in condendis Decretis superauit, vt difficile sit credere. Occupatum continuis bellis Principem tantam molem legum condidisse: Hæc sunt,quæ ad confiscationis bonorum onera, redditus ordinarios, & extraordinarios, ac causas Fiscales pertinent, pleraq; tyrannica, & quæ tempore bonorum Principũ recepta non fuerunt, Philippo defuncto, sublata nostra libertate, Franciscus Sfortia primus Mediolanense obtinuit Imperium. Admiratus is Princeps tam immensam Decretorum

conge-

congeriem, cogitauit quæ tyrannica erant tollere, & quæ bona recipere, ac iusta, & æqua sancire: Itaque adhibitis Celeberrimus nedũ Insubriæ, sed totius Italiæ Iureconsultis, qui tunc in Ticinensi Academia florebant, vnico Edicto omnia Decreta suspendit (quod adhuc extat.) Verũ immensi suscepti oneris molem contemplatus, ab incepto destitit, paucisq; Decretis Philippi soceri antiquatis, reliqua seruãda permisit. Huius etiam sunt, quæ Taxas Equorum, & tutelas, & curas concernũt. Francisco successit Galeaz Sfortia primogenitus, qui imitatus patrem pauca Decreta condidit. Eoq; conspiratione triũ nostrorũ ciuiũ occiso, Ludouicus frater modo curator Ioan. Galeacij Ducis fratris filij, Modo, eo ab humanis sublato, Ducatus dignitate à Maximiliano Cæsare insignitus, pleraq; quę primus Dux fecerat, in melius reformauit, vnicoq. edicto, vt Alexandro Pont. Max. satisfaceret omnia quæ contra Ecclesiasticam libertatem erant, reuocauit, diuersaq. statuit causas Fiscales, & Feudales pertinentia; plurimumq. Fisco suo fauit, vt nihil accuratius, nec intentius faceret, sed Ludouico à Christianissimo eiusdẽ nominis Gallorum Rege, capto, fluctuauit per multos annos Mediolanense Imperiũ modo Gallis obtinentibus, modo Maximiliano Sfortia Ludouici primogenito per tres annos, aut paullo plus nobis imperante. Et dehinc Christianiss. Francisco Francorũ Rege præualente donec Auspicis sacratiss. Caroli V. Imperatoris Augusti domini nostri Franciscus Sfortia secundus, Ludouici filius, à Cæsare de Ducatu inuestitus, rerũ potius est, is Princeps pressus anniuersarijs armis, & quandoq. extra Cæsaris gratiam existens, animũ ad ciuium excolendam politiam ponere non potuit, donec à Clementissimo Cæsare in gratiam, & dominium Mediolani restitutus; pacato ferè toto Christiano orbe, per Bononiense fœdus: Quo facto Magistratus instituit, & ex omnibus Ordinibus vnumquemque optimum in Senatu elegit: Nihilq. attentius

tentius fecit, quàm vt Magistratus bene se gererent, & iustitiæ suas integras partes darent, congeriemq. Decretorum illorũ temporũ damnans statuit superflua resecare, & cætera repurgata in vnum volumen redigere: Itaque id munus iniunxit Illustri Equiti, & Clariss. Iurisconsulto Iacobo Philippo Sacco Senatus Præsidi, qui ex Senatu duos iuris scientia, rerumq. experientia insignes, Franciscum Lampugnanum, & Ægidiũ Bossium Mediolanenses ciues huic operi perficiendo vnà cũ alijs de quibus prima Constitutio loquitur, præfecit. Etsi multi electi ad id opus fuerint, tamen vt ingenue veritatem fatear, huius rei pondus, & æstus super eorum humeros resedit. Testis ego horum sum locuplex, cui Senatus principalem curam conquirendorum Decretorum, & compilandarum Constitutionum dederat, me omnia primum ad hos duos Senatores detulisse, & eorũ opera, studio, & scientia castigata, & concinnata, demum à toto Senatu me referente perpolita, & consummata fuisse: cæterum huic egregio corpori caput imponi non potuit, ob mortem ipsius Ducis, non tamen eo defũcto, & Regno Mediolani ad Cæsarem deuoluto, destitum est ab opere ex ipsius Cæsaris decreto, conquisitis nedum per nostras Ciuitates his Decretis, sed etiam per alias, quæ huic imperio olim parebant, maximo meo labore, & impendio, ita vt multa millia Decretorum sparsa, in vnum volumen redacta sint, superfluis resecatis. Et his quæ intra leges recipi non debeant reiectis, Hoc volumen sub nouo nomine Constitutionum superiori iam biennio oblatum Cæs. Maiestati, & per eã approbatum iussu tuo Illustriss. Princeps publicatum, vsu receptum est, verum ob festinum Cæsaris recessum in Affricanam expeditionem, tam accelerata fuit editio, vt non potuerim errores, qui vitio Impressoris inerant corrigere, & causas reddere, quibus ad hoc opus necessario, & ex vtilitate publica deuentum fuerit, itaque cum perocium licuit, id in præsens

feci,

feci,& Indicem addidi,& pleraq. alia: Quæ omnia tuis auspicijs nunc in lucem veniunt: Datum est hoc fœlicitati tuorum temporum, Magnanime Princeps, vt quod tot Duces attentarunt, tuo tempore perfectum, æditum, & impressum sit. Nec id munus fœlicitati tuæ adscribendum censeo, quam quod vltra alia per te præclaræ gesta, Niceam Vrbem, fortissimum Italiæ propugnaculum à Turcis hoc anno captam, occupato ab Ariadeno ingenti classe nostro mari, Turcarum Imperatore cum innumero exercitu Pannoniam inferiorem occupante, & iam superiori imminente, nec quietis in Germania rebus ferocissimo Gallorum Rege, potentissimo exercitu Galliam Belgicam infestãte, firmissimisq. præsidijs Taurinos contra nos tenente, in omnium rerum penuria, coacto exercitu, per difficilia itinera, ad solam tui nominis, & tui aduentus famam recuperasti, vltraq. Varum flumen hostes fugere coegisti. Oramq. maritimam Italiæ liberaueris, & eodem quoque tempore paucis diebus Montem Regalem ciuitatem nobilissimam firmissimo præsidio à Gallis munitam cum vniuersa eius Regione ad deditionem compuleris, Magna sunt fœlicitatis signa sed nõ minora sunt, quod tuis auspicijs, dum pro Cæsare Italiam armis tueris, Insubria prouincia inter primas Italię, legum, morumq. reformationem receperit. Quot per tot sæcula tot Principes, & Bello, & pace insignes, desiderauerunt nec assequi potuerunt. Est Deus Opt. Max. qui te porregit, Religiosiss. Princeps, qui opera tua in vias rectas dirigit, Benefacis, pie facis, & Christianum agis, omnia ad Deum refferens, is à tenera vsque ætate, multa tibi pollicitus, multa dedit, maioraque dabit, vt spero, & eam, quam semper tuæ Excellentiæ, & tuis opto fœlicitatem, ac bonam, & prosperam valetudinem.

No-

Nomina Illuſt. Reu. & Mag. Senatorum, qui interuenerunt compilationi Conſtitutionum.

IACOBVS Philippus Saccus Præſes.
Franciſcus Taberna ſupremus Cancellarius.
Io. Angelus Arcimboldus Epiſcopus Nouariæ.
Galeaz Petra Epiſcopus Vigleuani.
Hermes Stampa Prothonotarius Apoſtolicus.
Philippus Caſtilioneus Prothon. Apoſtolicus.
Franciſcus Lampugnanus.
Ludouicus Porrus.
Aegidius Boſſius.
Marcus Barbauaria.
Franciſcus Craſſus.
Franciſcus Sfondratus.
Alexander Amannius.
Iulius Viuſtinus.
Io. Baptiſta Specianus Capitaneus Iuſtitiæ.
Io Maſſonerius de Brinonia.
Petrus Paulus Arrigonus.
Franciſcus Caſatus Prothonot. Apoſtolicus.

GABRIELIS FAERNI
Carmen.

Inſubrum Decreta Ducum, legesq́; vetuſtæ,
Vaſtum incompoſita mole volumen erat,
Congeriem informem, confuſaq́; iura Senatus,
Digeſſit, certis diſpoſuitq́; locis.
Inq́; nouam legum faciem, corpusq́; redegit,
Fuſaq́; in exiguum membra coegit opus.
Has igitur quiſquis veterum farragine legum,
Atq; indigeſta mole grauatus erat,
Perlegat, vtatur, ſunt hæ breuitate minores,
Ordine maiores; vtilitate pares.

Mag.

Mag. Equiti & Clarissimo Iurisconsulto

FRANCISCO
CRASSO
Cæs. Senat. ac Præt. Cremonæ,

Franciscus Crassus. S. P. D.

CVm vidissem, Senator Clarissime, superioribus annis editis duobus Decretis super Abolitione criminum, vno per Illustris & Excell. Franciscum Sfortiã, Illust. Ducem nostrum, eo tempore, quo Illust. Christiernam vxorem duxit, & eo defuncto, Ducatuq Mediolani ad Sacrum Romanum Imperium deuoluto, altero per Illust. Antonium Leyuam Cæsaris Vicemgerentem edito, in pluribus eorum decretorum partibus hæsitatum fuisse, maioresq. difficultates nunc oriri, super hac nouella Constitutio interpretanda. Quæ per Illust. & Excellen. Alphunsum Aualum Cæsaris Capitaneum Generalem, & Locumtenentem, ob publicam lætitiam sacratissimæ pacis edita est, operepretium duxi, vt amicis satisfacerem, aliquas Annotationes, quas superioribus annis cumulaueram, in publicum edere. Sed vt cum præsidio in lucem venirent, tibi dedicandas censui. Accipe igitur hilari frõte affinis & amici hominis paruulum munus: quod si gratum fuisse intelligam, dabis ansam multa alia edendi, tuo sub nomine, & præsidio. Bene vale. Mediolani primo Nouembris. 1544.

NO-

NOVA CONSTITVTIO

De abolitione criminum

Illustriss. & Excellentiss. Alphunsi Auali Marchionis Vasti, Caroli V. Rom. Imp. Inuictiss. Capitanei Generalis & in Statu Mediolani Locumtenentis.

Edita die decimatertia Octobris. CIↃ IↃ XLIIII.

SI vnquam ante hac ępublicæ lętitiæ causa cum illis qui in aliquam pœnam incidissent, aut propter æs alienũ carceribus reclusi detinerentur mitiùs agẽdum fuit, si gratia, aut liberalitate aliqua hi complectendi, condonandive fuerunt, Id hoc maxime tempore faciendum est; quo diuino numine afflati, Cæs. Maiestas, & Christianiss. Francorum Rex iam tot bellis & prælijs confectis, quibus vniuersa Respublica Christiana innumeris cladibus effecta est, firma, stabili, & perpetua pace inter se pro cõmuni omnium quiete & securitate fœdera sanxerunt. Ea res, cùm ab omnibus Christiani nominis cultoribus diu desiderata fuerit, & ingentibus votis expetita, ac iam tandem summi Dei benignitate assequuta, non immeritò videtur exposcere, vt in signum tam læti & felicis nuntij etiam erga eos, qui in pœnam prolapsi, aut ob æs alienum carcere inclusi sunt, clementia, & mansuetudine vti debeamus; quo & ipsi participes fiant huius maximi, & exoptati gaudij. Harum igitur serie, Imperiali qua fungimur auctòritate, ex voto etiam Excell. Cæsarei Senatus cum quo eiusmodi res participata est, decernimus, statuimus & volumus subditos omnes & singulos huius dominij mediatos, & immediatos de insultu, percussionibus, vulneribus etiam animo deliberato illatis, vbi mors secuta non sit, de ho-

 micidio.

micidio, Casu vel in rixa commisso, receptione bannitorum, robaria, sfrosatione salis, aut bladorum,[d] & de alijs quibuscunq. criminibus,[e] dūmodo non sint officiales, qui in suo officio deliquerint, siue damnatos, siue bānitos tantùm, & siue adhuc eorum processus pendeant, siue adhuc non sint accusati vel delati, etiam si[f] crimen occultum sit, liberari & absolui,[g] ipso iure, & facto, prout & nos prædicta auctoritate ipsos liberamus, & absoluimus, tam à pœna corporali, quàm à quacunque alia, quæ Cameræ Cæs. aut Feudatariorum, aut Communitatis alicuius spectaret. Et si carceribus mancipati essent, eos illicò liberari, & relaxari volumus; dummodo pœna realis exacta, composita, aut bona ipsa descripta, seu actualiter apprehensa non fuerint. Et hoc tamen, si[h] remissionem & pacem ab offensis habeant in casibus, in quibus[i] necessaria est remissio, seu intra duos mēses, à die publicationis huius nostri Decreti numerādos illam habuerint, & eam intra dictum tempus præsentauerint officialibus, quibus spectat, & spectabit. Quæ omnia locum habere intendimus in his tantùm, quæ facta sunt: aut commissa ab hodierna die retro. Reseruatis dumtaxat in præmissis criminibus sacrilegij, hæresis, fabricationis falsæ monetæ, homicidijs animo deliberato paratis, qui ad offensam in causa talium homicidiorum animi deliberati, & aliorum reseruatorum vt suprà, testimonium deposuerint, vel deponi mandauerint, quæ in huiusmodi gratia, & liberalitate nō intendimus. Reseruata tamen nobis facultate prouidendi super homicidijs etiam animo deliberato, iam decennio elapso commissis, prout qualitati casuum, & personarum nobis conuenire videbitur. Mandamus itaque omnibus, & singulis Iusdicentibus, Officialibus, & Notarijs huius Dominij mediatis, & immediatis, quibus spectat & spectabit, vt omnes, & quoscunque processus, banna, scripturas, acta, & condemnationes, & quęcunque alia, quæ facta reperientur in his causis, quarum mentionem supra fecimus, gratis & absque aliqua prorsus solutione deleant, & penitus annullentur, prout & nos per præsentes iam dicta Imperiali auctoritate delemus, & penitùs annullamus, & eorum reorum nomina, de albo cassari faciant; quinetiam volumus, & ita expressè iniungimus omnibus & singulis Magistratibus, Iusdicentibus, & officialibus huius Dominij mediatis & immediatis, ac præsentibus, & futuris, quòd pro criminibus delictis adhuc non delatis, & forsan incognitis, seruatis, & adimpletis præmissis, à prædicta die hodierna retrò commissis in futurum quo quomodo nō audeant inquirere, procedere, nec molestare delinquentes, saluis tamen & exceptis casibus superius expressis & reseruatis. Ad hæc decernimus omnes & singulos carceratos & detentos, ex causa publici, seu priuati debiti, modo non sit ex causa datiorum, seu redituum ordinariorum relaxari. Quos omnes & alios debitores ex causa priuata, personaliter molestari intra trimestre proximum nolumus. Cum autem nimis gratiose agere posse hoc tempore nobis non videamur, statuimus etiam & iubemus omnes & quascunque mulctas,[l] siue condemnationes pecuniarias Cameræ Cæs. quacunque ex causa in hanc vsque diem factas, & applicatas, nullas esse, neque exigi quouismodo posse,[m] saluo tamen semper iure tertij. Et quoniam ad reprimendam delinquentium temeritatem, & proteruiam,

pro

pro subditorum quiete, in proximis bellorum turbinibus, necesse fuit nonnullas proclamationes, & ordines facere, pœnas extraordinarias delinquentibus imponentes, & in præsentia pace iam constituta, operæ pretium videtur minus seuerè agere, decernimus & statuimus, omnes eiusmodi proclamationes & ordines aboleri debere, prouenos per præsentes iam dicta Imperiali auctoritate abolemus: Præter ordines aduersus primo euaginantes, defferentes Sclopum à rota, & in re sfrosationum bladorum editos, quos pro totius Status quiete, & subditorum commodo, & securitate, ac durante præsenti penuria, firmos manere decernimus, Cæterum quia & extrà casus in generalibus Cõstitutionibus comprehensos, de prouocationibus quandoq; euenit, vt attenta loci, personarum, ac casuum qualitate, seueriùs procedendum sit, quàm iure ordinario prouisum est: Volumus & declaramus, quòd quandocunque in huiusmodi casibus Iusdicentibus visum fuerit acriùs animaduertendum, aut animosiùs procedendum, rem ad Excellen. Senatum defferant, qui pro facti qualitate quid faciendum sit, statuet.

ADNOTATIONES.

SI VNQVAM. Hæc constitutio facta est ob publicam lætitiam Pacis initæ inter Sacratiss. Carolum Quintum Romanorum Imperatorem inuictiss. ac Christianiss. & Potentissimum Franciscum Francorum Regem, & confectæ die sextadecima mensis Septembris anni præsentis 1544. per Mandatarios eorum Principum in Gallia in loco Abbatiæ S. Ioannes de Vineis, sito in agro Suessionium finitimo Remis loco propinquo ambobus exercitibus, per quam pacem funestissimo bello quo totus Christianus orbis ardebat, fuit finis impositus, certè dono Dei Opt. Max. quòd post tot funesta prælia animos horum Serenissimorum Principum ad pacem & amicitiam induxerit, quam Deus pro beneficio Christianæ Reipublicæ conseruet.

a PVBLICAE lætitia, Quæ veniant appellatione publicæ lætitiæ est text. in l. vnica. C. pub. læt. vel cons. lib. 12. vbi inter cætera connumeratur pax, quæ adfert lætitiam publicam subditis ob cessationem malorum, & qui voluerit videre, qui sint effectus pacis, & multa cumulata, videat Luc. de Penna in d. l. vnica, cuius dicta non transcribo, & Doct. maximè Math. de Affl. in tit. de pace iur. fir. in vsib. feud.

b SVBDITOS mediatos, & immediatos. hoc dictum fuit, vt etiam comprehenderentur subditi feudatariorum, & seruauit semper curia, vt comprehendantur etiam subditi exemptorum sub eo vocabulo mediatorum, quia & ipsi per omnia æquati sunt feudatarij. c. interdicti. de feud.

c Homicidio casu, vel rixa commisso. hæc dicta sunt ad exclusionem homicidij animo deliberato commissi. Quomodo autem homicidium casu commissum dicatur, plura exempla ponunt glo. & Doc. in l. 1. C. de sic. & Ang. de Aret. in tract. malefic. in glo. in ver. scienter & dolose. & Mar. Soc. in c. ad audientiam, de homicid. per totum. Et casus consideratur dupli-

c citer,

citer, quia aut est casus fortuitus, aut improuisus. Casus fortuitus est, quando non præcedit aliqua causa dependens ab eo, cui casus vult imputari. Casus improuisus est, vbi culpa præcedit, ita not. Bal. per glo. in d.l. 1. & bonum hoc est scire, quia casus fortuitus non punitur, improuisus autem punitur pro modo culpæ. Non insto, quia non est materia nostra. Sed redeundo ad casum constitutionis, quia fuit hæsitatum quando non apparet ex inquisitionis lectura de animo deliberato, quia non fuit formata cum expressione qualitatis animi deliberati. An condemnatus habens pacem in hoc dubio comprehendatur in hac constitutione: quòd non comprehendatur etiam si nõ sit expressa qualitas: si tamen ex natura facti colligatur animus deliberatus, fecit, quia ratio & mens legis illa est, vt tantummodo homicidium casu vel rixa commissum comprehendatur. ista igitur qualitas necessario requiritur ad hoc, vt quis sit comprehensus, & cum non constet in processu de ista qualitate, nec mens, nec verba conueniunt. Quòd autem sit necessaria qualitas, patet per expressionem eiusdem ibi casu, vel in rixa, & ibi exceptis homicidijs animo deliberato patratis, & quotiescunque qualitas est necessaria ad actum, prout ista quæ est de forma quæ dat esse rei, ea non probata cætera corruunt, est decisio Bal. in consil. 181. incip. iuri publico, in quarta par. cons. & latè in terminis nostris tradit solemnis doctor Albert. Brun. in tract. suo de solemnitate & forma, fol. 12. ver. item solemnitatum, alię sunt communes. Nec obstat quod in pœnalibus mitior fieri debeat interpretatio. l. si de interpretatione. ff. de pœn. & reg. in pœnalibus. de reg. iur. in sexto. Quia hic non agitur de pœna imponenda, sed de condemnatione pœnali abroganda, quæ quo ad declarationem pœnæ iam sortita est effectum. In contrarium facit quod in dubio, vbi non apparet ex inquisitione, nec condẽnatione, quòd quis sit inquisitus, vel condemnatus de animo deliberato, quod dicere debemus, & præsupponere homicidium esse casuale: nam si ex processu constaret de qualitate animi deliberati, vtique formata fuisset inquisitio de animo deliberato, quæ vbi formata non sit, resultat præsumptio in contrarium. Facit etiam, quia in dubio in foro contentioso, præsumptio est semper pro illo qui imputatur de delicto, & delictum præsumitur semper magis leue, quam graue, vt decidit Mar. Soc. in d.c. ad audientiam, in 2. col. de homic. dum distinguit de foro contentioso ad forum peccati, & cõscientiæ. Item priuilegium semper latè interpretandum est. Nec contraria obstant, quia satis est, quòd ex processu non constet plenè de qualitate animi deliberati, & id arguit ipsa inquisitio, quæ non est formata cum illa qualitate. Respondebant Fiscales, quòd quando erant indicia animi deliberati, licet non esset probata qualitas sufficienter, tamen non solere Principem facere gratiam imputatis, & inquisitis cum narratione facti, qui modus inuentus est, nouissime, per istos iudices criminales. Casus igitur cum exemplaris esset visus est dignus curiæ consulere Excell. Senatum, qui consultus censuit, vbi sint indicia qualitatis animi deliberati per condemnatura in fortijs iudicis constitutum, purganda esse, dehinc omnia Senatui referenda. Erit igitur practica, quòd condemnatus cum narratione facti, vbi eliciantur indicia animi deliberati, producta remissione cum

partis

partis se in fortijs Iudicis constituat, & duo erunt modi purgandi indicia, vnus per probationes, alter per tormenta. Probationes autem fieri non possunt, nisi habita copia indiciorum Et nota quòd Iudices edere indicia tenentur, etiam quòd non sit publicatus processus, & ita obtinui & seruat curia in causis in quibus admittitur condemnatus ad nouas defensiones quòd dantur indicia, vbi est eadem ratio per omnia prout in casu isto. Tormenta autem arbitraria sunt iudici, secundum qualitatē indiciorum. Tamen laudo, quòd probationes fiant de qualitate, vitæ constituti, & occisi, & per homines probos, hæ enim multum mouent iudicem plus Senatum in actu relaxationis, maxime in casibus in quibus plenè non constat de qualitate animi deliberati. Sed quæro nunc quid si inquisitio formata est de animo deliberato, & inquisitus condemnatus fuerit de animo deliberato, cum non comprehendatur in ista constitutione si condemnatus vellet se constituere, & probare non subesse, animum deliberatum nunquid admitti deberet? casus nunquam contingit. sed ego dicerem admittendum, & ratio est; nam videmus quòd etiam condemnatis de animo deliberato fiunt gratiæ per Principem, si exprimitur probatorum in causa approbationis gratiæ qualitatem animi deliberati, nō subesse, & id uideatur verisimile cum narratione facti in inquisitione expressi: nam nulla diuersitatis ratio assignati potest. in gratia speciali quàm generali. Casus, vt dixi nunquam contigit, sed si contingeret putarem decere Principem, & Senatum facere id quod in specialibus gratijs facere solet, scilicet admittere condemnatum ad probandum qualitates animi deliberati non subesse, & sic ad nouas defensiones contra qualitates animi deliberati.

d Et de alijs quibuscunque criminibus. Sub isto verbo comprehenditur etiam crimen falsi, & ita seruauit, & seruat curia.

e Dummodo non sint officiales. Littera videtur clara; sed dubium est, nūquid ista exceptio comprehendat notarios damnatos, vel delatos de falso, cum officium publicum exercere dicantur. Quod sint notarij in casu istius exceptionis facit, quia tabellionatus est officium. & id probatur per tex. in l. vniuersos. C de decur. lib 10. vbi Imperator dicit. Vniuersos Decuriones volumus à tabellionum officijs temperare. & in §. cum autem. Inst. de adopt appellat personam publicam. facit glo. in l. si C. qui mil non poss. lib. 12. & quod scribit Bar. in l eadem. ff ad leg Iul. repet vbi appellat munus tabellionatus munus autē sonat in officium, vt est gl inst. de excus. tut. in ver. munerū, & tanto magis quia ad id munus creantur ab Imperatore, vel Pōtifice, aut habētibus auctoritatē ab eis, vt sunt isti D. Co. Pallatini, est plus, qd in statutis Colleg. Not Mediolani, & aliarū Ciuitatū vbiq; legitur Notariatus officiū cū ergo Notarij officiales dicantur, videntur esse exceptuati in verbis constit. In cōtrariū tñ facit, quia notarij nostri nullā habēt iurisdictionē, nec imperiū, vt scribit Bal. in l. adoptio. C. de adopt. per illū tex. licet aliqui voluerint tenere, quòd habeant iurisdictionem, quia faciūt præcepta guarentigiæ. & sic iurisdictionem voluntariam, inter quos fuit Innoc. in cap. cum à nobis. de testa. tamen illa opin. non est recepta, nisi in his, qui à Principe, vel à Rege, cum fiunt notarij creantur iudices ordinarij,

rij, vt Bal. scribit in d.l. adoptio, quod non fit, nec seruatur in notarijs huius dominij. Item hæc opin. ex alio confirmatur, quia in his Constitut. attendi debet communis vsu loquendi, qui etiam præfertur proprio significatui vocabuli, vt scribunt D. Ant. Abb & Fely in prohe. Grego per l. Labeo. ff. de supel. leg Bar. & alij in l. omnes populi, in materia declaratiua. ff. de iust & iur. Alex in cons. 44. in 6. col. in primo vol. Clarum autem, quòd in Ducatu Mediol Notarij non appellantur officiales, nec veniunt appellatione officialium & tenendo istam opi. limitarem non procedere in Notarijs Magistratuum, qui à Principe deputantur, & habent salaria, quia hi officiales sunt, & per communem vsum loquendi appellatione officialium veniunt. Curia tamen consulto Senatu seruat, quòd Notarij, qui deliquerūt in munere notariatus, non comprehendantur in hac Constitut. & abolitione. Motus est Senatus, quia his notarijs omnes facultates nostræ committantur, & magna est eorum fides. Et hoc ad deterrendum ne habeant spem veniæ, qui deliquunt. Et certe laudo factum, licet de iure tenerem magis secundam opinionem, quàm primam esse veriorem.

f Etiam si crimen occultum sit. Bonum est scire quod dicatur crimen occultum, non tantum ad declarationem istius Constitut. sed etiam. cap. omnium §. fin. ibi & hoc quando crimen occultum esset, de iure & priuil. fisc. Alb. de Ros in Dictionario suo, in verb. occultum, videtur diffinire, quod est illud, quòd nulla ratione probari possit, tamē inferius multa distinguit, quæ potius concernunt materiam peccati, & non fori contentiosi. Sed in terminis nostris quid sit crimen occultum, est tex. in l. secundo. §. & generaliter. ff. vi bon. rap. & ibi d. Alex. in addit. ad Bart. in litera C. qui multa allegat. Apud me in materia nostra occultum dicetur crimen, quod est clā factum, & delatum non est, nec in cognitionem Iudicis deuentum, istud probatur in d § & generaliter. Erit ergo intellectus, quòd si crimen non sit manifestum, vel notorium, & delatum, quòd dicatur occultum in casu vtriusque constitut. & id colligitur ex dictis Abb. in loco præalleg & Spec. in tit. de noto. cri & aliqua per Bar. in l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. quæ omnia per te videre potes vtilia ad practicam d. §. & in ista constitutione planus est sensus per ver. infra adhuc nō delatis, & forsan incognitis.

g Ipso iure & facto. Curia seruat, licet non faciat declarationem solemnē quo ad damnatos, nisi in casu dubio, de quo supra, tamen decernit Iudex litteras ad locum, vbi descriptus est in albo condemnatus, & in earum litterarum exequutione deletur de albo, & hoc est necesse facere, quia etsi esset præsentata in tempore remissio, & esset in casu, attamen si reperiretur condemnatus in albo descriptus, esset in periculo, & si offenderetur, credo quòd posset defendi occisor, vel offendens de iure, & alias fuit hoc in controuersia, & decisum. Cauti ergo sint hi, qui sunt in casu istius nouellæ constitut. vt litteras has obtineant, quæ vim declarationis obtinent, & eos à periculo vitæ eximant.

h Remissionem & pacem ab offensis habeant. Nota quòd licet per delictum offendatur Respub. cuius interest crimina punire. l. si ita vulneratus. ad fi. ff. ad leg. aquil. principalius tamen inde offenditur læsus, & eius principaliter interest. l. si quondam. C. de adult. & l. sepulchri. ff. de sepul. viol.

cum

cum simil. & propterea lex primo requirit partis offensæ remissionem & pacem. Ex quo collige, quòd non tantum pax requiritur, sed remissio offensæ, vnde dicebat Math. de Affl. in cap. 1 in gl. 1. de pace iur. firm. quòd cauti debent esse aduocati, vt faciant ponere in instrumento pacis, quòd non tantum faciunt pacem, sed etiam remittunt offensam, & promittunt de non accusando, nec querelam facere in iudicio, & addit remittendo etiā damna & interesse, quæ clausula est maximæ vtilitatis, vt infra dicam. & ego hanc clausulam non ponebam, sed postquam vidi dictam decisionem semper apponere feci, & bona est pratica, quam seruamus, quòd supplicāt remittentes Principi, vt faciant gratiam, & iudicibus, vt deleant processū & condemnationem, & amplius non procedant, quæ sunt clausulæ amplissimæ, & menti tenendæ. Et per illud ver. offensis tollitur difficultas, de qua disputat Bar. in l. 4. §. Cato, in fi. ff de verb. oblig. scilicet, quòd non sufficit quòd fiat à maiori parte hæredum pax sed ab omnibus hæredibus, quia in quæst. Bar. statutum loquebatur in hærede & in persona singulari, quæ opinio iudicata est tutior per d. Ias in d. §. Cato, & ita seruat curia, quòd ab omnibus hæredibus necessaria est. Bene est etiam verum, quòd instituto hærede extra existen. liberis, vel non existen. hærede seruatur opin. Barr. in l. si filius. §. qui pri. ff. de vulg. & pup. quod sufficit obtinere remissionē à filiis etiam quòd non sint, nec velint esse hæredes ascendentes. Quæ vero ætas sufficiat ad pacem faciendam disputat Mat. de Affl. in d c. 1. in gl. 1. in 2. col. vbi concludit, quòd de iure Romano ætas legitima est decem octo annorum ad faciendam pacem, & quòd ita est etiam de iure Lombardo, & seruatur in Regno, sed hæc opin. apud nos non est recepta Mediolani ob dispositionem statuti, quòd ætas legitima sit viginti annorum quo ad contractus, decem octo annorum in iudiciis, vbi autem non esset statutum de ætate, sed esset in dispositione iuris communis, Ego non recederem ab opin. glo. ibi rationibus per Afflict. adductis, quas non transcribo. Vlterius quæro, quia si minor faciat pacem & remissionem, an possit petere restitutionem in integrum, istam quæst. disputauit Luc. de Pen. in l. vnica. C. pub. læt. lib. x. vbi decidit, quòd si petatur per minorem, restitutio in integrum in vindictam, & necem alterius semper denegatur, vt ff. de minor. l. auxiliū. si vero petatur aduersus damna & interesse, tunc non denegatur per not. in d. l. auxilium in prin. & per tex. in l. fin. in §. vlt. C. de bo. vacan. Et istud idem non facta mentione dictæ decisionis, tenet Afflict. in d. c. 1. §. iniuria punitur, col. 10. Et propterea supradixi, quòd bona erat cautela ponere, quòd remittat etiam quo ad damna & interesse, quæ fuit And. de Iser. in d. c. 1. Sed tutior est quàm ego ad tollendas has difficultates semper practicaui, quòd remissiones minorum fiant cum dispensatione litterarum Senatus tollentes omnes difficultates, etiam beneficij restitut. integrum cum consensu agnatorum proximiorum.

i IN casibus, in quibus est necessaria remissio, hoc dictum, quia plura sunt delicta quæ tantum rempub. concernunt, & non interesse partis, vt in sfrosatione bladorum, & similibus.

k FABRICATIONIS falsæ monetæ. Fuit hoc expressum ad inclusionem aliorum delictorum, quæ circa monetas fiunt, de quibus vi-

d de

de in tit.de off.ind. Mon.

l ADHVC non delatis,& forsan incognitis. Hæc verba declarant quid sit crimen occultum,vt dixi supra,& nota,quod est necessaria remissio partis offensæ & eius præsentatio. Et ne te in hoc negotio inuoluas adeundo iudicem, & confitendo delictum, Do tibi practicam, vt ab hæredibus offensi pacem notario stipulanti nomine cuiuslibet personæ in forma de delicto obtineas,dehinc pacem præsentes nomine cuiuslibet personæ,cuius interest, ita quòd si res detegeretur remedium habes, quòd procedi non potest Et hæc tutior via est, quia sunt quandoque iudices adeo maligni, qui cum vident hominem opulentum delatum nimis crudeliter inquirũt circa qualitates delictorum, & gratias mille modis reuocant in dubium, non dico de iudicibus præsentibus,sed tempore meo pluries factum. Hic successiue quæro. Aliquis reperitur in albo bannitorum condemnatus de homicidio,processus non reperitur,quia res est de antiquo, vel ob ista mala tempora fuit dispersus vel combustus,an si præsentet pacem debeat deleri de albo.Ista quæstio fuit superioribus annis, & tandem decisa, quòd deleri debet,quia præsumitur homicidium casuale, & describantur cum delicto,& qualitate delicti.

m Saluo tamen semper iure tertij, hæc clausula se conformat dispositioni Iuris communis, quia ex eo,quod delinquens ad compositionem cum Fisco, vel ad gratiam admittitur à Principe, non propterea tollitur ius partis contra delinquentem,arg.glo.in d.l.ne quicquam ff pro soc. & facit glo in l.venia.C.de in ius voc & vide not. per Lucam de Pen.in l. 1 C. de desert.lib. 10.& nota quòd istud est multum vtile, quando Fiscus compositionem facit cum delinquente sine remissione partis in istis pœnis extraordinarijs.quod tamen rarissime factum vidi.Et nota quòd ista clausula,Saluo iure tertij respicit tantum priuatas personas, non autem officiales, quibus pars pœna applicaretur, quia etiam quo ad eos abolita est pœna.& ita seruat curia.

n OMNES eiusmodi proclamationes,& ordines aboleri debere. Sanctissima fuit hæc lex, quæ aboleuit istas proclamationes factas tempore tumultuoso, & ad bonum publicum, sed male interpretatas per aliquos iudices criminales, qui pro vnoquoque verbo illaqueabant pauperes subditos & grauissimis impensis afficiebant, ita quòd vigebat illud poetæ dictum Digito compesce labellum, sin minus carcer paratus erit. Benedictus Deus, qui Illust.& Excellentis. Principis animum ad tam sanctam abolitionem faciendam mouit.

o PRAETER ordines aduersus primo euaginantes, hi ordines in futurum seruari debent,ex vi istius constitutionis, in præteritum vero imputati,vel condemnati, habita pace,ex hac constitutione liberantur. Sed quia dubium oriebatur,si quis dumtaxat enudauerit, sed non vulnerauerit,nec percusserit, an esset necessaria partis remissio, consultus superiusde Senatus à Fiscalibus, dixit, hoc casu non esse necessariam partis remissionem, & ita seruat curia, & certe hi ordines quandoque antiquandi erunt rebus magis quietis quia nimis rigorosi sunt. Quòd vero de sclopo à Rota.dicitur, Maledictus homo, qui tale genus tormenti inuenit, & non solum

pro-

prohibendus est vsus, sed etiam fabricatio Cætera in text. plana sunt. Quibus expeditis restat discutere, quid in damnatis ad triremes, ad tempus, vel in perpetuum seruandum esset. Fuit in dubio curia, & Senatũ cõsuluit, qui censuit eos damnatos in casibus non exceptuatis in hac constitutione, habita pace comprehendi in abolitione. Et hac ratione idem dico seruandum esse in damnatis, & bannitis ad tempus, in casibus non exceptuatis, vt supra.

Petentes declarari se esse comprehensos in gratia generali habent terminum mensis ad se constituendum, aliàs non audiuntur. Ex ordine Senatus anni 1544. die 8 Ianuarij. fol. 29. in prima additione.

Nonnulla pertinentia ad materiam Decreti gratiosi, vide in ordinibus Senatus editis anno 1571. die 18. Decemb. & die 19. eiusdem mensis. fol. 33. in prima addit.

Et per ista sit finis annotationibus huius nouæ constitutionis.

EIVSDEM ALPHONSI AVALI DECRETVM.

Super annata exigenda.

ETsi à subditis huius Dominij Mediolanen. Cæs. Maiestas pro milite extra eius ditionem detinendo, quem pro conseruatione rerum suarũ, & quiete, ac tranquillitate huius status, necessarium semper duxit, pecuniarum certam summam extra ordinem iamdiù exigi voluerit; semper tamen maximo concupiuit desiderio, res ad ordinarium suum reduci posse, quod præteritorum temporum iniuria effici nunquàm hactenus potuit, Quod plus est, res præsentes hoc postulare videntur, vt maiori militũ numero opus sit pro securitate & quiete subditorum, & pro seruitio suo; Eaque ratione equites leuis armaturæ ad certum numerum iam stipendio ascripti fuerunt. Quibus cum de satisfactione debita prouidendum sit, neque aliunde opportuna adhiberi possit prouisio ob alias grauissimas impensas, quas pro commodo & beneficio vniuersæ reipublicæ Christianæ, eadem Cæs. Maiestas coacta fuit his diebus facere, Nobis propterea litteris suis mandauit mentis suæ esse, vt huic necessitati consulatur à Feudatarijs, donatarijs & his quibus pensiones aut prouisiones aliquæ constitutę fuerunt annatam exigendo. Quod genus subsidij promptiùs, & liberaliùs facere omnes, qui ad id tenebuntur, æquum est; cùm & per retroactos Principes id factum fuerit, & in re tam necessaria pecunia erroganda sit. Et in hoc liberalitatem Cæs. Maiestatis tantò magis promereri, se ostendunt, & priuilegio obtento digni quantò in rebus seruitium suum cõcernentibus, promptiores se demonstrant.

Hoc decr. fuit ĩ multis ca. declaratum & quæ declarationes fuerũt necessarię nec antea factæ.

Per has igitur nostras Imperiali qua fungimur auctoritate, & in executione præfatarum litterarũ Cæs. Maestatis Edicimus & decernimus quòd quicunque per se aut præcessores suos habuerũt, aut à Cæs. Maiestate, aut ab his qui antea Dominium Mediolani tenuerũt aliquas ciuitates, castra, loca, terras, bona, iura vectigalia, census, concessiones, seu pensiones an-

nuas, ad beneplacitum, vel ad vitam adhuc durantes, aquas, exemptiones, & quocumque ritulo nuncupentur, siuè in feudum, siue in titulo donationis, vel cuiusuis concessionis gratuitæ etiam pro benemeritis; His denique rantum exceptis, vbi vera & actualis pretij numeratio interuenerit, teneantur omni & quacumque exceptione remota infra quindecim dies, à tempore præsentis publicationis, consignare priuilegia, & iura quę habent, & habere prætendunt, à Cæs. Maestate, seu aliter quomodocunq; in manibus deputandorum super ipsa annata. Et consequenter dimidium veri reditus dictorum bonorum, iurium, & pensionum, vt supra, in manibus Thesaurarij generalis Mediolani soluere, & aliam dimidiam infra alios quindecim dies runc proxime fururos, in manibus vtsupra, sub pœna amissionis concessionum feudorum, donationum, remissionum, exemptionū, pensionum, prouisionum, aur aliorum quorumcunque iurium suorum concessarum vtsupra, in quam pœnam ipso facto ipsi feudatarij, donatarij, & alij vt supra incurrisse intelligantur in casu cōtrauentionis præsentis nostri decreti. Item volumus quòd quicunque habuerint molendina, resecas, follas, trauersarias, vel alia quæcunque ædificia aquæ impetu, & cursu laborantia, in quibuscunque fluminibus publicis Dominij Mediolani, aut ab eis deriuanribus, aut aliter quomodocunque aquæ ipsæ decurrant in ipso dominio sub administratione nostra, mediate vel mediate supposito, qualiacunque sint flumina ipsa & quibuscunque nominibus, ram ea flumina, quam aquæ aliter decurrentes nuncupentur, sine riui, siue torrentes sint, (non compræhendentes tamen in præsenti decreto quæ vtūtur aquis ex fonranilibus opere manu factis) teneantur, & debeant his modo, & forma de quibus suprà, soluere Thesaurario vt supra in pecunia numerata, verum reditum vnius anni molendinorum ipsorum, & aliorum quorumcunque ædificiorum vtsuprà. Comprehendentes etiam quòd illi qui irrigant prata ex aquis publicis vtsuprà, teneantur soluere solidos quinque pro qualibet pertica, & in dicto termino vtsupra consignare in scriptis, verum numerum perricarum Præfectis nostris annatæ, vtsupra, sine aliqua exceptiore, & omni conrradictione cessante; sub pœna de qua supra. Volumus item, quòd quicunque habuerint exemptiones imbotaturarum, teneanrur ad solurionem libr. rrium imperialium pro centenario perricarū terræ tam cultiuæ, quàm vitibus consitæ, & ad consignationem veri numeri perricarum sub pęnis, & modis de quibus supra Decernimus etiā, quòd si aliquorum bona fuerinr pro aliquo crimine etiam læsæ Maiest. Cameræ confiscata, etiam si per agentes Cameræ apprehensa non fuerint, aut pro parte, aur in totum restituta, teneantur ad solutionem reditus vnius anni, vtsupra. Et hæc omnia quibuscunque Decretis, statutis, ordinibus, priuilegijs, præscriptionibus, exemptionibusq; in contrarium facientibus, non atrentis etiam consuetudinibus, quarnm initij memoria in contrariū non existit, etiam si de eis specialis & indiuidua, & de verbo ad verbū facienda esset mentio, quibus in hac parte de plenitudine potestatis nobis concessæ, & attributæ, ex certa scientia derogamus, & derogatum esse volumus.

Seruauit curia qđ ēt vbi nō interuenerit actualis numeratio, sed data fuerūt bona vel iura cameræ in cābiū, vel ratione impensæ factæ donatū esset, quod tamen nō teneantur ad solutionem annatæ.

Dum legitur veri redditus, seruauit curia quo ad Feuda antiqua & donationes veteres, vt fiat solutio secundum taxa m ēti, quā ad libros descriptā.

Et in nouis si facta est deterioratio in redditu, habita est eius deteriorationis ratio.

lumus. Mandantes Illust. Reu. & Spectabilibus D. Præsidi, & Senatoribus Cæs. Senatus Mediolani, Præfectis redituum Cameræ, Gubernatoribus, Prætoribus, & Referendarijs Ciuitatum, & cæteris officialibus, & subditis Dominij Mediolani mediatis & immediatis, & præsertim quibus executio præsentis Decreti demandata est, & ad hoc onus deputati sunt, vt decretum ipsum obseruent, & ab alijs obseruari faciant per omnia efficaciora, & promptiora iuris remedia, etiam per mulctas & pœnas Cameræ Cæs. applicandas, ac etiam per detentionem personalem, & prout eis melius videbitur, quia sic nobis placet, & fieri volumus. Declaramus nihilominus nullum iuribus Cameræ Cæs. fieri præiudicium per huius præsentis Decreti publicationem, & Annatæ solutionem. Quinimmo tam Fisci, quam priuatorum omnium iura in suo robore permanere decernimus. Harum testimonio literarum, quas fieri, & registrari iussimus, nostrique sigilli impressione muniri, Mediolani vltimo Decembris. M. D XLI.

Eiusdem Alphonsi declaratio.

D. VICARIO PROVISIONVM.

QVum in Decreto per nos condito, super Annatæ solutione, inter alia statutum fuerit, etiam eos teneri ad prædictam solutionem, quorum bona fuerint pro aliquo crimine, etiam læsæ Maiestatis confiscata, etiam si per agentes Cameræ apprehensæ non fuerint, aut in parte, aut in totum restituta, quod & in similibus Decretis aliàs conditis statutum fuerat, dubiumque oriri posset, circa eos qui rebelles, præteritis temporibus, extiterunt, quibus bona restituta fuerunt, & nos memoriam huius nominis extingui multum cupiamus; Postea quàm omnes in Cæsaris supremi domini nostri immediatam ditionem venerunt, Tenore præsentium edicimus, & declaramus mentis nostræ non fuisse nec esse, aliquem quouismodo, ad solutionem Annatæ teneri pro bonis ex causa rebellionis vel læsæ Maiestatis confiscatis eisdemque restitutis, nisi quatenus alia ex causa teneretur, vobisque vt hanc mentis nostræ declarationem publicari, & pro decreto obseruari faciatis mandamus Mediolani 4. Ianuarij 1542.

EIVSDEM ALPHONSI AVALI.

Declaratio.

PVblicari his diebus fecimus decretum super solutione Annatæ in toto dominio Mediolanen. cum declaratione mentis nostræ circa bona confiscata pro crimine rebellionis & restituta. Verùm cùm nobis significatum fuerit, quàplurima ex eius interpretatione oriri in dies dubia, quæ non sinè subditorum incommodo & impensa tolli possunt. Proptereaque nobis supplicatum extiterit, vt quatenus fieri possit his prouideamus, vt omnis

omnis dubitandi & expensarum tollatur occasio, & clarius de mente nostra appareat, his nostris decernimus & declaramus, eos qui titulo emptionis vel dationis insolutum vel permutationis, aut qui dotis occasione, vel alio titulo oneroso rei correspondente bona acquisiuerunt, non minus ab Annatæ solutione excludi & in decreto non comprehendi, quàm qui vera & actuali pretij numeratione interueniente acquisiuerint. Non etiam teneri intendimus aliquos pro aquis quæ in fundo priuato nascuntur, & iuris priuati remanent. Et quia anno superiore. M. D. XL. ex ordine nostro impositio super molendinis, & alijs in ipso ordine contentis exacta fuit, inconueniensque esset eos qui dictam impositionem exsoluerunt, etiã nunc ad eandem solutionem cogi; Propterea declaramus eos, qui annatam pro prædictis dicto anno M. D. XL. soluerunt, amplius non teneri, neque in præsenti decreto comprehendi. Eos verò, qui à Principibus donationes immunitates, concessionesve habuerunt, eorumve hæredes, non autem qui ab eis titulo oneroso acquisiuerunt, teneri virtute decreti decernimus & declaramus. Quòd si in aliquos titulo lucratiuo translata fuerunt, possessores teneri, saluis tamen quibuscunque iuribus eorum contra datores suos, si quæ competunt. Eos quoque qui aquas pro vsu molendinorum, pratorum irrigatione, aut ad alium vsum habuerint, duplici onere grauari nolumus. & verba [in præscriptionibus & consuetudinibus, quorum initij memoria in contrarium non exiltit] in derogationibus apposita, ad terminos iuris & decretorum reducimus. Adhæc, vt impensis subditorum, quàmtum fieri possit occurramus, cùm honestam prouisionem Spectab. & Egre. D. Annatæ præfectis constituere decreuerimus, vt nullũ subditis onus inferant, omnibus innorescere volumus, eos nihil à quoquàm accepturos pro honorario vel salario, siue pro reuisione scripturarum siue pro quacunque declaratione, aut ordinatione, quæ per ipsos in causa Annatæ fiet. Mediolani die 28. Ianuarij 1542.

Tabella dierum quibus Excellentiss. Senatus non sedet.

Primò omnia festa mobilia, videlicet Carnis priuij per dies duos ante, vsq; ad feriam secundam Quadragesimæ, Festum Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, per dies sex ante & septem sequentes, Festum Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi, Festum Pentecostes & vigilia, Festũ Corporis Domini nostri Iesu Christi.

IANVARIVS.

7 Sancti Christofori martyris.
17 Sancti Antonij Abbatis.
20 Sanctorum Fabiani, & Sebastiani.
21 Sanctæ Agnetis.
22 Sancti Vincentij.
25 Sancti Pauli conuersio.

FEBRVARIVS.

2 Purificationis B. Virginis Mariæ.
3 Sancti Blasij.
5 Sanctæ Agathæ.
7 Sancti Mathiæ.
9 Sanctæ Apolloniæ.
21 Sancti Ambrosij victoria.
22 Cathedræ sancti Petri.
24 Victoria apud Papiã contra Gallos.

MARTIVS.

7 Sancti Thomæ de Aquino.
12 Sancti Gregorij Papæ.
19 Sancti Ioseph.
21 Sancti Benedicti Abbatis.
25 Annuntiationis B. Virg. Mariæ.

APRILIS.

24 Sancti Georgij.
25 Sancti Marci Euangelistæ.
27 Victoriæ Bicocchæ.
29 Sancti Petri martyris.

MAIVS.

1 Sanctorum Iacobi, & Philippi Apostol.
3 Inuentio sanctæ Crucis.
4 Sancti Gotardi Episcopi.
8 Sancti Victoris.
20 Sancti Bernardini.
25 Sancti Dionysij.

IVNIVS.

11 Sancti Barnabę discipuli Domini.
13 Sancti Antonini de Padua.
19 Sanctorum Geruasij & Protasij martyr.
24 Natiuitatis Beati Io. Baptistæ.
29 Sancti Petri Principis Apost.

IVLIVS.

2 Visitatio B Virginis Mariæ.
4 Sancti Oderici.
5 Sanctæ Margaritæ.
22 Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
25 Sancti Iacobi Apostoli.
26 Sanctæ Annæ.
28 Sanctorum Nazarij, & Celsi.
29 Sanctæ Marthæ.

AVGVSTVS.

1 Sancti Petri ad Vincula.
5 Sanctæ Mariæ Niuis.
6 Transfiguratio Domini.
7 Sãctorum Donati & Carpophori.
10 Sancti Laurentij.
15 Assumptionis B. Virg. Mariæ, & Vigilia.
16 Sancti Rochi Confessoris.
20 Sancti Bernardi Abbatis.
24 Sancti Bartholomæi Apostoli.
28 Sancti Augustini.

De-

29 Decollationis B. Io. Baptistæ.

SEPTEMBER.

8 Natiuitatis B. V. Mariæ, & Vigil.
10 Sancti Nicolai de Tolentino.
14 Exaltationis sanctæ Crucis.
21 Sancti Matthæi Apost. & Euang.
24 Sanctæ Teclæ.
27 Sanctorum Cosmæ, & Damiani.
29 Sancti Michaelis Archangeli.
30 Sancti Hieronymi.

OCTOBER.

4 Sancti Francisci.
18 Sancti Lucæ Euangelistæ.
21 Sanctæ Vrsulæ cum xi. M. Virg.
28 Sanctorum Simonis, & Iudæ.

die primo Octobris incipiunt feriæ vendemiarum, quibus duran. in ciuilibus ius non redditur, nisi in causis de quibus in decreto Excellentiss. Senatus sub die 3. Septembris 1593. inserto in noua additio. secunda. fol. 7.

NOVEMBER.

1 Omnium Sanctorum.
2 Commemorationis Animarum defunct.
11 Sancti Martini.
25 Sanctæ Catherinæ.
30 Sancti Andreæ Apostoli.

DECEMBER.

6 Sancti Nicolai episcopi.
7 S. Ambrosij Episcopi & almæ ciuitatis Mediolani protect.
8 Conceptionis B. Virg. Mariæ.
13 Sanctæ Luciæ.
21 Sancti Thomæ.
25 Festa Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi.

Incipiendo die 25. præsentis vsque ad diē S. Christophori mensis Ianuarij.

A Carnis priuio Romano vsque ad secundam diem quadragesimæ Ambrosianæ Senatus non sedet iuxta consuetudinem nouissimam, & item omnibus diebus Veneris mensis Martij.

In Quadragesima omnes dies veneris celebrantur. Et olim si infra hebdomadam nullum occurrebat festum, dies Iouis celebrabatur, à nonnullis vero mensibus citra mos ille est ablatus.

TAXATIONES
EXCELLENTISS. SENATVS.
M. D. XLI. A Laude de Iddio.

EManifeſto al Senato di Milano, che gli Officiali ſuoi, quali ſecondo il tempo ſogliono riceuere gli dinari per le ſpeditioni, che ſi fanno nella Cancellaria ſua, non ſono per pigliare più di quello, che è ordinato. E manifeſto ancora alcuni, che procurano tali ſpeditioni, ingannar' i principali, & quelli, & à nome de' quali ſi fanno; conciosia che tacendo la verità di quello, che hanno ſpeſo, piglino dalli ſemplici molto più di quello c'haueranno sborſato; la qual coſa pare, che venga à macchiare la ſincera amministratione de' detti Officiali. Per far adunque che la probità de' ſuoi Officiali rimanga nel ſuo candore, & leuare via la materia di fraudare alcuno, & per ſoccorrere alli miſeri clienti; Ha poſto & conſtituito queſta norma per il pagamento delle ſpeditioni che ſi faranno in Cancellaria, qual hà voluto che ſia diuulgata, accioche poſſa venire à notitia di ciaſcuno.

Prima i mendicanti, & perſone miſerabili, gli Hoſpitali, & luoghi Pii mendicanti, ouero che diſtribuiſcono l'entrata ſua à poueri, non paghino coſa alcuna per il Sigillo, ma ſolo per la ſcrittura.

Per le lettere miſſiue ſemplici nelle cauſe ciuili, nelle quali ſi inſeriſcono le ſupplicationi, ſi paghi per la Cancellaria ſoldi dieci, & gli Vſcieri per ſigillo ſol. 2.

Il medeſimo per li ſalui condutti, Si tres partes ex quatuor pagando però il ſupplicante la ſcrittura.

Per le protogationi, & ſoſpenſioni, quando ſi portano all'officio delle protogationi, ſol. 2. Quando ſi ſpediſcono le lettere d'eſſe protogationi, & ſoſpenſione ſol. 6. ſolamente, mà ſe la parte voleſſe più protogationi in vna ſol littera, ſi paghino altri ſol. 6.

Per le diſpenſe di minorità. lib. 1. ſol. 2.

Per le miſſiue ſimplici di vna communità lib. 1. ſol. 2.

Per le patenti d'vna communità lib. 2. ſol. 4.

Per le confirmationi de inſtromenti da cento lib. in giù lib. ſol. 12.

Per le confirmationi d'inſtromenti da mille libre in giù lib. 1. ſol. 2. Mà ſopra mille libre, à computo de libra vna per migliaro, non ſi ecceda però la ſomma de lib. 12. di che quantità ſi voglia l'inſtrumento.

Per la legitimatione d'vno ſolo, il cui Padre non ſia ricco. lib. 3. ſol.

Per vno ricco non ſi ecceda la ſomma de lib. 5. ſol. 12.

Per le lettere in forma di Camera lib. 4. ſol.

Per la confirmatione di qualunque priuilegio, la decima parte di quello, che ſi trouarà ſcritto eſſere taſſato in Corte della Ceſ. Maeſtà, della qual decima parte i Secretari habbiano il quarto ſolamente.

Per le lettere diſpenſanti che vno foraſtiero poſſa acquiſtare li. 2. per migliaro.

Per le lettere de ciuilità che ſi concedono à foraſtieri, ſecondo la qualità della perſona; mà non ſe ecceda però ſcuti. 6.

Per le lettere de ciuilità che ſi cõcedono alli ſudditi, nõ ſe ecceda la ſomma de li. 12.

Per le lettere di confirmatione de ciuilità fatta da qualunche cōmunità li. 5.fol. 12.
Per le lettere, che concedano che si dia fede à libri de' Mercanti lib. 4. fol.
Per qualunque littere che contengono dispensa, ancora che fossero missiue. lib. 1. fol. 2.
Per le lettere criminali missiue. lib. 1. fol. 2.
Per le assolutioni criminali; lib. 1. fol. 7. Et altro tāto alli Secretarij, & se saranno più d'vna medesima famiglia che habitano insieme, si paghi per vn solo, se di diuerse famiglie, di qual si voglia numero, si paghi per cinque solamente.
Per quelli che s'ammettono à nuoue diffese oue s'ingerisca la pena della morte. lib. 3. fol.
Altramente se s'ingerirà tratto di corda, o fustigatione, o priuatione di qualche membro lib. 2. fol.
Per l'approbatione delle gratie. lib. 1. fol. 7.
Altro tanto alli Secretarij.
Per le subhastationi che si concedono à communità. lib. 1. fol. 4.
Per le lettere da potersi fare l'estimo. lib. 2. fol. 4.
Per la scrittura delle confirmationi delle gratie, & registro d'esse lib. 1. fol. 7.
Per la copia di qualunche scrittura semplice, per due facciate. lib. fol. 4. Et se saranno autentiche, la metà di più.
Per le ordinationi fatte vdite le parti, alli Secretarij. lib. 1. fol. 7.
Et per il sigillo. fol. 6.
Per le ordinationi, ouero sentenze fatte per il Senato, à relatione de' Senatori, i Secretarij non possano pigliare più de soldi dieci per centenaio di lib. in tutto; talmente che sia di che valore si voglia, non habbiamo più di scudi cinquanta.
Per il sigillo d'esse ordinationi & sentenze non s'ecceda scudi 6. & meno alla rata del valore.
Per le lettere che il marito possa lasciare alla moglie oltra la forma de gli Statuti di quella Città, d'onde sarà, vna libra per migliaro, non ecceda però scuti 6. & meno alla rata.
Per le dispense de' fideicommissi per qualunque migliaro. lib. 2. Mà non si ecceda però come di sopra.
Per le dispense che alcuno possa donar i suoi beni, come sono quelli che entrano la religione, & altri simili, libra vna per migliaro, & come di sopra, non si ecceda però la somma de scudi 6.
Che gli Vscieri non possano pigliare cosa alcuna per il sigillo, ancora che gli fusse dato spontaneamente, sotto pena d'essere sospesi dall'vfficio per vn mese.
Che non possano pigliare cosa alcuna per li bollettini, che portano in Senato, sotto la medesima pena.
Che da quelli che ottengono approbatione delle gratie gli Vscieri in tutto non possono pigliare oltra sol. dieci per ciascuno, sotto la medesima pena.
Che niuno Cancelliere, Coadiutore, ouero scrittore per la scrittura delle minute, ouero lettere possa pigliare cosa alcuna ancora che gli fosse dato spontaneamente, saluo se non farà la copia, sotto la sopra detta pena.
I Cancellieri de' Senatori non possano pigliare per gli atti più di quello che piglia il Nodaro delle cause ciuili nel Palazzo di Milano.
Et per la scrittura de' processi per ogni foglia possano pigliare solo quello che di sopra è stato ordinato alli Cancellieri, & Scrittori del Senato.
Et per le copie delle ordinationi Criminali, fol. 5.

IA. CATANEVS. SECRET. SENAT.

TA-

TABVLA
CONSTITVTIONVM
MEDIOLANI.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

LIBER TERTIVS.

LIBER QVARTVS.

c 2 In

LIBER QVINTVS.

De his quæ ad Ciuitatem Mediolani particulariter pertinent.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.
Quæ in hoc opere continentur.

A

Ar-

Blada

C

etiam

D

Datium

fisci

Iudi-

Magi-

me-

No-

denun-

ponens

Vicarius

Indicis rerum notabilium Finis.

PROOEMIVM
Constitutionum.

CAROLVS QVINTVS Diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Insularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum, ac Indiarum, & terræ firmæ maris Oceani, &c. Rex: Archidux Austriæ: Dux Burgundiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Viertembergæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgiæ, &c. Comes Haspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Arthesiæ, & Burgundiæ: Pallatinus Hānoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kyburgi, Namurci, & Zutphaniæ, &c. Landtgrauius Alsatiæ: Marchio Burgouiæ, & sacri Rom. Imperij &c. Princeps Sueuiæ: Dominus Frisiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Hi qui per retroacta tempora vel Vicariatus titulo, vel Ducatus dignitate, Mediolanensi Dominio præfuerunt, varias & ferè innumerabiles Constitutiones (Decreta appellant) secundū variationes temporum, condidere. Hæ creuerunt in immensum, nec in volumen redactæ; Ita vt non facilis earum cognitio esset, multæque erant tollendæ, nonnullæ addendæ, aliæ in melius reformandæ. Ob quam causam, cum pacatis rebus id innotuisset Illust. Francisco Sfortiæ secundo Mediolani Duci, iniunxit viro clarissimo Iacobo Philippo Sacco, Senatus Mediolanensis Præsidi, vt consulto Senatu, aliquos viros exploratæ fidei, doctrinæque & morum probitate insignes deligeret: Qui vndequaque per Mediolanensem ditionem has constitutiones conquirerent, in vnum codicem redige-

rent, vt in melius formarentur, Senatui referrent. Is (sicut cætera omnia solerti officio facit) Id munus exequutus, Senatores duos, ex quolibet Magistratu vnum, Fiscales duos, & ex Collegio Iurisconsultorum Mediolani duos, Secretarium vnum, & qui forensibus causis operam daret alium, viros Integerrimos, vsuque rerum, & scientia pollentes, ad hanc prouinciam exequendam deligens, effecit vt viuente adhuc memorato Duce, huic muneri principium datum fuerit. Sed eo Duce vita functo, Mediolanensique Dominio ad nos, Sacrumque Romanum Imperium deuoluto, Sicut multa alia bene acta præfati Ducis comprobauimus; Ità censuimus, vt hi, qui delecti fuerant, in opere perseuerarent, & Senatus omnia discuteret, & perficeret, atque exinde nobis exhiberet, vt nostra auctoritate in publicum prodirent. Opere perfecto, & nobis oblato, deprehendimus, exacta diligentia, & maturo consilio (prout cætera omnia per ipsum ordinem fieri solent) illud absolutum fuisse. Quod, vt robur obtineat, hac nostra sanctione Decernimus, omnes Constitutiones in hoc codice comprehensas inconcusse seruari debere, reliquis omnibus antiquatis. Curabunt igitur Senatus, cæterique Magistratus, & Iudices, vt hæc palam innotescant, & ab omnibus obseruentur, Statutis Ciuitatum, & locorum, ac alijs his Constitutionibus contrariantibus nequaquam attentis. Datæ Mediol. die XXVII. Augusti anno Domini 1541. Imperij nostri vigesimoprimo, & Regnorum nostrorum vigesimosexto. Signatæ, CAROLVS, In angulo vidit Perennotus. In calce, Io. Bernburger, Et Sigillatæ Sigillo magno Imperiali in cera rubea, cum bindello morello pendente more solito.

LIBER

LIBER PRIMVS Constitutionum.

DE IVDEIS.

HEbræis interdictum est Mediolani esse, nec habitationem habere. ¶ Nec etiam alibi in Dominio, nisi cum licentia Principis. Quàm si habuerint, sciant hac sanctione inhibitum esse, ne cum Christianis in eadem Domo, & sub eodem tecto habitent, & eò amplius, vt à Christianis dignoscantur, necesse habent masculi caputium croceum, & non alterius coloris, Fœminæ autem (vt vulgò dicitur) colletum eiusdem coloris, Ita latum & patentem, vt humeros, & pectus cooperiat, deferre tenentur. Quòd si præmissis contrafactum fuerit, pœna sit Ictuum duorum eculei, & aureorum decem. ¶ Permissum est tamen Hebræis in hospicijs publicis, & Mediolani, & alibi sine licentia, per triduum hospitari posse.

DE RESCRIPTIS ET MANDATIS PRINCIPVM.

Multa circa materiam rescriptorum vide in ordinib. Senatus anni 1580. 15. Ianuarij fol. 85. in prima addit.

PER Rescripta quibus mandatur summariè, facti veritate attenta procedi, non intelligatur sublatum sapientis consilium, quod ex iure municipali assumendum sit.

Rescripta impetrantes, intra mensem Iudici exhibere parte citata teneantur, alias nulla, & irrita sint.

Rescripta contra debitores, etiam in forma Cameræ concessa, creditoribus executionem personalem non tribuant, nisi alio iure competat, nec iurisdictionem non habentibus; Ità vt eorum virtute nemo extra iurisdictionem suam trahatur.

Intimata parti citatione peremptoria à Iudice subsignata, cuius terminus adhuc duret, Iudex vbi in precibus nō sit mentio facta peremptorij, inhibitionibus per Senatum faciendis non obstantibus, Iudicare potest; nisi causa esset inappellabilis, vel aliàs sententia mittenda executioni esset. Quibus casibus quando essent transmissa duo peremptoria Signata, vt supra, & de eis non sit facta mentio in precibus, etiam inhibitionibus præmissis non obstantibus, Iudex iudicare poterit.

Si quis preces dederit, & ad eas in causa supersederi obtinuerit, & preces parti intimari, si id Mediolani fiat, Intrà decenduum expeditionem à Senatu obtinere teneatur; Si extra Mediolanum, intrà quindecim dies. Quibus elapsis, Iudices amplius supersedere non teneantur.

Quicunquè in medio, vel alia parte litis, Rescripta impetrauerit, in precibus exprimere teneatur, prouisiones à Sena-

tu

tu ad ipsius, vel alterius partis petitionem, impettatas, & in iudicio exhibitas, quæ ad causam facere videbuntur, Aliàs rescripta nullius sint momenti, nec per Iudices executioni demandentur. Et in impensis impetrans condemnetur arbitrio Iudicis taxandis.

Supplicationes non admittantur, nisi prius fuerint subscriptæ per Doctorem, vel Causidicum, aut Notarium ipsius causæ actorem, Qui sit de Dominio Mediolani; Qui, si calumniosè in supplicationibus, aut in causis ipsis, se habuisse cognitum fuerit, non solùm in expensis in lite factis, sed etiam in pœna pecuniaria, & alia grauiori, arbitrio Senatus, omnino plectentur.

DE SENATORIBVS.

VNus tantum in Dominio Mediolani Senatus sit, Mediolaniq́ue resideat. Præsesq́;, & Senatores, qui in eo sedebunt, eorumq́; Secretarij fruantur, & gaudeant Priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, libertatibus, & commodis, quibus præteritis temporibus Præses, Senatores, & Secretarij frui, & gaudere consueuerunt: Sintq́ue in dicto munere perpetui. ¶ Habeatq́; idem Senatus auctoritatem Constitutiones Principis confirmandi, infirmandi, & tollendi, ac concedendi quascunque dispensationes, etiam contra Statuta, & Constitutiones. Item Statutorum, Ordinumq́;, ac prouisionum confirmationes faciendi: Nec non habilitationes, Temporum prorogationes, In integrum restitutiones concedendi. Et vltra præmissa, in his quæ ad Iustitiam, aut æquitatem spectant, prouidendi. ¶ Vniuersitatis quoque Papiensis curam habebit, Lectores deputabit, & amouebit, Salaria constituet, & denique alia faciet,

cient, veluti facere consueuerat. ¶ Singulo quoq; anno Præfectos Pestis eliget, & circa pestem, & sanitatem conseruandã, quæcunque opportuna faciet. ¶ Cognoscetque Senatus de causis Marchionatuum, Comitatuum, & quorumcumquè Feudorum siue lis & contentio oriatur inter Principem, & vassallos, & seu inter ipsos vassallos. Similique modo, de omnibus alijs causis arduis, & magnis, vbi res de qua agitur, sit aureorum mille annui redditus. Et etiam vbi agatur de interpretatione Priuilegiorum, & controuersijs finium, & alijs causis, de quibus vel via appellationis, vel alio modo, Consilia Ducalia retroactis temporibus cognoscere consueuerat. ¶ Insuper cognoscat de causis * Appellationum à Sententijs diffinitiuis, vel interloquutorijs vim diffinitiuarum habentibus, Quæ per Magistros * redditũum vtriusque Cameræ, Præfectos Annonæ, Collaterales nostros, vel Capitaneum iustitiæ ferentur (in casibus tamen, in quibus appellari potest.) ¶ Cognoscet etiam Senatus de approbatione, confirmationeque Litterarum Principis, Donorum, Remissionum, Indulgentiarum, Priuilegiorum, Ordinationum, Edictorum, & Gratiarum tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Et eas vel approbabit, vel limitabit, aut restringet, prout è re Principis, aut publica, esse cognouerit: Decernentes post hac omnes litteras præsentari debere Senatui infra annum: Quas si Senatus non approbabit, vel confirmabit, nullæ, & irritæ, & inanes sint, ac si nunquàm à Principe concessæ fuissent. ¶ Cura quoquè Senatus erit circa omnes Iusdicentes, seu Officiales Iustitiæ, vt, sicut tenentur, iustitiam exerceant. ¶ Iusque in eos habeat puniendi, ab officio priuandi, & suspendendi, ac corrigendi, secundum casus contingentiã, exceptis Quæstoribus Ordinarijs, & Extraordinarijs, Præfectis Annonæ, Collateralibus, Vicarijs generalibus, & Fiscalibus generalibus: Prouidebitq; ꝙ Officiales syndicentur, iuxta harum

Con-

Causæ Appellationum à sententijs per Magistros in causis onerum coram Senatu interpositarum debent intra trimestre expediri ex ordine Senatu diei 10. Ianuarij 1548. fol. 45. in prima additione.

Appellationũ causæ coram Senatoribus quemadmodum causæ principalis instãtiam nõ habent ex Senatus consulto edito anno 1559. die 11. Septẽbris fol. 45. in prima addit.

Constitutionum formam. ¶ A Decretis verò, Sententijsve, Ordinationibus, & Prouisionibus, quas Senatus faciet, non possit quouis modo appellari, prouocarivè, vel de nullitate dici: Sed hæ omnino effectum sortiantur, & executioni mittantur. ¶ Potest tamen condemnatus per sententiam, Decretum, vel Prouisionem Senatus, in termino à iure præfixo, coram eodem Senatu supplicare, reuisionemq; petere, quæ per Senatum concedatur, & per eundem Senatum reuideatur, parito prius iudicato, & executioni missa sententia, ac facto deposito aureorum cētum, penes Secretarium Senatus, quod Fisco cedat, casu quo petens reuisionem, succubuerit. ¶ Cęterùm, quia ex conditione temporum, & rerum euentu, necessarium est super pluribus prouidere, possit idem Senatus secũdum casuũ contingentiã, opportunas prouisiones facere, Quę inconcussè seruentur. ¶ Cũ autem Criminales causæ, & quæ in eis incidunt, maximi sunt momenti. Et plerumque præiudicium irreparabile parare soleant; Sitque per ordines priscos huius Dominij sublata omnis Appellatio, Reclamatio, aut querela à sententijs, & actis, quæ superinde feruntur, & fiunt; Operæpretium visum est, subditis consulere, vt fortè si Iudices Ordinarij, aut delegati, siue Feudatarij, & eorum Officiales, iniquè & perperam contra eos agant, vt Senatus huiusmodi causis criminalibus audiendis, & pertractandis incumbat, Quærimonias tàm contra Iudices ordinarios, aut delegatos, quàm contra priuatos, aut Feudatarios, & eorum officiales audiat, Siuè de pœnis corporalibus, siuè pecuniarijs, aut bonorum confiscationibus nondum declaratis tractetur, siuè etiam de mulctis per ordinarios, aut delegatos factis, aut transmissis agatur: Super quibus sancimus oppressis, & indebitè mulctatis, per Senatum prouideri, & succurri. Ea tamē lege, quòd Iudices qui indebitè mulctauerint, ipsi incōtinēti mulctam Fisco soluãt. Audiat etiam Senatus, relationes

Iudi-

cient, veluti facere consueuerat. ¶ Singulo quoq; anno Præfectos Pestis eliget, & circa pestem, & sanitatem conseruandã, quæcunque opportuna faciet. ¶ Cognosceique Senatus de causis Marchionatuum, Comitatuum, & quorumcumquè Feudorum siue lis & contentio oriatur inter Principem, & vassallos, & seu inter ipsos vassallos. Similique modo, de omnibus alijs causis arduis, & magnis, vbi res de qua agitur, sit aureorum mille annui redditus. Et etiam vbi agatur de interpretatione Priuilegiorum, & controuersijs finium, & alijs causis, de quibus vel via appellationis, vel alio modo, Consilia Ducalia retroactis temporibus cognoscere consueuerat. ¶ Insuper cognoscat de causis * Appellationum à Sententijs diffinitiuis, vel interloquutorijs vim diffinitiuarum habentibus, Quæ per Magistros * redditu um vtriusque Cameræ, Præfectos Annonæ, Collaterales nostros, vel Capitaneum iustitiæ ferentur (in casibus tamen, in quibus appellari potest.) ¶ Cognoscet etiam Senatus de approbatione, confirmationeque Litterarum Principis, Donorum, Remissionum, Indulgentiarum, Priuilegiorum, Ordinationum, Edictorum, & Gratiarum tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Et eas vel approbabit, vel limitabit, aut restringet, prout è re Principis, aut publica, esse cognouerit: Decernentes post hac omnes litteras præsentari debere Senatui infra annum: Quas si Senatus non approbabit, vel confirmabit, nullæ, & irritæ, & inanes sint, ac si nunquàm à Principe concessæ fuissent. ¶ Cura quoquè Senatus erit circa omnes Iusdicentes, seu Officiales Iustitiæ, vt, sicut tenentur, iustitiam exerceant. ¶ Iusque in eos habeat puniendi, ab officio priuandi, & suspendendi, ac corrigendi, secundum casus contingentiã, exceptis Quæstoribus Ordinarijs, & Extraordinarijs, Præfectis Annonæ, Collateralibus, Vicarijs generalibus, & Fiscalibus generalibus: Prouidebitq; q; Officiales syndicentur, iuxta harum Con-

Causæ Appellationum à sententijs per Magistros in causis onerum coram Senatu interpositarum debent intra trimestre expediri ex ordine Senatu diei 10. Ianuarij 1548. fol. 45. in prima additione.

Appellationũ causæ coram Senatoribus quemadmodum causæ principalis instãtiam nõ habent ex Senatus consulto edito anno 1559. die 11. Septẽbris fol. 45. in prima addit.

Constitutionum formam. ¶ A Decretis verò, Sententijsve, Ordinationibus, & Prouisionibus, quas Senatus faciet, non possit quouis modo appellari, prouocarivè, vel de nullitate dici: Sed hæ omnino effectum sortiantur, & executioni mittantur. ¶ Potest tamen condemnatus per sententiam, Decretum, vel Prouisionem Senatus, in termino à iure præfixo, coram eodem Senatu supplicare, reuisionemq; petere, quæ per Senatum concedatur, & per eundem Senatum reuideatur, parito prius iudicato, & executioni missa sententia, ac facto deposito aureorum cẽtum, penes Secretarium Senatus, quod Fisco cedat, casu quo petens reuisionem, succubuerit. ¶ Cęterùm, quia ex conditione temporum, & rerum euentu, necessarium est super pluribus prouidere, possit idem Senatus secũdum casuũ contingentiã, opportunas prouisiones facere, Quę inconcussè seruentur. ¶ Cũ autem Criminales causæ, & quæ in eis incidunt, maximi sunt momenti. Et plerumque præiudicium irreparabile parare soleant; Sitque per ordines priscos huius Dominij sublata omnis Appellatio, Reclamatio, aut querela à sententijs, & actis, quæ superinde feruntur, & fiunt; Operæpretium visum est, subditis consulere, vt fortè si Iudices Ordinarij, aut delegati, siue Feudatarij, & eorum Officiales, iniquè & perperam contra eos agant, vt Senatus huiusmodi causis criminalibus audiendis, & pertractandis incumbat, Quærimonias tàm contra Iudices ordinarios, aut delegatos, quàm contra priuatos, aut Feudatarios, & eorum officiales audiat, Siuè de pœnis corporalibus, siuè pecuniarijs, aut bonorum confiscationibus nondum declaratis tractetur, siuè etiam de mulctis per ordinarios; aut delegatos factis, aut transmissis agatur: Super quibus sancimus oppressis, & indebitè mulctatis, per Senatum prouideri, & succurri. Ea tamẽ lege, quòd Iudices qui indebitè mulctauerint, ipsi incõtinẽti mulctam Fisco soluãt. Audiat etiam Senatus, relationes

Iudicum ordinariorum, ac delegatorum, Feudatariorum, ac officialium suorum, ac etiam Fiscalium petitiones, In dictis rebus criminalibus, tam oretenus quàm in scriptis, & quid de reis constitutis, & carceratis agendum sit, censebit. Et demum omnia in criminalibus faciet, quæ pro Iustitia, & æquitate, ei videbuntur opportuna. Et quicquid faciet, vel decernet, parem vim habeat, ac si à Principe factum fuisset. ¶ Senatus tamen delictorum remissiones, seu gratias, vel litteras saluiconductus, reis criminum dare, vel concedere non possit, Quia earum concessio Principi reseruata est.

DE OFFICIO QVÆSTORVM ORDINARIORUM REDDITUUM.

Vectigalium cura semper exactissima habenda est, Quia in his potissimum nerui Principatus constituuntur. Et cum id fit, minus grauantur subditi indictis, super indictisve, & huiuscemodi oneribus, Quæ non nisi necessitate vrgente, imponenda sunt. Eam igitur ob causam in hoc Mediolanensi Dominio, Magistratus constitutus est Quæstorum ordinariorum redituum.

Hi igitur Quæstores, salarijs eiusdem statutis cōtenti erūt. Mundas & continentes manus seruabunt, nullam personarū acceptionem habentes, Ad diuitis vel potentis vultum non aspiciant, Post Deum, solum obseruent Principem. ¶ Omniq; diligentia, vtilitates, prærogatiuas, & commoda Fisci curabunt. Pariq; modo detrimenta auertent. ¶ Studebuntque omni diligentia veram, ac plenam notitiam habere omnium expensarum, ac reddituum huius Dominij, prout eis in rem Fisci magis esse videbitur; Eorumq; Reddituum, tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum ad ipsum Magistratum

tum pertinentium, & expensarum solutiones sine mora, fieri faciant. Curabuntque vt illud idem agant Referendarij, & Thesaurarius generalis.

Curabitque Magistratus, quòd Referendarij omnium ciuitatum circonspecti sint, & prudentes, redituumque Fisci, & vectigalium periti; Qui si horum expertes fuerint, erit officij Magistratus, curare apud Principem, vt amoueantur, & eorum loco Idonei subrogentur.

Singulis quoque annis, aut debitis temporibus, quibus magis secundum conditiones temporum, è re Fisci esse Magistratus iudicabit, Licitationes faciet (quæ vernacula lingua Incantus appellantur) quorumcunquè Redituum, Daciorũ, & Vectigalium huius Dominij, in quibus Quæstores participare per se, nec ipsi, nec alij ex alijs constitutionibus prohibiti, sub pœna in eis contenta non possint. ¶ Hisq; Licitationibus quæ in Ciuitate Mediolani fient, intersint Quæstores ipsi, vel maior pars eorum. Si verò in alijs ciuitatibus & locis, Referendarij, quibus pari modo, & sub eadem pœna, in conductionibus vectigalium participare prohibitum est. ¶ Diligentiamque adhibebunt, vt bona fide, & sine fraude omnia fiant, Omniquè studio, vt res Fisci melior sit.

Hæ quoque Licitationes, in locis consuetis sono tubæ præmisso fieri debent, non autem in locis secretis. Alioquè modo factæ, non valeant. Agentesque & consentientes, ad interesse Fisci teneantur, Arbitrioquè Iudicis puniendi erunt, inspecta qualitate facti, & personarum conditione.

Licitatores, qui in licitatione vicerint, Idoneos fideiussores dare teneantur, & super libris rationum Fisci pro debitoribus inscribendi sunt, Ab eisque Quæstores diligentes & debitas exactiones fieri faciant, quod si id non fecerint, & non Idoneos fideiussores acceptauerint, teneantur ipsi ad interesse Fisci, & eo amplius, arbitrio Principis puniantur.

Curabuntque Quæstores, vt omnes redditus huius Dominij in vno libro redigantur, & pari modo debitores Fisci, vt de facili singulis diebus eorum omnium notitia liberi possit. ¶ Singulo quoque anno quantum ascendent redditus, & impensa huius dominij, diligenter examinent. Et si quid superabundabit impensæ, inter se considerent, quibus modis præmissis occurri possit, & Principi, aut locum tenenti referant, Et eò amplius, si aliqua impensa eis videatur inutilis, vel superflua, aut excessiua, vt tolli vel moderari per Principem possit.

Ad dictum quoquè Magistratum pertinet curare, quòd omnes pecuniæ reddituum sibi commissorum, transeant per manus Thesaurarij generalis. Et vbi vel iussu Principis, vel alia necessaria causa vrgente, id fieri nõ posset, erit tamen eius officij prouidere, quòd scripturæ necessariæ & expedientes fiant, quemadmodum si hæ pecuniæ per manus Thesaurarij debito modo transiuissent. ¶ Et item singulis mensibus cum eo Thesaurario rationes concludere. Aliàs vbi damnum exinde Fisco succederet, id Quæstores ex ære suo proprio resarciant. ¶ Rationes tamen hæ reuideri poterunt quandocunquè Principi placuerit.

Quæstores nihil contrà, præterve Ordines Magistratus faciant, nisi habuerint litteras Principis, vel ab eo auctoritatem habentis, sub pœna amissionis salarij trium mensium, & alia maiori Principi arbitraria. ¶ Quæ tamen litteræ, siue pro expensis faciendis sint confectæ, siue alia quauis causa, omnino in actis Magistratus, in particulari libello, redigendæ sunt.

Non possit Magistratus debitores Fisci, eiusdem Fisci creditoribus assignare, nisi iussu Principis, eoque casu, opportunæ scripturæ faciendæ sunt. Ita tamen, vt nunquàm creditori intelligatur satisfactum, neque ab eo Fiscus liberatus, nisi ita

denum

demùm solutio per assignatum debitorem fiat. ¶ Et quia quandoquè solet Princeps assignationes facere creditoribus, non in solutionem debiti, sed pro cautione; ideò id cum fit, scriptura facienda est super libro particulari; Quæ hæc contineat, quantitatem assignatam, creditum tamen non excedẽtem, causam assignationis, creditoris & debitoris nomina, tẽpus solutionis faciendæ, & declarationem interesse, si id exsolui contingat. Temporeque eueniente solutionis præmissorum, etiam debitæ scripturæ faciendæ sunt. Interdictum est Magistratui, ne remissionem mercedis, seu ficti, conductoribus reddituum ordinariorum faciat, nisi certificato Principe, & habito responso.

Ad Magistrum pertinet prouidere, quod Officialis munitionum, nihil impertinens emant, quod aureos decem excedat, nisi eius Magistratus consensus accesserit, sub pœna eius arbitrio imponenda.

Inquirere etiam Magistratus debet, an aliqui sint, qui directè, vel per indirectum, sed de reditibus & impensis ad Fiscũ pertinentibus, intromittant: Eosq; cuiuscunque status, & conditionis sint, (etiam si Principi assistant) monere, vt sine Magistratus scientia, sed de his non intromittant, & si id iussu Principis fecerint, quàm primum ea omnia Magistratui notificent, vt debitæ scripturæ fieri possint, nisi ex aliqua causa ea Princeps secreto tenere voluerit. Qua causa cessante, omnino notificanda sunt, aliàs non notificantes Fisco ad interesse teneantur; puniendiq; erunt Principis arbitrio. Et si eos monuerit Magistratus, & moniti parere noluerit, erit eius officij, Principem certiorem reddere sub pœna amissionis salarij sex mensium. ¶ Et etiam officij Magistratus erit, diligenter scrutari, si ab aliquis præsertim officialibus Principis, aliqua fiant, vel tractentur, quæ cedant, vel cedere possint in Fisci detrimẽtum; & repertos culpabiles, cum agentibus & cõsentientibus

 punire,

punire, inspectis qualitate personarum, & delicti, ac quantitate damni, & non solum officiales delinquentes punire; Sed etiam eos, quos cognouerit negligentes esse in denuntiando Magistratui alios contrafacientes.

Magistratus ēt curare habet, tàm ad vtilitatē Fisci, q̄ priuatorum, quòd bis saltē in anno, per aliquos probos, & expertos viros, diligenter videātur, examinētur, & cōcludātur rationes omniū Thesaurariorū terrarum, & plebium huius Dominij.

Cognoscet ēt Magistratus, de causis Ordinariorū redituū, & etiā extraordinariorum, ad ipsum tñ Magistratū pertinentium, modo tñ hæ causæ inter Fiscum, & priuatos sint, & in causis appellationum, quæ interponi contingent à sententijs Iudicis Daciorum, Douanæ, Salis, vini de minuto, & aliorum quorumcunquè Iudicum Ciuitatis, & districtus Mediolani, de causis redituum ipsorum, vel ab eis dependentiam habentium, Iudicantium, vbi aliàs ab eorum sententijs de iure, vel ex forma Constitutionum, appellari non sit prohibitum.

Et quia alias in hoc Dominio, Magistratus erat Præfectorum Salis, qui sublatus est per præcessores Principes, & ad Magistratum ordinariorum reddituum, omnis eius auctoritas translata. Ideo sancitum est, Quæstores ordinarios, cognoscere etiam debere de causis salis, prout cognoscere consueuerāt illi Præfecti salis, quorum Magistratus abolitus est.

In omnibus causis coràm Magistratu vertentibus, Quæstores per apices iuris, anfractusvè litigiorum, non procedant, Sed ex mera veritate, causas ipsas terminent, & decidant, Sūmariè, simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudicij.

¶ Et causæ ipsæ Instantiam non habeant.

Eo ampliùs sancitum est, quòd Iudex Daciorum Ciuitatis Mediolani, qui inter priuatos ex sui officij natura, cognitionē & decisionē, in causis daciorū habet, Et prædicti alij Iudices, Referendarijq́; omniū ciuitatū, quoties de aliquo dubitari cō tin-

tingat, in quo versetur detrimentum, vel vtilitas Fisci, moniti à Magistratu, illo casu non procedant ad causæ decisionē, ipso Magistratu inconsulto, sub pęna amissionis salarij triū mēsium. ¶ Omnibusq; permissum est, in dictis causis, corā præmissis Iudicibus vertentibus, recursum ad Magistratū habere; qui, secundum casuum exigentiā, prouidere poterit. ¶ Nō tñ cognoscet Magistratus, de causis appellationum, interpositarum à Sententijs latis per Referendarios ciuitatū. Sed hæ causæ, vbi alias appellari non sit prohibitū, cognoscantur per confidentem partium Collegij illius ciuitatis, in qua iudicatū est.

Contrafacientes in his, quæ ad eorum officium spectant, vel contrauenire præsumentes, diligenter Quæstores inquirant. Et item si qui ab eis requisiti, in concernentibus eorum officium, auxilium, & fauorem, non dederint; Repertosq; culpabiles, eorum arbitrio vsque ad pœnam corporalem inclusiue, puniant. ¶ Suspendereq; ab officio poterunt, tam Referendarios quarumcunque ciuitatum, & locorum huius Dominij, quàm etiam rationatores, & alios officiales reddituum Fisci, ab eorum officijs, quos inhabiles, vel improbos duxerint. (Si tamen id commodè fieri poterit) sin minus Principi referant, Aliosque eorum loco subrogari curabunt.

Cùm materia Redditruū sit lata, & difficilis, Ita quòd certis legibus omnia comprehendi non possint, Et propterea quandoque magnæ in eis difficultates emergent, ideo sancitū est, quòd vbi arduum negocium occurrat, Principem, aut Locūtenentem, vel Senatum consulant, nec aliquo eorum inconsulto diffiniant, pœna arbitrio Principis imponenda.

Quotienscunque casus contingat, Quæstores auxilium implorabunt, non solum à Prætoribus Ciuitatum, sed à quibuscunque alijs officialibus, Eisq; committent quicquid prō Reddituum indemnitate, & conseruatione faciēdum sit, tàm in personis detinēdis, quàm in torturis, & alijs prouisionibus,

etiam

etiam corporalibus faciendis, quæ ipsis Quæstoribus iuxta rerum qualitatem, & magnitudinem, faciendæ videbuntur.
¶ Prætoresque & officiales omnes Quæstoribus ipsis assistant auxilio, consilio, & viribus, ac omnia quæ ipsis per Magistratum commissa erunt, agant, & exequantur, omni exceptione remota.

Et quia contingit Principem sæpissimè hinc indè nuntios mittere, Inquirat Magistratus diem, discessus à Ciuitate, & item reditus, vel Secretario, qui litteras expediuerit, vel alio modo, etiam per sacramentum illius nuntij, vt dierum supputatio, & etiam Impensæ extrà ordinē factæ, fieri possit, ratioq; per ipsum Magistratum concludi.

A sententijs, quæ per Quæstores præmissos super calculo, seu circa bona, & pecunias, quæ immediatè Fisco spectare prętendantur, ferri contingent, nullo modo appellari possit, nec etiam in alijs causis, in quibus de iure appellari non licet.

Si quis ex præmissis Quæstoribus, coniunctus fuerit vsque ad quartum gradum inclusiuè, secundum iura canonica computandum, vel magna familiaritate iunctus alicui sit, cuius causa in eo Magistratu tractanda sit, non audeat in eius causę expeditionibus, vel deliberationibus interuenire. Debetque Præses hoc iubere, (modo id ei notum sit,) quod si quis sciens contrauenerint, in eum grauiter erit animaduertendum.
¶ Idem seruetur per Quæstores extraordinariorum redditū & Præfectos Annonæ.

DE OFFICIO QVÆSTORVM Extraordinariorum reddituum.

MVltum iuuant ærarium huius Dominij Reditus bonorū patrimonialium Principis, & item aquarum prouenientium ex fluminibus, (quibus plurimum abundat Mediolanense

lanense Dominium) nec non qui ex confiscationibus bonorum delinquentium, & ex pœnis nocentibus irrogatis, exiguntur, Ea propter Magistratus erectus est Quæstorum extraordinariorum redditũum.

Huius igitur Magistratus cura illa imprimis est, Præsidem, & Quæstores statis diebus in locum consuetum conuenire, Et, cum conuenerint, neminem, nisi audiendum, vel causæ decidendæ gratia, intromittere, nec quemquàm priuato audire, nisi omnibus collegis audientibus, diligentiamquè adhibere, vt antequàm in aliqua causa deliberent, rem ipsam bene intelligant, & postquàm deliberauerint, amplius variare, nec in dubium refricare liceat. ¶ Celerrimè causas expediant, nec antè horam insolitam, excepta necessitatis causa discedant, omniaquè per eos tractanda occulta teneant, nec manifestent, nisi omnium qui interuenerint, consensus accesserit.

Habetquè Magistratus auctoritatem remouendi ab officio Cancellarios, & Coadiutores, eius decreta, absquè eius iussu manifestantes, & eos puniendi, vt successoribus transeant in exemplum.

Curæ quoque erit Magistratus, vt omnes officiales in causis ad Fiscum pertinentibus diligenter, & sincerè procedant, benèquè aduertant, ne in eis fraus, vel dolus in detrimentum Fisci committatur, & vbi Magistratui in rem Fisci esse visum fuerit, ipsis officialibus mandare poterit, vt cum interuentu Fiscalis per Magistratum nominandi procedant, sub pœna arbitrio Principis, vel Senatus imponenda.

Diligentiamquè adhibebit Magistratus, an officiales aliquid occultauerint, neglexerint, composuerint, dolum, fraudemvè, commiserint, tàm in criminibus & delictis, quàm in pecunijs ad Fiscum spectantibus, de hisquè Principem certiorem reddat.

No-

Notarij maleficiorum per quempiam ad officia exercenda deputari non possint, nisi Magistratu consulto, Qui etiam se informabit de Notarijs nunc deputatis vbilibet existentibus, & quos compertuerit minus sincerè, & integrè officiũ exercere, vel minus idoneos esse, eos ab officio suspẽdat: & vbi in eos grauius animaduertendum sit, Principem, vel Senatũ cõsulat.

Cognoscet insuper Magistratus, de causis Fluminum regalium, & aquarum, Fisco pertinentium, & abindè dependentium. ¶ Et item de bonis confiscatis, & etiã ex post per Principem alicui donatis, vel alienatis (vbi tamen in eis de interesse Fisci tractetur) alias, interdicta cognitio est, & vbi interesse Fisci versetur, ad causarum expeditionem deueniri non possit, nisi adhibitis Fiscalibus, vel aliquibus ex eis.

Iurisdictionemque exercebit in curte Douariæ, terris Boffaloræ, & Cissiani, inibique Prætores deputabit, vel confirmabit iuxta solitum.

Erit quoque officij Magistratus, diligenter inquirere, an qui debitores sint Fisci, vel ex causa condemnationum, vel alia ad ipsum Magistratum spectante, habiles sint ad soluendum, & vbi sint, per executorem ipsius Magistratus (si hi in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani habitauerint) sin minus per Referendarios Ciuitatum exigere faciant. ¶ Si vero debitores ad soluendum habiles non erunt, à centum libris infra, cum eis componere Magistratus potest.

Cautum quoque est, quòd is Magistratus cum debitoribus Fisci ad ipsum Magistratum pertinentibus rationes inire, & concludere possit.

Causæ coram hoc Magistratu tractandæ, tàm ad formam præsentium Constitutionum, quàm etiam quę delegatę erũt, nullam habeant instantiam.

Prætores, Capitanei, & denique omnes Iusdicentes, & officiales huius Dominij, habentes auctoritatem mulctandi, & con-

condemnationes pecuniarias faciendi, teneantur postquàm eas fecerint, (modo ad Fiscum pertineant) si fuerint Ciuitatis Mediolani, intra tres dies, si verò aliarum ciuitatum, & aliorum locorum extra ciuitatem, intra octo dies Magistratui trasmittere: in quibus distinctè apponant nomina, cognomina, & prænomina condemnatorum, eorumquè parentum, & fideiussorum. Exprimantquè in quo loco, & loco loci cōdemnati habitent, & condemnationis quantitatē, terminum solutionis faciendæ, & pœnam adiectam si non soluerit cōdemnatus, sub pœna contrafacienti, amisionis salarij sex mensium, Fisco applicanda. ¶ Huiusque rei in Sindicatu, & ante Syndicatum, ratio habenda est. ¶ Omnesque pecuniæ ex dictis condemnationibus exigendæ, ad Thesaurariū generalem huius Dominij deferantur.

Prohibitum est omnibus Iusdicentibus, & officialibus, ne pecunias condemnationum exigant, sub pœna quadrupli. Quia hæ pecuniæ omnino Thesaurario generali numerandæ sunt, Qui tamen curabit, ne in alium vsum eas conuertat, nisi per prius satisfactum sit officialibus, qui eas condemnationes fecerunt, tam de eorum salarijs, quàm de earum condemnationum contingenti portione eisdem spectante. Quæ tamen solutio fieri non possit, nisi mandato Magistratus.

Pertinetquè ad hunc Magistratum, omnes habentes caussam à Principe, vel à Fisco, ponere in possessionem bonorum & iurium à Principe, vel Fisco, In eos quocuuquè titulo translatorum. ¶ Non tamen ponat, nisi prius, & ante omnia factis liquidationibus iuxta ordines, Quod tamen locum non habeat, quando translatio facta esset in condemnatum iam gratiam à Principe assequutum, vel in eos qui condemnato ab intestato successuri essent.

Exequutio autem omnium bonorum confiscatorum, vel

eient, veluti facere consueuerat. ¶ Singulo quoq; anno Præfectos Pestis eliget, & circa pestem, & sanitatem conseruandã, quæcunque opportuna faciet. ¶ Cognoscerque Senatus de causis Marchionatuum, Comitatuum, & quorumcumquè Feudorum siue lis & contentio oriatur inter Principem, & vassallos, & seu inter ipsos vassallos. Similique modo, de omnibus alijs causis arduis, & magnis, vbi res de qua agitur, sit aureorum mille annui redditus. Et etiam vbi agatur de interpretatione Priuilegiorum, & controuersijs finium, & alijs causis, de quibus vel via appellationis, vel alio modo, Consilia Ducalia retroactis temporibus cognoscere consueuerat.

Causæ Appellationum à sententijs per Magistros in causis onerum coram Senatu interpositarum debent intra trimestre expediri ex ordine Senatu diei 10. Ianuarij 1548. fol. 45. in prima additione.

Appellationũ causæ coram Senatoribus quemadmodum causæ principalis instãtiam nõ habent ex Senatus consulto edito anno 1559. die 11. Septẽbris fol. 45. in prima addit.

¶ Insuper cognoscat de causis * Appellationum à Sententijs diffinitiuis, vel interloquutorijs vim diffinitiuarum habentibus, Quæ per Magistros * redditũum vtriusque Cameræ, Præfectos Annonæ, Collaterales nostros, vel Capitaneum iustitiæ ferentur (in casibus tamen, in quibus appellari potest.) ¶ Cognoscet etiam Senatus de approbatione, confirmationeque Litterarum Principis, Donorum, Remissionum, Indulgentiarum, Priuilegiorum, Ordinationum, Edictorum, & Gratiarum tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Et eas vel approbabit, vel limitabit, aut restringet, prout è re Principis, aut publica, esse cognouerit: Decernentes post hac omnes litteras præsentari debere Senatui infra annum: Quas si Senatus non approbabit, vel confirmabit, nullæ, & irritæ, & inanes sint, ac si nunquàm à Principe concessæ fuissent. ¶ Cura quoquè Senatus erit circa omnes Iusdicentes, seu Officiales Iustitiæ, vt, sicut tenentur, iustitiam exerceant. ¶ Iusque in eos habeat puniendi, ab officio priuandi, & suspendendi, ac corrigendi, secundum casus contingentiã, exceptis Quæstoribus Ordinarijs, & Extraordinarijs, Præfectis Annonæ, Collateralibus, Vicarijs generalibus, & Fiscalibus generalibus: Prouidebitq; q Officiales syndicentur, iuxta harum

Con-

Constitutionum formam. ¶ A Decretis verò, Sententijsve, Ordinationibus, & Prouisionibus, quas Senatus faciet, non possit quouis modo appellari, prouocarivè, vel de nullitate dici: Sed hæ omnino effectum sortiantur, & executioni mittantur. ¶ Potest tamen condemnatus per sententiam, Decretum, vel Prouisionem Senatus, in termino à iure præfixo, coram eodem Senatu supplicare, reuisionemq; petere, quæ per Senatum concedatur, & per eundem Senatum reuideatur; parito prius iudicato, & executioni missa sententia, ac facto deposito aureorum cẽtum, penes Secretarium Senatus, quod Fisco cedat, casu quo petens reuisionem, succubuerit. ¶ Ceterùm, quia ex conditione temporum, & rerum euentu, necessarium est super pluribus prouidere, possit idem Senatus secũdum casuũ contingentiã, opportunas prouisiones facere, Quę inconcussè seruentur. ¶ Cũ autem Criminales causæ, & quæ in eis incidunt, maximi sunt momenti. Et plerumque præiudicium irreparabile parare soleant; Sitque per ordines priscos huius Dominij sublata omnis Appellatio, Reclamatio, aut querela à sententijs, & actis, quæ superinde feruntur, & fiunt; Operæpretium visum est, subditis consulere, vt fortè si Iudices Ordinarij, aut delegati, siue Feudatarij, & eorum Officiales, iniquè & perperam contra eos agant, vt Senatus huiusmodi causis criminalibus audiendis, & pertractandis incumbat, Quærimonias tàm contra Iudices ordinarios, aut delegatos, quàm contra priuatos, aut Feudatarios, & eorum officiales audiat, Siuè de pœnis corporalibus, siuè pecuniarijs, aut bonorum confiscationibus nondum declaratis tractetur, siuè etiam de mulctis per ordinarios, aut delegatos factis, aut transmissis agatur: Super quibus sancimus oppressis, & indebitè mulctatis, per Senatum prouideri, & succurri. Ea tamẽ lege, quòd Iudices qui indebitè mulctauerint, ipsi incõtinẽti mulctam Fisco soluãt. Audiat etiam Senatus, relationes

Iudi-

Iudicum ordinariorum, ac delegatorum, Feudatariorum, ac officialium suorum, ac etiam Fiscalium petitiones, In dictis rebus criminalibus, tam oretenus quàm in scriptis, & quid de reis constitutis, & carceratis agendum sit, censebit. Et demum omnia in criminalibus faciet, quæ pro Iustitia, & æqui tate, ei videbuntur opportuna. Et quicquid faciet, vel decernet, parem vim habeat, ac si à Principe factum fuisset. ¶ Senatus tamen delictorum remissiones, seu gratias, vel litteras saluiconductus, reis criminum dare, vel concedere non possit, Quia earum concessio Principi reseruata est.

DE OFFICIO QVÆSTORVM ORDINARIORUM REDDITUUM.

VEctigalium cura semper exactissima habenda est, Quia in his potissimum nerui Principatus constituuntur. Et cum id fit, minùs grauantur subditi indictis, super indictisve, & huiuscemodi oneribus, Quæ non nisi necessitate vrgente, imponenda sunt. Eam igitur ob causam in hoc Mediolanensi Dominio, Magistratus constitutus est Quæstorum ordinariorum redituum.

Hi igitur Quæstores, salarijs eiusdem statutis cõtenti erũt. Mundas & continentes manus seruabunt, nullam personarũ acceptionem habentes, Ad diuitis vel potentis vultum non aspiciant, Post Deum, solum obseruent Principem. ¶ Omniq; diligentia, vtilitates, prærogatiuas, & commoda Fisci curabunt. Pariq; modo detrimenta auertent. ¶ Studebuntque omni diligentia veram, ac plenam notitiam habere omnium expensarum, ac reddituum huius Dominij, prout eis in rem Fisci magis esse videbitur; Eorumq; Redditum, tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum ad ipsum Magistra-

tum

tum pertinentium, & expensarum solutiones sine mora, fieri faciant. Curabuntque vt illud idem agant Referendarij, & Thesaurarius generalis.

Curabitque Magistratus, quòd Referendarij omnium ciuitatum circonspecti sint, & prudentes, redituumque Fisci, & vectigalium periti; Qui si horum expertes fuerint, erit officij Magistratus, curare apud Principem, vt amoueantur, & eorum loco Idonei subrogentur.

Singulis quoque annis, aut debitis temporibus, quibus magis secundum conditiones temporum, è re Fisci esse Magistratus iudicabit, Licitationes faciet (quæ vernacula lingua Incantus appellantur) quorumcunquè Redituum, Daciorũ, & Vectigalium huius Dominij, in quibus Quæstores participare per se, nec ipsi, nec alij ex alijs constitutionibus prohibiti, sub pœna in eis contenta non possint. ¶ Hisq; Licitationibus quæ in Ciuitate Mediolani fient, intersint Quæstores ipsi, vel maior pars eorum. Si verò in alijs ciuitatibus & locis, Referendarij, quibus pari modo, & sub eadem pœna, in conductionibus vectigalium participare prohibitum est. ¶ Diligentiamque adhibebunt, vt bona fide, & sine fraude omnia fiant, Omnique studio, vt res Fisci melior sit.

Hæ quoque Licitationes, in locis consuetis sono tubæ præmisso fieri debent, non autem in locis secretis. Alioque modo factæ, non valeant. Agentesque & consentientes, ad interesse Fisci teneantur, Arbitrioquè Iudicis puniendi erunt, inspecta qualitate facti, & personarum conditione.

Licitatores, qui in licitatione vicerint, Idoneos fideiussores dare teneantur, & super libris rationum Fisci pro debitoribus inscribendi sunt, Ab eisque Quæstores diligentes & debitas exactiones fieri faciant, quod si id non fecerint, & non Idoneos fideiussores acceptauerint, teneantur ipsi ad interesse Fisci, & eo amplius, arbitrio Principis puniantur.

B Cu-

Curabuntque Quæstores, vt omnes redditus huius Dominij in vno libro redigantur, & pari modo debitores Fisci, vt de facili singulis diebus eorum omnium notitia liberi possit. ¶ Singulo quoque anno quantum ascendent redditus, & impensa huius dominij, diligenter examinent. Et si quid superabundabit impensæ, inter se considerent, quibus modis præmissis occurri possit, & Principi, aut locum tenenti referant, Et eò amplius, si aliqua impensa eis videatur inutilis, vel superflua, aut excessiua, vt tolli vel moderari per Principem possit.

Ad dictum quoquè Magistratum pertinet curare, quòd omnes pecuniæ redditu um sibi commissorum, transeant per manus Thesaurarij generalis. Et vbi vel iussu Principis, vel alia necessaria causa vrgente, id fieri nō posset, erit tamen eius officij prouidere, quòd scripturæ necessariæ & expedientes fiant, quemadmodum si hæ pecuniæ per manus Thesaurarij debito modo transiuissent. ¶ Et item singulis mensibus cum eo Thesaurario rationes concludere. Aliàs vbi damnum exinde Fisco succederet, id Quæstores ex ære suo proprio resarciant. ¶ Rationes tamen hæ reuideri poterunt quandocunquè Principi placuerit.

Quæstores nihil contrà, præterve Ordines Magistratus faciant, nisi habuerint litteras Principis, vel ab eo auctoritatem habentis, sub pœna amissionis salarij trium mensium, & alia maiori Principi arbitraria. ¶ Quæ tamen litteræ, siue pro expensis faciendis sint confectæ, siue alia quauis causa, omnino in actis Magistratus, in particulari libello, redigendæ sunt.

Non possit Magistratus debitores Fisci, eiusdem Fisci creditoribus assignare, nisi iussu Principis, eoque casu, opportunæ scripturæ faciendæ sunt. Ita tamen, vt nunquàm creditori intelligatur satisfactum, neque ab eo Fiscus liberatus, nisi ita

denuùm

demùm solutio per assignatum debitorem fiat. ¶ Et quia quandoquè solet Princeps assignationes facere creditoribus, non in solutionem debiti, sed pro cautione; ideò id cum fit, scriptura facienda est super libro particulari; Quæ hæc contineat, quantitatem assignatam, creditum tamen non excedẽtem, causam assignationis, creditoris & debitoris nomina, tẽpus solutionis faciendæ, & declarationem interesse, si id exsolui contingat. Temporeque eueniente solutionis præmissorum, etiam debitæ scripturæ faciendæ sunt. Interdictum est Magistratui, ne remissionem mercedis, seu ficti, conductoribus redditũum ordinariorum faciat, nisi certificato Principe, & habito responso.

Ad Magistrum pertinet prouidere, quod Officialis munitionum, nihil impertinens emant, quod aureos decem excedat, nisi eius Magistratus consensus accesserit, sub pœna eius arbitrio imponenda.

Inquirere etiam Magistratus debet, an aliqui sint, qui directè, vel per indirectum, sed de reditibus & impensis ad Fiscũ pertinentibus, intromittant: Eosq; cuiuscunque status, & conditionis sint, (etiam si Principi assistant) monere, vt sine Magistratus scientia, sed de his non intromittant, & si id iussu Principis fecerint, quàm primum ea omnia Magistratui notificent, vt debitæ scripturæ fieri possint, nisi ex aliqua causa ea Princeps secretò tenere voluerit. Qua causa cessante, omnino notificanda sunt, aliàs non notificantes Fisco ad interesse teneantur, puniendiq; erunt Principis arbitrio. Et si eos monuerit Magistratus, & moniti parere noluerit, erit eius officij, Principem certiorem reddere sub pœna amissionis salarij sex mensium. ¶ Et etiam officij Magistratus erit, diligenter scrutari, si ab aliquis præsertim officialibus Principis, aliqua fiant, vel tractentur, quæ cedant, vel cedere possint in Fisci detrimẽtum; & repertos culpabiles, cum agentibus & cõsentientibus

punire, inspectis qualitate personarum, & delicti, ac quantitate damni, & non solum officiales delinquentes punire; Sed etiam eos, quos cognouerit negligentes esse in denuntiando Magistratui alios contrafacientes.

Magistratus ēt curare habet, tàm ad vtilitatē Fisci, q̃ priuatorum, quòd bis saltē in anno, per aliquos probos, & expertos viros, diligenter videātur, examinētur, & cōcludātur rationes omniū Thesaurariorū terrarum, & plebium huius Dominij.

Cognoscet ēt Magistratus, de causis Ordinariorū redituū, & etiā extraordinariorum, ad ipsum tñ Magistratū pertinentium, modo tñ hæ causæ inter Fiscum, & priuatos sint, & in causis appellationum, quæ interponi contingent à sententijs Iudicis Daciorum, Douanæ, Salis, vini de minuto, & aliorum quorumcunquè Iudicum Ciuitatis, & districtus Mediolani, de causis redituum ipsorum, vel ab eis dependentiam habentium, Iudicantium, vbi aliàs ab eorum sententijs de iure, vel ex forma Constitutionum, appellari non sit prohibitum.

Et quia alias in hoc Dominio, Magistratus erat Præfectorum Salis, qui sublatus est per præcessores Principes, & ad Magistratum ordinariorum reddituum, omnis eius auctoritas translata. Ideo sancitum est, Quæstores ordinarios, cognoscere etiam debere de causis salis, prout cognoscere consueuerāt illi Præfecti salis, quorum Magistratus abolitus est.

In omnibus causis coràm Magistratu vertentibus, Quæstores per apices iuris, anfractusvè litigiorum; non procedant, Sed ex mera veritate, causas ipsas terminent, & decidant, Sūmariè, simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudicij. ¶ Et causæ ipsæ Instantiam non habeant.

Eo ampliùs sancitum est, quòd Iudex Daciorum Ciuitatis Mediolani, qui inter priuatos ex sui officij natura, cognitionē & decisionē, in causis daciorū habet, Et prædicti alij Iudices, Referendarijq́; omniū ciuitatū, quoties de aliquo dubitari cōtin-

tingat, in quo versetur detrimentum, vel vtilitas Fisci, moniti à Magistratu, illo casu non procedant ad causæ decisionē, ipso Magistratu inconsulto, sub pęna amissionis salarij triū mēsium. ¶ Omnibusq; permissum est, in dictis causis, corā præmissis Iudicibus vertentibus, recursum ad Magistratū habere; qui, secundum casuum exigentiā, prouidere poterit. ¶ Nō tñ cognoscet Magistratus, de causis appellationum, interpositarum à Sententijs latis per Referendarios ciuitatū. Sed hæ causæ, vbi alias appellari non sit prohibitū, cognoscantur per confidentem partium Collegij illius ciuitatis, in qua iudicatū est.

Contrafacientes in his, quæ ad eorum officium spectant, vel contrauenire præsumentes, diligenter Quæstores inquirant. Et item si qui ab eis requisiti, in concernentibus eorum officium, auxilium, & fauorem, non dederint; Repertosq; culpabiles, eorum arbitrio vsque ad pœnam corporalem inclusiue, puniant. ¶ Suspendereq; ab officio poterunt, tam Referendarios quarumcunque ciuitatum, & locorum huius Dominij, quàm etiam rationatores, & alios officiales redditũum Fisci, ab eorum officijs, quos inhabiles, vel improbos duxerint. (Si tamen id commodè fieri poterit) sin minus Principi referant, Aliosque eorum loco subrogari curabunt.

Cùm materia Redditũu sit lata, & difficilis, Ita quòd certis legibus omnia comprehendi non possint, Et propterea quandoque magnæ in eis difficultates emergent, ideo sancitũ est; quòd vbi arduum negocium occurrat, Principem, aut Locũtenentem, vel Senatum consulant, nec aliquo eorum inconsulto diffiniant, pœna arbitrio Principis imponẽnda.

Quotienscunque casus contingat, Quæstores auxilium implorabunt, non solum à Prætoribus Ciuitatum, sed à quibuscunque alijs officialibus, Eisq; committent quicquid pro Redditũum indemnitate, & conseruatione faciẽdum sit, tàm in personis detinẽdis, quàm in torturis, & alijs prouisionibus,

etiam

etiam corporalibus faciendis, quæ ipsis Quæstoribus iuxta rerum qualitatem, & magnitudinem, faciendæ videbuntur.

¶ Prætoresque & officiales omnes Quæstoribus ipsis assistant auxilio, consilio, & viribus, ac omnia quæ ipsis per Magistratum commissa erunt, agant, & exequantur, omni exceptione remota.

Et quia contingit Principem sæpissimè hinc indè nuntios mittere, Inquirat Magistratus diem, discessus à Ciuitate, & item reditus, vel Secretario, qui litteras expediuerit, vel alio modo, etiam per sacramentum illius nuntij, vt dierum supputatio, & etiam Impensæ extrà ordinē factæ, fieri possit, ratioq; per ipsum Magistratum concludi.

A sententijs, quæ per Quæstores pręmissos super calculo, seu circa bona, & pecunias, quæ immediatè Fisco spectare prętendantur, ferri contingent, nullo modo appellari possit, nec etiam in alijs causis, in quibus de iure appellari non licet.

Si quis ex præmissis Quæstoribus, coniunctus fuerit vsque ad quartum gradum inclusiuè, secundum iura canonica computandum, vel magna familiaritate iunctus alicui sit, cuius causa in eo Magistratu tractanda sit, non audeat in eius causę expeditionibus, vel deliberationibus interuenire. Debetque Præses hoc iubere, (modo id ei notum sit,) quod si quis sciens contrauenerint, in eum grauiter erit animaduertendum.

¶ Idem seruetur per Quæstores extraordinariorum redditunū & Præfectos Annonæ.

DE OFFICIO QVÆSTORVM Extraordinariorum reddituum.

MVltum iuuant ærarium huius Dominij Reditus bonorū patrimonialium Principis, & item aquarum prouenientium ex fluminibus, (quibus plurimum abundat Mediolanense

lanense

lanense Dominium) nec non qui ex confiscationibus bonorum delinquentium, & ex pœnis nocentibus irrogatis, exiguntur, Ea propter Magistratus erectus est Quæstorum extraordinariorum redditaum.

Huius igitur Magistratus cura illa imprimis est, Præsidem, & Quæstores statis diebus in locum consuetum conuenire, Et, cum conuenerint, neminem, nisi audiendum, vel causæ decidendæ gratia, intromittere, nec quemquàm priuato audire, nisi omnibus collegis audientibus, diligentiamquè adhibere, vt antequàm in aliqua causa deliberent, rem ipsam bene intelligant, & postquàm deliberauerint, amplius variare, nec in dubium refricare liceat. ¶ Celerrimè causas expediant, nec antè horam insolitam, excepta necessitatis causa discedant, omniaquè per eos tractanda occulta teneant, nec manifestent, nisi omnium qui interuenerint, consensus accesserit.

Habetquè Magistratus auctoritatem remouendi ab officio Cancellarios, & Coadiutores, eius decreta, absquè eius iussu manifestantes, & eos puniendi, vt successoribus transeant in exemplum.

Curæ quoque erit Magistratus, vt omnes officiales in causis ad Fiscum pertinentibus diligenter, & sincerè procedant, benèquè aduertant, ne in eis fraus, vel dolus in detrimentum Fisci committatur, & vbi Magistratui in rem Fisci esse visum fuerit, ipsis officialibus mandare poterit, vt cum interuentu Fiscalis per Magistratum nominandi procedant, sub pœna arbitrio Principis, vel Senatus imponenda.

Diligentiamquè adhibebit Magistratus, an officiales aliquid occultauerint, neglexerint, composuerint, dolum, fraudemvè, commisserint, tàm in criminibus & delictis, quàm in pecunijs ad Fiscum spectantibus, de hisquè Principem certiorem reddat.

No-

condemnationes pecuniarias faciendi, teneantur postquàm eas fecerint, (modo ad Fiscum pertineant) si fuerint Ciuitatis Mediolani, intra tres dies, si verò aliarum ciuitatum, & aliorum locorum extra ciuitatem, intra octo dies Magistratui trasmittere: in quibus distinctè apponant nomina, cognomina, & prænomina condemnatorum, eorumquè parentum, & fideiussorum. Exprimantquè in quo loco, & loco loci cōdemnati habitent, & condemnationis quantitatē, terminum solutionis faciendæ, & pœnam adiectam si non soluerit cōdemnatus, sub pœna contrafacienti, amisionis salarij sex mensium, Fisco applicanda. ¶ Huiusque rei in Sindicatu, & ante Syndicatum, ratio habenda est. ¶ Omnesque pecuniæ ex dictis condemnationibus exigendæ, ad Thesaurariū generalem huius Dominij deferantur.

Prohibitum est omnibus Iusdicentibus, & officialibus, ne pecunias condemnationum exigant, sub pœna quadrupli, Quia hæ pecuniæ omnino Thesaurario generali numerandæ sunt, Qui tamen curabit, ne in alium vsum eas conuertat, nisi per prius satisfactum sit officialibus, qui eas condemnationes fecerunt, tam de eorum salarijs, quàm de earum condemnationum contingenti portione eisdem spectante. Quæ tamen solutio fieri non possit, nisi mandato Magistratus.

Pertinetquè ad hunc Magistratum, omnes habentes causam à Principe, vel à Fisco, ponere in possessionem bonorum & iurium à Principe, vel Fisco, In eos quocuuquè titulo translatorum. ¶ Non tamen ponat, nisi prius, & ante omnia factis liquidationibus iuxta ordines, Quod tamen locum non habeat, quando translatio facta esset in condemnatum iam gratiam à Principe assequutum, vel in eos qui condemnato ab intestato successuri essent.

Exequutio autem omnium bonorum confiscatorum, vel

vacantium ad ipsum Magistratum etiam pertinet. Isq; modus seruandus erit, q̃ Iusdicens illius ciuitatis, vel loci, in cuius territorio crimen cõmissum est, vel bona vacãtia erunt, postquàm commissi criminis, vel eorum bonorũ vacantiũ, notitiam habuerit, teneatur infra biduum, mittere Notarium maleficiorum, qui vnà cum Notario Referendarij illius ciuitatis, & Syndico Fiscali, in præsentia Consulis, & duorũ bonorũ virorum, (si extra ciuitatem fuerit) si vero intra ciuitatem, in præsentia Antiani, vel duorum vicinorum accedant ad loca, vbi sita sunt bona imputati, vel vacantia, & omnia bona illius imputati, vel hæreditatis vacantis, mobilia, & immobilia, ac se mouentia, describant mobilia cum suis qualitatibus, & nominibus, mouentia cum coloribus, & signis animaliũ, & per eorum nomina, immobilia cum situ, cohærentijs, & numero perticarum, exprimendo an culta sint, vel vineata, pratave, aut inculta, vel nemora, vna cum diuersitate fructuum satorũ, & pendentium, si extabunt. Eaq; omnia, & singula, ac iura quæcunque, ac nomina debitorum, Fructusque, & reditus, siue collectus, siue pendentes, nomine Fisci appræhendant.

Eaque omnia bona consignent Consulibus vel Antianis, qui se obligent, & huius sanctionis virtute, obligati esse intelligantur, bona ipsa accipere, & conseruare, Eaque Quæstoribus extraordinarijs quoties ab eis requisiti fuerint, vna cũ fructibus collectis, & colligendis restituere, & consignare. ¶ Et item fructus pendentes temporibus debitis colligere, (impensis tamen fructuũ,) Alias ex suo ære proprio Fisco teneantur. ¶ His peractis, Iusdicens, & Referendarius, collatis descriptionibus, & apprehensionibus, per suos Notarios modo præmisso factis, intra decem dies duplum authenticum Magistratu transmittant, Qui si secus fecerint, pęna erit amissionis salarij trium mensium. ¶ Si verò bona non fuerint in iurisdictione, in qua commissum est delictum, sed in alia; etiam

Feu-

Feudatariorum,& Donatariorum,Modò tamen agatur de bonis ad Fiscum Principis pertinentibus,Iusdicens ille intrà quatuor dies litteris suis moneat Prætorem, & Referendariū Ciuitatis,in cuius Iurisdictione sita sunt, vel saltem Prætorem illius loci,in cuius Territorio sita sunt bona,vt nomina Fisci dictas,descriptionem,& apprehensionem faciant, & intra quatriduum Magistratum certiorem reddant. ¶ Hi ita moniti, Prædicta executioni mandare necesse habent,& intra decemduum Magistratui cedulam apprehensionis,& descriptionis, per Notarium subsignatam transmittere, alias pęnam aureorum quinquaginta Fisco applicandam, incurrant. ¶ In Capitaneatus Iustitiæ officio, & Prætura Mediolani, cum Notario Capitanei,vel Prætoris,ad prædicta exequēda semper erit Notarius Magistratus. ¶ Per has tamen apprehensiones, & descriptiones, sancitum est, reo,nec ius habentibus in bonis, quæ tanquàm vacantia descripta erunt, nullum afferri præiudicium tam iure Domini,quàm possessionis, nisi ita demum condemnatio,vel declaratio sequuta fuerit.

Post factam condemnationem, & bonorum condemnati publicationem, & respectu bonorum vacantium,seruatis seruandis declarationem,scilicet ea bona vacantia esse, Tunc, si ea bona in Ciuitate, & Ducatu Mediolani fuerint, Magistratus: si in alijs Ciuitatibus,vel districtu Ciuitatum,Referendarij; Et in alijs locis insignibus, Prætores, omnes tamen hi, de commissione Magistratus, cunctos monebunt per edictum publicum, in locis publicis,& consuetis,& in loco habitationis condemnati,vel illius,cuius hæreditas vacans est, in hanc formam faciendum.

EDICTVM.

QVilibet prætendens se condemnati, vel hæreditatis vacantis creditorem, vel ius aliquod habere in bonis

per ipsum condemnatum relictis, aut hæreditatis vacantis, & verè, vel fictè, virtute Constitutionum huius Dominij, nomine Fisci appræhensis, teneatur, & debeat, si in Dominio habitauerit, intra tres menses, si verò extra Dominium, vel pupillus, furiosusve, aut mentecaptus, aut alius curatore indigens, item veniens ex successione, vel persona alterius, vidua, mulier prętendens iura dotalia, intra sex menses, coram Magistratu, vel Referendarijs, aut Prætoribus à Magistratu delegatis, comparere & in scriptis producere, aut probare, & probatum habere per omne genus probationum, omne & totum, & ius id, quod habere prætendit, à dicto condemnato, vel hæreditate vacante, vel super bonis ipsis. ¶ Quicunq; etiam qui fuerit debitor condemnati tempore commissi delicti, vel hæreditatis vacantis, verè, vel fictè, ex quæcunque causa, & pro quacunque re, purè, uel in diem, uel sub conditione, uel aliter quomodocunque aut habuerit, vel habeat, tenuerit, possederitvè, vel quasi, eo tempore eius rem, vel proprietatem, ad fictum perpetuum, vel ad tempus, aut de bonis mobilibus, se mouentibus, & immobilibus, fructibusque, & reditibus eorumdem, teneatur intra mensem, & alterius mensis dimidium coram Magistratu, vel à Magistratu delegatis, vocatis, vel præsentibus aduocato, & Syndico Fiscalibus, notificare prædicta omnia, quæ per ipsum tenebantur, vel quasi, cum suis qualitatibus, & distinctè, Et item dare Fisco, omne, & totum id, quod tenebatur dare condemnato tempore commissi delicti, vel hæreditati vacanti, sub pœna quadrupli debiti, vel valoris bonorum, quæ pœna ipso iure & facto, sine processu, committatur, (si tamen hoc edictum publice propositum fuerit, in ciuitate, in qua, vel in cuius districtu, Episcopatuve, debitor, vel habens bona vt supra, habitauerit.) ¶ Qua etiam pœna, quo ad omnia, teneantur hi, qui sub aliquo ficto titulo, vel colore pignoris, vel fęnoris, aut in fraudem,

dem,& præiudicium Fisci, haberent de huiusmodi bonis cõdemnati, in formam emptionis, vel alicuius alterius cuiuscunquè tituli, veri, vel ficti, aut si tacitè, vel expresſè, inter eos, & condemnatum actum, conuentum, vel promissum foret de retrouendendo, vel alijs pactis. ¶ Intraquè dictum terminum pari modo teneantur Notarij, qui rogauerunt instrumẽta crediti, vel acquisitionis aliquorum bonorum condemnati, aut successerint Notarijs, qui id fecerint, vel eorũ prothocollos habuerint, nec non quicunque alij, qui habeant penes se scripturas, instrumentavè condemnato spectantia, ante crimen commissum, verè, vel fictè, aut scirent alios penes se habere, ea omnia Magistratui, vel ab eo delegatis, notificare, distinctè tamen, cum quantitate, qualitate, re, & causa; ac tempore confecti instrumenti. ¶ Instrumentaquè & scripturas condemnati, & hæreditatis vacantis, penes se existentes Magistratui restituere, sub pęna soluendi ex suo ære proprio, & quadrupli valoris rei in instrumento, libris aut scripturis expressæ. Notificentquè Notarij, instrumenta confessionum rogata ad fauorem condemnati, tam ante commissum delictum, verè, vel fictè, quàm ex post, ex quibus condemnatus, vel ille, in cuius locum successerit, à præambula obligatione sit liberatus. ¶ Non teneantur tamen Notarij, instrumenta notificare, nisi ea quæ à decennio citra, rogata sunt. ¶ Prædictos autem in memorato termino non notificantes, aut præmissis contrafacientes, quilibet lapso termino, deferrere Magistratui possit, secreto si voluerit tenebitur, tertiamquè partem omnium bonorum, & rerum quarumcunque, quæ eius facto, & opera ad Fiscum peruenient, in præmium accusationis habebit.

FI-

FINIT EDICTVM.

HI qui in termino sex mensium, ex dicto edicto limitato comparere, probare, & producere habent, ad eius edicti formam, necesse non habent probare in eo termino qualitates, propter quas in termino sex mensiũ eos vocat; probare tamen tenentur, quotiescunque eis in specie obiectum fuerit, de ea qualitate non cõstare, eam qualitatem subesse, & hoc intra quindecim dies exindè numerandos.

Hoc quoque edictum, ex Senatusconsulto, non comprahendit iura directorum dominiorum, quæ intacta, & illæsa esse vult, licet Domini directi non contradicant, nisi ipsa directa dominia specificè & expresse in edicto descripta sint ¶ Itẽ edictum non cõprehendit casus euictionis, nisi agatur de bonis illius, qui contraxit. Et quia plerumque euenit, siue incuria officialium, vel per errorem, quòd bona describuntur, quæ delinquentium non fuerunt, cum non paruo subditorũ damno, qui contradicere ad formam memorati edicti coguntur, ideo ex Senatusconsulto sancitum est, quòd edicta prædicta, tam facta, quàm facienda, non noceant his, quorum bona fuerant, seu erant, vbi illi, quorum bona cõfiscantur, non fuerint in possessione, seu tenuta dictorum bonorum, & etiã si essent in tenuta, modo essent nomine alieno.

Edicto publicato, Referendarij, & alij à Magistratu delegati, publicationis fidem intra sex dies, Magistratui transmittant, sub pœna aureorum 25. Fisco applicanda. ¶ Et item certiorem reddant suis litteris Magistratum, si in dicto mense & dimidio, aliqua scripto notificata fuerint, vel consignata, & quæ, & qualia sint, eoque amplius, si fuerint instrumenta, scriptu-

pturæ, vel aliæ res mobiles portatu faciles, ad Magistratum (impensis tamen Fisci) transmittant, aliàs pœna prædicta teneantur.

Quicunque in termino edicti comparuerit, vel coram Magistratu, vel ab eo delegatis, ad singulos actus citare teneatur aduocatum, & syndicum Fiscales, qui iura Fisci diligenter, & sollicitè defendant: curentq́, ne fraus, dolusve committátur, vtanturq; probationibus, & instrumentis necessarijs, impensis tamen Fisci. ¶ Procedaturq; in ipsis causis, contradictionibus, & defensionibus, summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta. ¶ Hoc amplius comparens, & contradicens, vel aliquid quocunque modo à Fisco petens, occasione bonorum condemnati, vel vacantium, & quacunque actione cõtradicat, vel agat, quòd in primo actu, quem faciet ipse, vel eius procurator specialis, post dictam contradictionem, vel petitionem, iurare teneatur in hanc formam. ¶ Prædictam petitionem, seu contradictionem malitiosè, nec animo calumniandi, non facere, nec in aliquam fraudem Fisci, alteriusvè personæ, sed credere iustam fouere causam, iuraq;, & instrumenta, seu causas, quarum vigore contenta in petitione, seu contradictione, consequi intendit, esse bona, integra, & vera, & non ficta, nec simulata. ¶ Vbi verò in contradictione, vel petitione, dixerit se creditorem pecuniæ, vel bona condemnati, aut vacantia, pro credito obligata esse, teneatur etiam iurare, se esse verum creditorem, & pro qua, & quanta summa. ¶ Falsum autem iurans, vel dolum, aut fraudem in præmissis committens ipso iure, & facto, absque aliquo processu, in pœnam quadrupli cadat summæ, pro qua contradixit, vel valoris eius rei, pro quà falsum iurauit, vel dolum commisit. De quibus periurio, dolovè, Magistratus, & quilibet alius iudicens ab eo delegatus, quandocumque cognoscant, etiam ex eorum mero, & puro officio, & per opportuna

dicentes, etiam lapsis dictis temporibus, instrumenta, & publicas scripturas producere, & item testes, qui intra tempus iurauerint, examinari facere, intra tamen terminum per Magistratum statuendum.

Referendarij, & à Magistratu delegati, lapsis tribus mensibus quoad præsentes, & sex mensibus quoad alios, intra decē dies teneantur Magistratui transmittere, sumptibus comparentium omnes contradictiones, petitiones, iurium, productiones, cum ipsis iuribus, uel copijs eorum cum originalibus collatis, & omnia deniquè acta, & producta occasione bonorum condemnati, tam per partem, quàm per Fiscum, sub pęna retentionis salarij trium mensium, & alia arbitrio Magistratus imponenda.

Studeant qui comparuerint, omnemq; diligentiam adhibeant, sumptusq; debitos faciant, ita vt appareat per eos non stetisse, quominus per delegatos Magistratui intra dictos decem dies, processus & iura mitti possint, ad finē, vt eis habitis, intra duos menses per Magistratū sententia proferri possit, & bona liquidari. ¶ Quod si negligentes, & remissi fuerint, & intra dicta tēpora expeditionē habere non procurauerint (modo facto Magistratus impediti non fuerint) habeantur ac si non cōparuissent, omnia acta sint nullius momenti, & super eis perpetuum silentium imponatur. ¶ Est tamen arbitrij Magistratus, si contingat aliquem paupertate, infirmitate, vel alio casu legitimo impediri, quominus intra dicta tempora prædicta facere possit, prouidere si petitum fuerit, eorum indemnitati, tempus, & terminos prorogandi.

Horum omnium cōtradicentiū iura, & probationes, Quęstores cum participatione Aduocati & Syndici Fiscalium, teneantur diffinitiuè decidere, & terminare intra duos menses, (finitis tamen sex mensibus, & decem diebus exinde sequentibus) prout iustitia suadebit. ¶ A quorum sententijs, & li-

quidationibus bonorum super huiusmodi edicto, & bonis condemnatorum, vel hæreditatis vacantis faciendis, appellari, querelari, supplicari, nec de nullitate dici possit, nec etiam in integrum restitutio peti.

Si per Quæstores iudicatum erit bona condenati, vel hæreditatis vacantis, in toto, vel in parte, contradicenti iure domini, vel quasi pertinere, eumq; habere meliora iura, quàm Fiscus, incontinenti ea bona relaxabunt iuxta rem iudicatam. Ea tamen lege, quòd vbicunquè, & quocunquè tempore comperietur, obtinentem deierasse: vel dolum, aut fraude commisisse, vel simulatum, fictumq; contractum, vel distractum fecisse, vel instrumẽti per eum producti falsitas detegatur, his casibus, iura Fisci sint illæsa, eoq; in statu, & gradu, prout erãt ante illius contradictionem, & ac si non esset lata sententia, nec facta relaxatio in executione rei iudicatæ, reseruatumque sit Fisco ipso iure, & facto dominium, & possessio, vel quasi dictorum bonorum. ¶ Periurusq;, vel dolum committens vt supra eiusque hæredes, ad restitutionem fructuum perceptorum ex bonis prædictis relaxatis, Fisco teneantur, (si extabunt) sin minus, ad eorum precium.

Si vero Quæstores declarauerint credita contradicentium, aut bona condemnati hypothecata, teneantur intra tres mẽses his creditoribus satisfacere in pecunia, vel in bonis, secundũ tamen æstimationem faciendam. Et eo casu, Fiscus non teneatur ad manutentionem bonorũ, nisi pro dato, & facto suo, & Principis, & pro quantitate bonorum, quæ penes Fiscũ remanebunt. ¶ Saluis tamen insolutum accipienti bona, quo ad alios, primæuis iuribus, & cũ retẽtione eorũ, pro defensione dictorũ bonorum, & in casu euictionis modo quo supra.

Et quia plerũquè euenit, quòd in terminis Edicti nemo cõparet, ideo sancitũ est, intra decem dies post eos terminos, delegatos à Magistratu cum litteris suis monere debere, edictũ

publicasse, neminemque comparuisse. ¶ Quibus peractis, Quæstores reliqua bona veluti rite, & solemniter liquidata, Super libris Fisci describi faciant, immobilia cum situ cohærentiarum, & numero perticarum, necnon iura distinctè, ac mobilia & se mouentia.

Notarij Magistratus Capitaneorum, Prætorum, & Referēdariorum, pro descriptionibus, & appræhensionibus bonorū faciendis, habeant pro singulo eorum, & singulo die, ex bonis imputati, vbi soluendo erunt libras quattuor Imp. si extra ciuitatem fuerit, & hostiarius soldos quinquaginta Imp. si verò intra ciuitatem, & corpora Sanctorum, Notarij soldos quadraginta, & hostiarius xx. in omnibusq; dictis casibus, proprijs impensis viuant, nihilq; vlterius accipiant, sub pęna amissionis salarij trium mēsium, & alia maiori arbitrio Magistratus. ¶ Liceat tamen eis, & cuicunq; eorum pro omnibus ad hoc, vt eis satisfiat, pignus ex bonis imputati retinere, donec eis satisfactum fuerit, modo tamen id pignus pari modo cum alijs bonis describatur. ¶ Quòd si bona rei soluendo non erunt, habeant prædicti impensas cibi & potus, in mora, & reditu, sumptibus Fisci. ¶ Hi tamen caueant, ne dolum, vel fraudem, per se, vel interpositas personas, directè, nec per indirectum committant, accipiendo aliquid vltrà dictum pignus, occultandove bona rei, vel ea occupando, aut omittendo describere. Quòd si aliquod prædictorum commisserint, puniantur in quadruplum eius rei, & maiori pœna, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus; Eosq; quilibet accusare possit, habebitq; medietatem pœnæ, & occulte deferre poterit. Idque si delatum fuerit delegatis à Magistratu postquam delatū sit, erit eorum officij, intra sex dies Magistratum certiorem reddere, alias retentionis salarij sex mensium pœna esto.

Fiscales pro descriptione bonorum nihil accipere possunt ex ordine Senatus anni 1546. 15. Iulij fol. 13. in prima addit.

Interdictum est Quæstoribus, ne vltra salarium annuum, quod à Fisco eis soluendum est, quicquàm vlterius quocunq;

quæsito colore accipiant,præter quàm pro honorario sententiarum diffinitiuarū. Si quæstio erit inter Fiscum & priuatū, solidos xx. Imp. pro quibuslibet libris centum Imper. valoris rei decisæ, accipere possint. Et eo casu Notarij, & Fiscales, solidos decem Imp. pro quibuslibet libris centum. ¶ Quinimmo etiam, si quæstio fuerit inter priuatos, in casibus, in quibus Magistratus vigore harum Constitutionum cognoscere potest, Quæstores & Notarij, ab ambabus partibus vltra solidos xxx. Imp. pro quibuslibet libris centum Imp. vt supra, accipere non possint, directè, nec per indirectum. ¶ Nec pro quacunque causa salarium prædictum libras sex cētum Imp. excedere possit. ¶ In causis vero dotium, legitimæ, alimentorum, nihil penitus accipiāt, nec etiam pro ordinationibus, quæ per modum prouisionis fient.

Teneantur omnes officiales, singulo mēse. Magistratui mittere notulam quærelarum, & denuntiarum ac condemnationum, quæ eo mense factæ fuerint, In quibus pœna sanguinis, vel interesse Fisci vertitur. Et vbi atrox delictum fuerit, monere Senatum. Eoq; amplius causas Magistratui scribere, cur in termino sexaginta dierū à Constitutionibus limitato, processus non perfecerint, inserantque in ea notula parcellas confiscationum, & mulctarum ex causa criminali per eos factarū, vna cum descriptionibus bonorum superinde factis, pœna arbitrio Senatus imponenda.

DE OFFICIO THESAVRARII.

THesaurarius nullas pecunias Fisco debitas accipiat, nisi prius habuerit scripturam à Rationatoribus Fisci factam, in qua scriptum sit, Thesaurarium eas pecunias recipere debere à tali persona, & ex qua causa. Qua scriptura habita, Thesaurarius subscribat, confitendo eas pecu-

nias

nias habuisse. Et demum eam ad Rationatores remittat, qui de eis creditum faciant Fisco,& debitum Thesaurario.

Inhibitum est Thesaurario, ne alicui pecuniam numeret, minus super libris suis aliquem creditorem faciat, sine expresso mandato Magistratus in scriptis faciendo. Quòd si iussu Principis pecuniam numerauerit, Magistratui intra sex dies notificabit.

Teneatur Thesaurarius in scriptis singulis diebus Magistratui mittere quid die præcedenti solutum ei sit,& quid Impensum. Et de hoc per Rationatores memoria fiat,pęna arbitrio Senatus imponenda. ¶ Singulo quoque mense, requisit⁹ à Magistratu,rationes suas ostēdat, vt calcula fieri possint.

Non possit Thesaurarius debita, vel credita transferre de persona ad personam,sine licentia Magistratus. Et si alio modo factum fuerit, habeatur pro infecto,nulliusque sit momēti. Thesaurariusq;,& cum eo agentes, & consentientes, arbitrio Magistratus puniantur.

DE PRÆFECTIS ANNONÆ.

Non sine ratione Magistratus Annonæ in excelsa vrbe Mediolani constitutus est, Qui curam annonæ per vniuersam Mediolanensem ditionem haberet; Studeretque, vt,ordines in eam causam facti obseruarentur. Quia per huius Magistratus constitutioné, Annonæ vbertas conseruatur ad commodum subditorum,& huius Imperij tutellam. Is igitur Magistratus curabit, vt ordines inferius describendi obseruentur, Eique omnes officiales Annonæ parebunt, & de fraudibus inuentis iusta ordines ipsum Magistratum certiorem reddent, ad hoc vt ordinibus contrafacientes puniri possint, contra quos possit, & teneatur

pro-

procedere summariè,& de plano,sine strepitu, & figura Iudicij; Curentque omni studio veritatem habere,nocentes quoque punire,mulctare,& condemnare, & in omnes tam mediatè,quàm immediatè subditos huic Dominio,in concernẽtibus hos ordines iurisdictionem exercere, & inobedientes, vel contrafacientes mulctare,& condemnare.

Ad Magistratum prędictum pertinebit licentias concedere,de ipsisq;,& emolumentis earum rationes teneat.

Cæterum si quæ licentię per Principem,vel eius Locumtenentem concedantur,hæ apud acta dicti Magistratus pręsententur.Et vlterius,obtinentes necesse habent ab eo Magistratu habere ordinem exequendi,ne fraudes cõmittantur,Vtentesque eis alias quàm modo præmisso, de fraude puniantur, non secus ac si licentiam non obtinuissent.

Non possitq; Magistratus nisi ex graui causa, & per prius re participata cum Principe,vel Senatu,descriptiones generales bladorum per Dominium Mediolani facere. Et quotiens fieri necesse sit,ea cura ad memoratũ Magistratum pertineat, impensisq; Fisci fiant. Curabitque Magistratus personas Idoneas ad id munus eligere,& ab eis idoneos fideiussores exigere,ne pro dictis descriptionibus faciendis quicquàm à subditis accipiant,sub pœna quadrupli,vel ictuum trium funis,& etiam grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus.

Habeatq; Magistratus auctoritatem cum Annonæ inopia fuerit,mercata publica tam communibus, quam particularibus personis concessa,respectu Annonæ suspendendi, re per prius cum Principe,vel Senatu communicata. Et cum hæc fiant, non sint præiudicio locis, In quibus mercata fiant,quin eorum priuilegia seruentur.

Erit quoque officij eiusdem, Idoneos, & expertos Cõmissarios,& eorum Contrascriptores eligere iuxta solitum, eisq; officia gratis dare, biennio tamen terminanda,eoq; finito eos

sin-

sindicatui subijcere, & altero ex Fiscalibus adhibito, de erratis punire iuxta ordines.

Electio autem Capitaneorum, & eorum contrascriptorũ, ad Principem, seu ad eius Locumtenentem spectat.

Electi à Magistratu instructionẽ exercendi officij accipiãt, & ante omnia apud ipsum idoneè fideiubeant, tàm ipsi, quàm Contrascriptores, & officiales sui, ꝙ officia bona fide, personaliter, & nõ per substitutũ exercebũt, syndicatuiq́, stabũt, & parebunt: iurabuntq́; solẽniter, an aliquid dederint pro ipsis officijs obtinendis; ꝙ si repertũ fuerit quicquàm dedisse, ab officio amoueantur, & puniãtur pęna quingentorũ aureorũ, & maiori, arbitrio Principis, vel Senatus. Et quãdocũque procedi possit. Nec cõtinuari præmissa officia vltra bienniũ possint; Et finito biẽnio, oĩnò dicti Capitanei, & officiales sindicẽtur.

Gubernatoribus Ciuitatũ, Præfectis artiũ, Pheudatarijs, officialibus quibuscunque, ac subditis communibus, & particularibus expressè inhibetur, ne se se aliquo modo de pertinẽtibus ad annonam, vel de licentijs cõcedendis impediãt. Quia hæc omnis cura Præfectis annonæ, & eorũ officialibus cõmittitur. ¶ Qui in omnibus iuxta auctoritatẽ eis attributã, & ordines prouidebunt. Quòd si quid per præmissos In concernẽtibus Annonam factum fuerit; id ex nũc irritum sit, & inane. Vtentesque ipsorum, vel alicuius eorum auctoritatẽ, vel licentia de fraude per Magistratum irremissibiliter puniantur.

Capitanei aũt in p̃sens sunt bladorũ ꝓ p̃missis, & infrascriptis exequẽdis, Mediolanẽsis Dominij in Seprio vnꝰ, in Martesana alter, quorũ primus equites quatuor tenere debeat, & salariũ annuũ habeat librarũ octo cẽtũ, Alter vero totidẽ equites, sed habeat salariũ librarum sex centũ, & à Thesaurario super redditibus prouenientibus à Magistratu extraordinario, libras quattuor cẽtũ. In agro Cremonẽsi, vnꝰ erit Capitaneus ꝗ equites sex tenere debet, & salariũ annuum habeat librarum mille

ducentum. In agro Nouarienſi alter, qui idem onus habeat,& totidem, librarum mille ducentum ſalarium. Idem quoque habeat Capitaneus agri Alexandrini. In agro autẽ quem Lumellinam vocant, alius erit Capitaneus, qui equites quattuor tenere teneatur, Et pro ſalario libras octo centum annuas habebit. Idem quoque habeant certi quattuor Capitanei, videlicet Capitaneus Claſtidij, Capitaneus agri Laudenſis, Capitaneus Glareæ Abduæ,& Capitaneus Caſalis maioris.

Erit quoque Capitaneus Lacus Larij, qui nauem inſtructã teneatur:& ſalarium habeat librarum mille centum, iuxta ſolitum exſoluendum.

Vt autem Capitanei prædicti, bona fide, & ſyncere officia ſua exercere poſſint, vnicuique ipſorum ea ſalaria conſtituta ſunt, in quibus tamen computari debeant emolumenta, quæ ipſi pro molendinis, & ſignatura iumentorum exigunt, ſolidos ſcilicet octo, pro qualibet rota molandini: ſolidosq́; duos & denarios ſex, pro ſignatura cuiuslibet iumẽti, & etiam omnia alia emolumenta per Magiſtratum eis conſtituenda, pro licentijs mandato Magiſtratus concedendis, & deniquè omnia alia emolumenta ordinaria, ad eos virtute ordinum,& inſtructionum Magiſtratus pertinentia, exceptis tamen his, quæ ex conſignatione licentiatum Magiſtratus,& ex licentijs, quę per Magiſtratũ de loco, ad locum conceduntur, percipiunt, ac mobilibus domus, quæ nullo modo eis computari debeant. Quæ emolumenta, ſi ad deputatum ſalarium non aſcendant, ſuppleat eis Magiſtratus, ex emolumentis ad Fiſcũ pertinentibus, ex cauſa inuentionũ per eos factarum. Contraſcriptores quoque,& Cõmiſſarij ſalarium habeant per Magiſtratũ taxãdũ. ¶ Nihilq́; vlterius præmiſſi exigere poſſint, ſub pęna quadrupli, pro dimidia Fiſco, & reliqua accuſatori applicanda.

Nemini liceat ſubdito, vel non ſubdito, cuiuſcunq; ſexus, & conditionis ſit, ex locis & Territorijs mediatè, vel immediatè

diatè Dominio Mediolani suppositis, nec per loca, & territoria dicto Dominio supposita, extra Dominium conducere, portare, nec conduci, portarive facere, frumentum, risium, legumina, nec aliquod aliud genus bladorum, aut farinam, sine licentia, nec conducentibus, portantibusve, auxiliũ, cõsiliũ vel fauorem dare, sub pęna amissionis earũ rerũ, ac animaliũ, plaustrorũ, & nauiũ, ac instrumentorum quibus dictæ res veherentur, & vltra præmissa, sub pœna confiscationis bonorum, & alia pœna, vsque ad vltimum supplicium inclusiuè, arbitrio Principis, vel Senatus.

Non liceat etiã sine licentia de vno districtu, ad alterum districtũ memorati Dominij, ṕdicta conduci facere, nec portari facere, vel conducentibus, portãtibusvè, auxiliũ dare, & vt supra, sub pęna amissionis bladorum, Risij, farinæ, & leguminũ.

Liceat tñ cuicunquè, de loco subdito alicui ciuitati prædicta impunè, & sine licentia, per itinera recta, siue terrestria, siue fluuiatilia, ṕdicta portari facere ad Ciuitatẽ, cui locus subest, solutis tñ dacijs, & pedagijs solitis; & etiã liceat prædicta conducere per transuersum, de terra ad terram, in eodẽ Territorio existentem. Eoq; in casu intelligantur terræ esse eiusdẽ Territorij, quando sint de eodem communi, & cum eo onera sustineant. ¶ Liceat etiam in eo districtu de loco, ad locum, blada propria, nata super proprijs agris, conducere ad domũ propriam habitationis impunè, & sine licentia, & etiã de vna iurisdictione, ad aliam iurisdictionem, vbi habitationem habeat, dummodo non distet vltra quattuor millia passuum.

Prohibitum tñ est, ne prædicta conducãtur ad aliquem locum, etiam eiusdem iurisdictionis, & districtus, qui prope sit confinia Territorij Dominio Mediolani non suppositi, per quattuor millia passuũ, vel tãtum, quòd fraus præsumi possit, habita cõsideratione locorũ arbitrio Magistratus, nisi à Magistratu licentiam specialem habuerit, alias reperti in fragranti

E cri-

crimine, prædicta amittant,vna cum animalibus, vehiculis, & instrumentis,super quibus,& in quibus veherentur. Et vlterius contrafaciens tribus ictibus eculei plectatur, & alia grauiori pœna,arbitrio Principis, vel Senatus, inspecta qualitate facti,& personæ.

Liceat tamen habitantibus intra dicta loca prope confinia existentia, facta prius descriptione per Capitaneum illius Prouinciæ, impensis tamen Fisci, conducere blada, & legumina cuiuscunquè generis, ex agris suis, ad domos eorum habitationis sine licentia, ea tamen lege, ne ad aliud territoriũ conducant: alias reperti pœna prædicta teneantur.

Mediolanum cuilibet personæ liceat conducere & conduci facere,ex quacunque parte dominij Mediolanensis impunè frumentum,legumina,farinam,Risium, & bladum cuiuscunquè generis,solutis tamen dacijs, & pedagijs, modo conducentes, per vias rectas conducant, & licentiam ab officiali illius prouinciæ obtineant,quæ gratis concedatur.

Hoc amplius, ciuibus,& incolis Mediolanensibus, sine licentia impetranda facultas conceditur, cuiuscunquè generis blada,& risium,collecta in eorum agris, & possessionibus, vbilibet in Dominio Mediolanensi consistentibus, Mediolanum conducendi; modò per vias rectas conducant.

Extra autẽ Ciuitatẽ Mediolani omnibus liceat impunè, & sine licentia,panem exportare,& etiam modiũ vnũ cuiuscunque generis bladi, & risij, ad loca distantia per decem millia passuum: abindè autem supra non sine licentia Magistratus.

A partibus vltra padanis cuicunquè liceat conducere,& cõduci facere omnem quantitatem bladorũ, farinæ, & cuiuscũquè generis,& speciei,ad Ciuitatem Mediolani impunè, omniquè inhibitione cessante,solutis tamen datijs: ea tamen legẽ,vt conducere volentes prædicta,à Ciuitate Alexandriæ, & eius districtu,ac partibus circunstantibus dictæ Ciuitati non sup-

ſuppoſitis,licentiam obtineant à Capitaneo illius Prouinciæ. Hoc amplius,quòd ſi per flumen Padi prædicta conducant, nõ ſolũ licentiam obtinere habeant,quæ ſine ſolutione, & incontinenti concedatur,ſed etiã fideiuſſorem præſtare, quòd intra quindecim dies fidem facient dicto Capitaneo, quòd prædicta in dicta Ciuitate conſignauerint. ¶ Idem ſeruetur in ea conducentibus à Ciuitate Derthonæ, eiusq; diſtrictu, & partibus circunſtantibus. ¶ Parique modo ſeruent conducentes ex Comitatu,& diſtrictu Papiæ vltra Padum conſiſtẽte,& licentiam à Capitaneo Claſtidij obtineant.

Portitorinus,nautis quibuſcunquè fluminum omniũ huius Dominij,& cuſtodibus pontiũ,expreſſe inhibetur, ne aliquem conducentem Riſiũ,blada,farinam,vel legumina,trãſferent,nec tranſire permittant,niſi ſecundum ordines, licentias ab officialibus ad id deputatis habeãt, ſub pęna triũ ictuũ funis,& maiori,arbitrio Principis, vel Senatus imponenda. Quinimmo præmiſſos,ſi poterunt, detineant, & Capitaneo illius iuriſdictionis conſignent,qui ſecundum ordines,eos punient,data prius notitia intra triduũ Magiſtratui, & medietas pœnæ,in detinentes perueniat,reliqua Fiſco applicetur. ¶ Si verò eos detinere non potuerint, incontinẽti Capitaneo illius iuriſdictionis denuntient, ſeu Magiſtratui, & denuntiatori cum iuramento,& vno teſte fide digno credatur:pœnaq́ue in tres partes diuidatur,vt duæ partes ſint Fiſci, denuntianti verò reliqua cedat. ¶ Et non ſolum pęnis prædictis teneantur Nautæ, Portitores,& Cuſtodes pontium, ſed & Molendinarij,& piſcatores,pœnis tamen arbitrio Magiſtratus moderandis, inſpecta qualitate negocij, & perſonarum.

Portitoreſque prædicti,& Cuſtodes pontiũ, ſingulo anno apud acta Magiſtratus fideiubere teneantur, deſeruandis ordinibus, pro ſumma arbitrio Magiſtratus taxanda.

Cæterum nautæ per Padum,Ticinum,vel Abduam, blada

non conducant sine speciali licentia, nisi illa conducant recto itinere, ad ciuitatem Papiæ, & ibi exonerent, ad effectū ea con sumendi in ea ciuitate, vel per rectas vias Mediolanum cōducendi. Quod si alio modo factum fuerit, nauta nauē amittat, & dominus blada, incurrantq; pœnas, à legibus statutas.

Conducentes autem blada, farinam, vel legumina, & Risiū extra Dominiū, etiam obtenta licentia iuxta ordines, nō conducant, nisi prius viderint licentiam in scriptis obtentam, quā secum deferre teneantur, sub pęna amissionis bladorum, & vt supra, iumentorum, vehiculorumquè, vltra alias pœnas à legibus statutas. In quam pęnam etiam incurrant conduci facientes, & iumenta, ac plaustra, scienter huiusmodi cōductoribus locantes, vel commodantes.

Non licitū sit etiam alicui personæ, aliquā quantitatē bladorum, farinæ, vel leguminum, exportare ex aliquo loco, vel villa distante à Ciuitate Mediolani per millia passuum decē, & à Nauigio magno, & terra Abiate per milla passuū quatuor, videlicet à terra, & territorio Mazētæ inclusiue versus Medio lanū gratia conducendi etiam in die mercati, ad oppidū Galaratæ, nec etiam ad alia loca, tam in Ducatu, quàm extra, sine speciali licentia, sub pęnis præmissis; excepto tamen Mediolano, ad quod cōduci per vias rectas, sine licētia permissū est.

Cæterum conducentes cum licentia blada, præter ensem, aliqua alia arma secum deferre non possint: alias reperti, carceri mācipentur, blada, & iumenta amittant, & his pœnis plectantur, ac si licentias non obtinuissent.

Nec etiam possint blada vtsupra conducere noctis tempore, sub pœna amissionis iumentorum, & bladorum, exceptis ijs, qui per vias rectas, & consuetas, Mediolanum, & etiam ad alias Ciuitates, conducerent.

Qui autem conducunt cum licentia vtsupra, si ea abutātur, vtpote, qui pluribus vicibus, vel maiorem quantitatem, quā

in

in licentia expressum sit, conducant, puniantur ac si licentiã non obtinuissent.

Molendinarijs impunè liceat conduci,& portari facere frumentum,& blada ad eorum molendina,causa molendi,& redacta in farinam, à molendinis reconducendi, dum tamen id de die fiat,& per vias vsitatas,& de locis vbi non sit manifesta fraudis suspitio, & quòd intra octo dies à die exportati bladi numerandos,illud in farinam reconducant. ¶ Idem quoque seruetur in alijs personis portantibus blada, & frumentũ, ab habitationibus suis ad molendina. ¶ Teneantur tñ molẽdinarij,in principio anni,apud Capitaneũ suæ prouinciæ fideiubere,de seruandis ordinibus,& solitas licentias ab eo obtinere.

His quoq, molendinarijs prohibitum est,ne causa molendi accipiant blada,in locis non cõprehensis in licentia molẽdi,eisdem concessa; nec etiam quòd conducant granum de vno loco,ad alium locum,sub colore licentiæ, molendi, vel ad alium locum, aut alijs personis, quam ad eũ, & eis,in quo, & à quibus granum acceperint ad molendum,sub pęna amissionis iumentorum,& bladorum, ac solidorum viginti, pro quolibet stario: & molendinarius pro sua familia teneatur.

Sub pœnis ẽt præmissis prohibitum est dictis molendinarijs, & cuilibet de sua familia,ne emant, vel emi faciant,blada,farinam,& legumina in quouis loco,in quas pęnas etiã incurrant vendentes:nisi licentiam à Magistratu habuerint. ¶ Et item prohibitũ est,tam ipsis, quàm eorũ familiæ, ita ꝙ semper dominus pro familia teneatur, ne locent operas cõducẽdi blada,his qui licentiam habent hinc inde conducẽdi, sub pęna amissionis iumentorũ;& vlterius dñs bladorũ ea amittat.

Ne autem Daciarij panis,vini,& carnium, plebiũ, locorũque huius dominij,ex prohibitionibus præmissis iacturã patiantur Capitaneus in quorum iurisdictione pistrina exerceantur,habita diligenti informatione, vnicuiquè pistrino taxet

tantam

tantam quantitatem frumenti, vel farinæ, quæ pro vsu vnius anni conueniat, & super huiusmodi taxatione, licentias singulis duobus mensibus concedat, & gratis fiant.

Tēpore penuriç, consulto Principe, vel Senatu, Magistratus Annonæ eas prouisiones faciet, q̃ vtilitati publicæ cōuenient.

Contrafacientes autem, præsentibus ordinibus, quilibet accusare possit, & accusatori credatur cum sacramento, & vno teste fide digno, & accusator tenebitur secreto si voluerit.

¶ Sit etiam auctoritas, facultasque omnibus tàm communitatibus, quàm etiam singularibus personis, non solum accusandi vt supra, sed etiam detinendi quoscumquè in flagranti crimine repertos, bladaquè, instrumenta, animalia, ac vehicula, super quibus, & in quibus conducerentur, per vim auferendi, modo tamen officialibus deputatis illi prouinciæ consignent, & ablata, intra triduum Magistratui notificent.

In omnibus casibus, quibus contrafacientes pœnam incidūt, pęna hoc modo applicetur, & diuidatur, videlicet quòd inuentori omnium repertorum in flagranti crimine, medietas detur, altera vero medietas Fisco cedat. Confiscationis autem bonorum, seu compositionis causa dictæ confiscationis per Magistratum faciendæ, tertiam partem inuentor habeat, reliquas Fiscus. Vbi verò per inquisitionem procedatur, tertia pars delatoris sit, reliquæ Fisco cedant. Hęcquè pœnarum diuisio in omnibus casibus seruetur.

Non tantum ad pęnas prædictas procedi possit, contra repertos in flagranti crimine; sed contra quoscunquè qui blada, & alia contra ordines conducant extra Dominium, vel propè confinia, vbi sit fraudis suspicio, etiam si non reperiantur, sed alijs probationibus conuincantur. Modo id intra annū fiat à die commissi delicti. ¶ Intra autem Dominiū, nisi reperiantur in flagranti crimine, procedi nullo modo possit.

Modo id intra annum &c. Idem censuit Senatus in eius ed. nou. edito anno 1553. die 27. Iulii fol. 49. in prima addit.

Venditores vero bladorum scienter fraudatoribus, & condu-

ductoribus bladorum contra ordines, ea pœna, qua contrafacientes, teneantur.

Capitaneus in iurisdictionibus ei commissis, describi faciat per colorem,& signa,omnia iumenta,oneraria & vehicularia, & Dominorum nomina,& cognomina, eaquè candenti ferro certo signo impresso, signare. ¶ Et vlterius Capitaneus in locis ab hominibus ipsorum locorum, iuxta solitum, expromissores accipiat,se non passuros blada, & alia contra ordines, per sua territoria,nec extra conduci, sub pęna aureorum decem pro quolibet modio, Cameræ applicanda.

Studeant autem Capitanei,& officiales, omni studio, & diligentia,officia eisdem commissa exequi, vt omnino hi ordines seruentur. Quod si secus fecerint, indignationē Principis incurrant,& pęna arbitrio Iudicis imponenda, puniātur. ¶ Si vero dolum commisserint,videlicet quòd licentias fecerint præterquàm in suis instructionibus continetur,aut patiētiam præstiterint,cum prohibere possent bladorum,& aliorū exportationes,contra formam ordinū,aut contrafacientes nō punierint,bona omnia eorum publicentur, & capitali pęna plectantur, etiam vsquè ad mortem inclusiue,arbitrio Principis, vel Senatus,& procedi possit etiam vltra annum,& quandocunquè. ¶ Si verò licentias prædictas Capitaneus non concesserit; sed officialis ab eo electus, vel deputatus, pro eo Capitaneus præcisè teneatur, nisi eum Magistratui consignauerit; & vlterius teneatur omni diligentia vti, contra officiales à Magistratu, vel à Principe deputatos.

Capitaneis quoque prohibitum est, ne pro licentijs, quæ per eos ex auctoritate eisdem attributa fieri contingent,quicquàm accipiant, nec accipere permittant, aliqua consuetudine in contrarium non obstante, sed gratis concedant, sub pœna priuationis officij, & aureorum decem, pro medietate Fisco, & reliqua delatori applicanda, cui cum iuramento, &

vno

vno teste fide digno credatur.

Cæterum vt omnes sciant quid soluendum sit pro licētijs obtinendis, sancitum est, ad hoc, vt impensa officialium eius Magistratus, quæ maxima est, persolui possit, in hanc formā solutiones esse faciendas, & ab eis solutionibus neminem quacunque dignitate fulgentem, esse exemptū. ¶ Et primo accipiens licentiam conducendi blada, de districtu vnius Ciuitatis Dominij Mediolani, ad aliū districtum alterius Ciuitatis dicti Dominij, soluat pro honorario, solidos duos pro qualibet salma. ¶ Idem soluat conducens cum licentia in Ducatu Mediolani blada, vel panem frumenti, vel frumentatæ ad regiones Montis Briantiæ, Plebis Incini, Valascinæ, Leuci, Vallis Saxiriæ, & Riperiæ Leuci, agri Mediolanensis, vltra Larium lacum. ¶ Pari modo soluant qui conducere volent cum licentia, blada ex Ducatu Mediolani sito citra Abduam, ad loca Glareæ Abduæ vltra Abduam dicti Ducatus. ¶ Est etiā qui conducent ex regione Nouariensi bladum, farinam, legumina, panicum, ad regiones vallis Sicidæ, Ortæ, & Riperiæ, Lacus Verbani, & terrarum circumuicinarum Ducalis Dominij. ¶ Idem quoque seruetur in accipientibus licentiam conducendi blada, ex agro Cremonensi, à villa Iouis altæ infra, ad partes superiores agri Cremonensis, & simili modo ad terram, & Territorium Casalis maioris. ¶ Eodemque modo soluant conducentes cum licentia blada, farinā, legumina ex agro Papiensi citra Padum, videlicet Lumellinæ campaneæ Papiæ, tam inferius, quàm superius ad loca Comitatus Papiæ vltra Padum existentia. ¶ Et qui ex agro Laudensi citra Abduā, blada vltra Abduam in agro Laudensi conducent. ¶ Qui vero licentiam accipient conducendi auenam, speltam, milicam, viciam, & similia pro honorario prædicto, solidū vnum pro salma soluant. ¶ Subditis autem Dominij Ducalis, qui in vna iurisdictione habitant, & in alia iurisdictione dicti Do-

mi-

minij agros habent, licentiæ gratis, & sine aliqua solutione honorarij concedantur, conducendi scilicet partem suam dominicam fructuum, ad eorum domos habitationis. ¶ Si quis verò licentiam acceperit conducendi blada, farinam, vel legumina, aut panem frumenti, vel frumentaræ, ex quacunq; parte dominij prædicti, ad loca eiusdem dominij, existētia prope confinia dicti Ducalis Dominij, duo, vel tria millia passuum, honorarium prædictum solidorum duorum pro salma, omnino soluat.

DE OFFICIO COLLATERALIS GEN.

PRoprium munus Collateralis generalis est, iusdicere in causis militum ex causa militiæ, vel ab ea dependentibus, modo tamen non trahant habitantes extra Ducatum Mediolani, quādo summa causæ centum aureos non excederet, nisi lis inter milites esset, & ex causa militiæ. ¶ Ad eum quoquè pertinet solutiones facere omnibus Præfectis artium, eorumquè militibus, & alijs quibuscunquè militibus, in hoc dominio existentibus, de eorum stipendijs, & eorum militum nomina describere, diligentemq; rationem tenere, & si quos milites minus habiles cognouerit, monebit primo eorum Capitaneū ad quē electio spectat; per quē si prouisum nō fuerit, erit Collateralis officij, Principem, vel Locumtenentem, de his certiorem facere.

Curare etiam habet, quòd Custodes Portarum Ciuitatum ab ingredientibus non accipiant vinum, ligna, fœnum, paleam, fructus, nec quicquàm aliud etiam à sponte dantibus, contrafacientesq; punire pro prima vice, in aureo vno, pro secunda in retentione Salarij trium mensiū, pro tertia in ictibus duobus eculei.

Cognoscet etiā de omnibus controuersijs, occasione ven-

ditionum, vel permutationum equorum, & cum ex locato vel conducto equorum agatur, quando alter ex litigantibus miles sit, eamquè ob causam proxenetæ horũ contractuũ, tenentur antequàm in hoc se exerceant, se apud acta Collateralis describi facere, sub pœna aureorum decem, Fisco applicanda.

Prouidere quoque habet, vt præter seruitores Communitatis Mediolani, omnes alij baruerij, & famuli iusdicentium Mediolani, per prius quam se exerceant in faciendis executionibus, apud eius acta se describi faciant, quia non nisi per descriptos, executiones fieri possunt.

Et item cognoscat circa fraudes, quæ fiũt per famulos, executoresvè, in ipsis executionibus faciendis, & quòd ordines, in eam causam facti, obseruentur. Et eius officij erit, eos contrauenientes punire iuxta eorum ordinum formam.

In præmissis omnibus iusdicere habet summarie, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, ipsa facti veritate attenta.

DE OFFICIO PRÆFECTORVM Sanitatis Dominij Mediolani.

Singulo anno ante festa natalitia, per Senatũ eligantur singuli, ex singulis Magistratibus redituum, scilicet Ordinariorum, Extraordinariorum, & Annonæ, Collateralis vnus, & à Collegio Medicorum vrbis Mediolani Medici duo, quibus Senator præsit, à Senatu pariter eligendus: & cum his quotiescunquè opportunum fuerit Prothophysicus interueniat, habeantquè causarum Auditorem vnum, ex Mediolanensi Collegio Iurisconsultum, ab eis Præfectis eligendum. ¶ Hi absolutam, & omnimodam auctoritatem, & potestatem habeãt, in his scilicet, quæ ad eorum officium spectant, & quouismodo pertinent, sub-

ſubditis quibuſcunquè huius Dominij mediatis, & immediatis imperandi, mulctandi, ac bonorum confiſcationem ad Sanitatis beneficium, nec non & quaſcunquè corporis pœnas, ad vltimum vſquè ſupplicium incluſiuè iudicandi, & quoſcunquè eorum mandatis, & ordinibus non obtemperantes, puniendi, ſeruatis, ac non ſeruatis ordinibus, & Conſtitutionibus. Seuerius enim agendum eſt ad ea facinora comprimẽda, quæ non ſolum oppido, aut Ciuitati perniciem parere, ſed vniuerſæ Prouinciæ, & humano generi, exitium afferre poſſunt. ¶ Omnes officiales, & iuſdicentes, & præſertim Capitaneus Iuſtitiæ, eis in prædictis parere habeant, & omni auxilio, & fauore vocati præſto adeſſe, & mandata exequi.

Hi ſalubri etiam tempore ſingula hebdomada cõueniant, vt ſi quid forte prouidendum fuerit, intelligant, & occurrant. Peſtilenti vero tempore totiens quotiens viſum fuerit. ¶ Erit autem præcipuè eorum curæ non ſolum ſi qua peſtilẽtia ſubditos noſtros infecerit, omni diligentia expurgare; & radicitus euellere, verùm etiam omni ſtudio eniti, vt ab vniuerſis finibus huius Domini procul arceatur. Vigiles itaquè ſint, vt quàm primum innotuerit regionem aliquã hoc pernicioſo morbo laborare, edictis, & proclamationibus pœnas indicant, ne quis inde adueniens abſquè ipſorum Præfectorũ cognitione, fines huius Dominij ingrediatur, eaſdemquè hoſpitibus, ad quos diuerterint, comminẽtur, & ſi expedierit ſigna à finitimis Ciuitatibus expoſcant. Cuſtodesquè traiectitijs fluminum nauibus apponant. Mandentquè ne quempiam ſine incolumitatis fide conuentoque ſigno, admittant. Prohibeãtquè pœna capitali, ne quis quempiam aliter traijciat. Vrbium autem, & oppidorum, quæ vltra omnes ſunt, aditus pariter obſeruari iubeant. Quin etiam, ſi expedire viſum fuerit, vicos vallari mandent, vtquè diſpoſitis cuſtodijs neminem contra præſcriptos ordines, recipiant. Caueantquè ſummopere in-

admittendis mercibus. Moneantque ideo opportuno tempore mercatores, vt mercium, & suæ pariter incolumitatis afferant attestationes, aliter non admittendos.

Ministros, & officiales, Conseruatores præmissi deputabunt, iuxta ordines, & ob demerita amoueant. Eosquè ordines apud ipsum Magistratum existentes, per vniuersum Dominium, omni studio, & diligentia, obseruari faciant.

DE OFFICIO VICARIORVM Generalium.

INter cætera, quæ in hoc Dominio sancita sunt, ad tollendas subditorum oppressiones, & vt iustitiæ indifferenter locus esset, illud imprimis fuit, quòd Iusdicētes, & officiales, qui perpetui nō essent, finito officio, censuræ se subijcerent. Eamquè ob causam, erectus fuit Magistratus Vicariorum generalium, cōstitutumquè est, vt septem numero sint, qui eos Iusdicentes, & officiales, de ijs, quæ durante eorum officio gesta sunt, syndicare habent. Non tamen id facere possunt per se; sed prius habita à Principe, vel Senatu, speciali commissione, continente nomen alterius eorum, & Iusdicentis syndicandi. ¶ Qua habita cum applicuerint ad Ciuitatem, vel locum, vbi syndicatus faciendus est, prima, vel secunda die, omnes per edictum moneant, Vt quicunquè voluerint accusare syndicandum, vel libellū, aut querelam contra eum porrigere, id termino quindecim dierū faciant, eoquè transacto id eis amplius non licere. ¶ Causamq; ipsam syndicatus ad tardius intra quinquaginta dies, immediate sequuturos post responsionem factam inquisitioni generali, seruato ordine, de quo infra, expendiant: & hoc si syndicandi, Iusdicentes, vel officiales sint Ciuitatum; si verò aliorum oppidorum & locorum, intra triginta dies, à die dictæ re-

responsionis numerandos. ¶ In ijsquè causis procedere debent summariè,& sine strepitu,& figura iudicij, ipsa facti veritate inspecta, prout eisdem melius conuenire videbitur.

Non est permissum dictis Vicarijs, officia per substitutum exercere, nec etiam informationes assumi facere;sed ipsi presentes esse,& interesse habent. ¶ Duranteque dicto syndicatu, Iudicis,vel officialis syndicati officiũ exercere debent,& ẽt post finitũ,donec de successore prouisum fuerit.Nec ab eo loco discedere possunt,nisi successoris aduentu exspectato. Intereaq; salaria & honoraria eius officij,pro eo tpe percipient.

Iusdicentes,& officiales,si reperti fuerint cõmisisse (vt vulgo dicitur)Baratariã,vel aliquid indebite extorsisse, vel scienter,& dolosè,vel per sordes,iniustitiã fecisse,puniendi sunt in pœna quadrupli,pro dimidia Fisco, & pro alia dimidia iniuriã passis applicanda,& pecuniaria,vel alia pœna corporali ẽt vsquè ad vltimũ suppliciũ inclusiue, arbitrio Senatus; inspecta qualitate delicti. ¶ Et si cõperti fuerint recepisse aliquid non permissum,puniendi sunt in pœna quadrupli; Fisco applicanda. ¶ Nec iuuabit eos Iusdicentes, vel officiales,si facto initio syndicatus,vel ante,pecunias indebite ablatas,vel asũptas restituerint,quia contra eos procedi debet, ac si earũ restitutio facta non esset, & in eandem pœnam incident,in quã non facta restitutione incidissent. ¶ Quinimò etiam non cõquerentibus iniuriam passis, erit officium Syndicatoris, vbi hoc aliundè resciuerit omnibus modis, prout eidem videbitur, veritatem inquirere,& ea comperta, illum Iudicem, vel officialem delinquentem condemnare, ac si pars conquesta fuisset. Et ille,cuius causa veritas in lucem veniat, secreto teneatur,& habeat illud quod habuisset læsus si quærelasset.

¶ Si Iusdicens,vel officialis cum quærelante conuenerit, ea conuentione non attenta, Vicarius syndicator ad inquisitionẽ veritatis procedat. ¶ Inhibitumquè etiã est ipsis Vicarijs,

&

& Syndicatoribus, vt nullo modo audeant attentare, vt quęrelantes se cum iusdicentibus,& officialibus conueniant, sub pœna arbitrio Principis, vel Senatus, imponenda: & nihilominus ea conuentione non attenta, iusdicentes ipsi,& officiales, puniendi erunt. ¶ Vicarij incepto Syndicatu, ipsum perficiant in terminis superius limitatis: Nec in eo supersedere audeant, nec aliquid cognoscendum reseruare.

Non possunt tamen Vicarij ad absolutionem, vel condemnationem in causa ipsorum Syndicatuum deuenire, nisi facta relatione in Senatu, & alio modo absolutiones, vel condemnationes factæ non valeant, sintq; nullæ, & nullius momēti.

Iusdicentes,& officiales, à loco officij recedere nō debeāt, nisi prius fuerint legitime Syndicati, & donec per eos omnibus ex quacunquè causa eorum creditoribus satisfecerint, & condemnationes contra eos factas soluerint, non obstante fideiussione in principio officij, vel alio modo data, sub pœna arbitrio Senatus imponenda.

Iusdicentes,& officiales syndicandi, tenentur ad omnē condemnationem pro familia, nisi delatum ex familia, Intra terminum per syndicatorem assignandum, consignauerint. ¶ Et eo amplius pro eis satisdare tenentur.

DE OFFICIO CAPITANEI IVSTITIÆ.

ETsi in hoc Dominio multi Prætores, & Iusdicentes constituti sint, qui iurisdictionem criminalē exercent, tamen ex eo, quòd limitata est, nisi in tātum, quantum Territorium Ciuitatis, vel loci, commissæ eisdem iurisdictionis se extendit, vsu cognitum est, nocentes facillimè pœnas corporales euitare, numerum ex hinc cōdemnatorum,& bannitorum augeri, à quibus viæ publicæ obsidentur, turbarique propterea commercia publica, & po-

pu-

pulorum quietem, Et ideo opus esse Magistratu magnæ auctoritatis, qui in vniuerso hoc Dominio, iurisdictionem criminalem exercere possit. Ea propter erectum est officiũ Capitanei Iustitiæ generalis totius huius Dominij, qui Mediolani resideat. Cui vt forti manu officium exercere possit, ad tutandas vias publicas ab incursione latronum, & bannitorum, & ad purgandum dominium malis hominibus, decreta est turma equitum, impensis Fisci, & nonnulli pedites, quib⁹ & ductores deputabit, & pro libito amouebit, & imperabit. ¶ Eligetque sibi Capitaneus Vicarium iuris vtriusque doctorem, in eo officio permansurum, donec eidem visum fuerit, (per Senatum tamen approbandum.)

Capitanei, & eius Vicarij iurisdictio, in causis criminalibus erit, si tamen prius præueniant,) vbique in dominio cognoscere hoc modo. Mediolani, & circa Mediolanũ per decẽ millia passuũ, in omnibus causis. ¶ Extra vero eos limites, nisi in causis in quibus ingeritur pęna capitis naturalis, vel cõfiscationis bonorũ, & in alijs delictis, in quibus per capturã præueniant. ¶ In causis autem damni dati, nullo modo, nec in Ciuitate Mediolani, nec in aliquam partem Dominij, se intromittere possunt.

Causarum autem ciuilium Capitaneus, & eius Vicarius nullam cognitionem habent, nisi habuerint à Principe specialem delegationem. ¶ Possunt tamen cognoscere de causis Senatorum, Quæstorum ordinariorum, & extraordinariorũ redituum, Præfectorum Annonæ, Thesaurarij generalis, Collateralis generalis, Commissarij taxarum generalis Aduocatorum, & Syndicorum Fiscalium generalium, Vicariorum generalium Mediolani commorantium, Secretariorum, & Cancellariorum, tàm Principis, quàm Senatus, Rationatorum Fisci, necnon Curialium in domo Principis, vel Locumtenentis residentium, vel qui ab eis prouisionem, aut stipendiũ habent.

bent. Et hoc siue præmissi omnes agant, siue conueniantur. ¶ Non poterunt tamen trahere inuitum ex alijs Ciuitatibus, & districtu earum Ciuitatum, ex causa quæ aureos centum non excedat. ¶ Procedentque in ipsis causis Capitaneus, & Vicarius, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ipsa facti veritate inspecta. ¶ Causæ instantiam non habeant. ¶ Appellationes ab eorum, & cuiuslibet eorum sententijs, in casibus, in quibus appellari possit, ad Senatum deuoluentur. ¶ In eis causis Capitaneus, nec Vicarius, nequè sportulas, neque honoraria accipiant.

Curabuntquè Capitaneus, & Vicarius, vt Notarij sui, & oẽs officiales, ordines seruent, & in causis criminalibus, vltra id, quod ex prę sentibus sanctionibus sancitum est, pro sportulis, honorario, vel alio quouis quęsito colore, nec directè, nec per indirectum quicquàm penitus accipiant. ¶ Syndicenturquè quotiens Principi, vel Senatui, visum fuerit.

DE OFFICIO COMMISSARII GENERALIS Taxarum.

Commissarij Generalis Taxarum equorum cura, illis imprimis est, exigere omnes pecunias taxarum equorum, & additionũ earundem ad Fiscum pertinentes, non tamen per se, sed per manus Commissariorum taxarũ Ciuitatum, & locorum huius Dominij.

¶ Qui particulares Commissarij, huic generali parere habẽt. Et in omnibus causis coram eis vertentibus recursus haberi potest ad Commissarium generalem. ¶ Isque Commissarius de eis pecunijs Fisco rationem reddere tenetur. ¶ Cognoscet insuper de omnibus causis Taxarum equorum.

DE OFFICIO IVDICIS DATIORVM.

IN Ciuitate Mediolani vnus erit Iudex Datiorũ per Principem deputandus. Is cognoscet de omnibus causis Darij, vel gabellæ, vel alia occasione ab eis, vel aliquo eorum dependente, emergente, vel connexa. ¶ Nec aliquis alius Iusdicens de eis se intromittere possit, sub pœna aureorum centum, & vlterius, processus coram eis facti, sint irriti, & inanes, nulliusq; valoris, & momenti. ¶ Possitque, & debet Iudex, omni excusatione remota, Potestates, Capitaneos, Officiales, Castellanos, Custodes portarum, portitores, si aliquid commiserint in fraudem, & contra ordinem ipsorum Datiorum, condemnare, & punire iuxta formam Statutorum, Ordinum, & Constitutionum. Et intra quatuor dies in scripris condemnationes Fisco transmittere.

Appellationes ab eius sententijs, in casibus, in quibus de iure, vel ex forma harum Constitutionum appellari nõ est prohibitum, ad Quæstores ordinariorum redituum deuoluantur.

Is Iudex Datiorum tribunal habeat super Palatio nouo Ciuitatis Mediolani, inibiquè ius reddat: nec alibi iurisdictionem exercere possit.

DE REFERENDARIIS CIVITATVM.

REferendariorum officium pro vtilitate Fisci multũ necessarium est: ea propter in vnaquaquè Ciuitate, Mediolano excepto, vnus Referendarius constitutus est. ¶ Hi igitur officium suum sincere diligẽter exercebũt, & nullo modo ꝑ exigẽdis debitoribus Fisci aliquid ꝑcipiãt, in pecunia, vel alijs rebus, nisi in quantũ eis ex lectura litterarum

dicti officij permissum est. Et illud amplius nisi per prius Fisco fuerit satisfactum, vel per solutionem, vel per cautioné, quæ loco solutionis succedat, alias in quadruplum teneantur, & ab officio amoueantur, absque spe restitutionis, arbitrio Quæstorum ordinariorum, vel Syndicatorum habentiũ cõmissionem specialem à Principe. ¶ Quòd si aliquem concutere, iniuriave afficere, aut indebitum exigere audeant, per eos Quæstores vltra restitutionem accepti, in quadruplũ puniantur, pro parte Fisco, & partim læso applicandum, & secundũ qualitatem facti, & personæ, vsque ad pęnam corporalem inclusiuè.

Referendarij dictarum Ciuitatũ singulo mense, in fine tũ mensis, vel saltem intra decé dies alterius mésis sequétis, mittant Quæstoribus notulam reddituũ, impensarũ illius mésis.

Eritquè officij Referendariorum, informationem habere reddituum, vectigaliumq; naturã noscere, & aliorum, ex quibus augeri, & conseruati reditus possint, idquè omni diligentia & studio facere. Et eo maxime cum in Ciuitatibus licitationes faciunt, in quibus faciendis omnino intersint Referendarij, adhibitis Fiscalibus illius Ciuitatis, qui gratis interueniant, easquè licitationes omni diligentia faciant, ad eum finem, vt Fisci melior conditio fiat. ¶ Nec in eis per se, nec per submissas personas, participare possint, iuxta præsentiũ Constitutionũ formã, sub pœna amissionis officij, & confiscationis bonorum, & vlterius arbitrio Principis puniantur.

Si contingat vectigalia per Referendarios in Ciuitatibus existentes licitari, hæ licitationes sono tubæ præmisso in locis publicis, & solitis fiant, inibiquè etiã auctiones fieri, & deliberationes necesse est, non auté in locis secretis. Alioquè modo quàm præmisso factæ, nullius sint momenti. Eoquè casu Referendarij, agentesquè & consentientes, ad omne damnum, & interesse, versus Fiscum teneantur, prout per Quæstores de

cla-

claratum fuerit. Eoquè amplius, arbitrio Principis puniatur.

Factis licitationibus à licitatoribus, qui in licitatione vicerunt, Referendarij bonos, & idoneos facultatibus, & faciles conueniendo fideiussores exigant, pro quantitate summæ in licitatione expressæ, ita quòd Fisco cautum sit, alias ex suo versus Fiscum teneantur, (interesse per Quæstores liquidando) insuperquè arbitraria Principi pęna plectendi erunt.

Eorũ quoque curæ cõmissum est, vt solutiones à debitoribus Fisci fieri procurent. Et quòd pecuniæ Fiscales Thesaurario generali deferantur. Et vbi contingat debito tẽpore exactiones factas non esse, Magistratum moneant sub eadem pęna. ¶ Onerum vero, quæ extra ordinem imponi contingant, rationes per Rationatores super vno libro distinctè, teneri omnino faciant, in quo & oneris qualitas, tempus solutionis faciendæ, & nomina debitorum, inscribantur.

Ex reditibus Fisci, vel ad Fiscum quomodolibet pertinentibus, Referendarijs impensas facere non est permissum, præter illas, de quibus in principio anni licẽtiam faciendi habuerint, vel à Magistratu, scripto iussum fuerit, aut à Principe. Eoque casu, cum Princeps iusserit, intra decenduum Magistratum de omnibus certiorem reddant, aliàs eius Magistratus arbitrio puniantur.

Cognoscant insuper Referendarij Ciuitatum, in causis inter Fiscum, & priuatos, & contra debitores Publicanorum ex quacunque causa, & debitores debitorum ex causa vectigaliũ tãtùm, & in omnibus causis Datiarijs, summariè, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, & causæ instantiam non habeãt,

DE EXECVTORIBVS FISCI.

EXecutores Fisci, duo erunt. ¶ Hi ex natura sui officij, habent executiones contra quoscunquè debitores Fisci fa-

cere,& item cognoſcere de his quæ circa executiones incidẽter emerſerint. ¶ Cognoſcere etiam habent inter priuatos circa executiones faciendas ex cauſa Vectigalium,tàm contra debitores Publicanorum immediate ex qualibet cauſa, in quibus credita ceſſa non comprehendantur, (quia in his,vti iure,& foro cedentis debent) quàm debitores debitorũ ex cauſis Vectigalibus tantùm. ¶ In alijs autem caſibus, executoribus ſe intromittere interdictum eſt, cuiuſcunquè qualitatis ſint,etiã ſi fuerit eiſdẽ per aliquẽ Iuſdicentem,aut Officialem, quacunquè dignitate fulgeat,demandatum, niſi à Principe,locumtenentevè,vel Senatu conceſſum fuerit;ſub pęna executoribus amiſſionis officij, & aureorum centum Fiſco applicandorum.

Notarius Executorum de alijs cauſis, quàm in præcedenti Conſtitutione expreſſis,ſe non intromittat,ſub pœna ipſi Notario ſi contrauenerit, vel Executores contrauenientes, Senatui non notificauerit,amiſſionis Notariæ,& aureorum vigintiquinquè, Fiſco applicanda.

Vbi iuris articulus oriatur in cauſis præmiſſis priuatorũ Executores altera partium petente,teneantur aſſumere conſilium Conſultoris Iuriſperiti de Collegio Dominorum Iuriſperitorum Mediolani, partibus noti, & non ſuſpecti, & illud ſequi neceſſe habent.

Si Executores abſque Conſilio diffinitiue iudicauerint,habeant pro honorario,vnam pro centenario in totum.¶ Si verò cum Conſilio, vltra ſalarium Conſultoris, habeant ſolidos xx. ¶ Pro ſententijs interlocutorijs per eos ſine conſilio latis nihil accipiant à partibus: de conſilio autem vltra ſolidos decem non habeant.

Pro executionibus realibus, & perſonalibus faciendis, habeant Executores ipſi pro honorario, ſemel & à debitore tantum,facta executione,vnam pro centenario in totum veri credici,

diti, ita tamen quòd non excedantur aurei viginti. ¶ Familia autem eorum id solum quod sancitum est ex ordinibus. ¶ Executores contrafacientes incidant pęnam, de qua supra. Famuli verò eorum pro quolibet pęna aureorum decem plectétur. Ad cuius pœnæ satisfactionem si inhabiles erunt, arbitraria pœna Senatus punientur, toties, quoties contrafactum fuerit.

DE OFFICIO RATIONATORVM FISCI.

Rationatores Generales duo erunt: Eorum officium illud imprimis est, omnium redituum, & impensarum Fisci diligentem rationem tenere, & superinde opportunas scripturas facere, curamque adhibere, vt singulis diebus à Thesaurario habeant, quid præcedenti die eidem solutum fuerit, & impensum. Hæcque omnia in vno libro Rationatores scribant. ¶ Nonnisi à Quæstoribus iussi litteras dictent Thesaurario, (quæ Mandata dicuntur) easq; litteras in eo libro describant. ¶ Teneant insuper Rationatores librū, in quo omnes assignationes scribantur; quæ iussu Principis fient.

Si contingat aliquas pecunias solui iussu Principis, absquè eo, quod id non fiat per manus Thesaurarij, curabunt Rationatores quamprimum resciuerint, opportunas scripturas facere, ita ordinibus conformes, ac si verè, & cum effectu hæ pecuniæ per Thesaurarium numeratæ fuissent, aliàs Quæstorum arbitrio puniantur. ¶ His quoque Rationatoribus, cæteri Rationatores Fisci in concernentibus officium pareant, in his maxime, quæ vtilitatem Fisci concernunt.

Nemini libros Rationatores sine licentia Quæstorū, ostendant: alias eorum arbitrio puniantur. ¶ Seruabuntq; in scribendo ordinem vt incæpta in vno folco, in codē vel sequentibus continuatim, & non per interuallum finiantur. ¶ Minusq;

(vt

(vt vulgo dicitur) portatas de persona ad personam faciant, sed dilucidas rationes teneant, pœnæ arbitrio Magistratus irroganda, vltra amissionem salarij trium mensium, quotiens contrafecerint. ¶ Non facient etiam aliquem creditorem, vel debitorem Fisci, sine literis Magistratus. Itaquè libros suos tenebunt eo ordine, vt clarè videri possit, qui sint debitores, & qui sint creditores Fisci, pęna arbitrio Magistrat⁹ imponéda.

DE MONETIS, ET IVDICE MONETARVM.

QVicunquè fabricauerit, vel fabricare inchoauerit, aut fabricare fecerit monetã falsam, etiam quòd non perfecerit, & qui auxiliũ, vel fauorem dictæ fabricationi dederit, puniatur pœna ignis, ita quòd moriatur, & cõfiscationis bonorum, pro tertia parte Fisco, tertia accusatori, & reliquam Præfecto cudendæ monetæ huius Dominij applicanda. ¶ Expendens verò, vel expendi faciens monetam falsam, puniatur arbitrio Principis, vel Senatus, etiam vsque ad mortem inclusiuè, considerata qualitate, quantitatis monetæ, casus, & personarum. ¶ Eadem etiam pęna tenebitur, qui ausus fuerit monetam auream, vel argenteã, quocunque artificio, vel opera diminuere, vel diminui facere, vel alio modo deteriorem reddere.

Interdictum, est omnibus, ne in eorum domibus, nec alibi forpices habeant, &(vt vulgo dicitur) fornelos à vento, & crosolos, vel alia instrumenta apta ad tondendum, imprimendũ, vel fabricandum monetam aliquam, sub pęna confiscationis bonorum, & etiam alia corporali, vsq; ad mortem inclusiuè, arbitrio Principis. ¶ Hæc tamen Constitutio non comprehendit artifices, & fabros, qui pro eorum artificijs necesse habent huiuscemodi instrumentis vti: qui tamen si delinquent,

eadem

eadem pęna punientur.

Nullus audeat fecernere, nec fecerni facere monetam Mediolani cuſam, nec alias monetas, quibus ex Ordinibus vti Mediolani permiſſum eſt; nec fundere, nec fundi facere, nec quis ſciens, præmiſſis auxilium, vel fauorem dare, ſub pœna confiſcationis bonorum, & etiam vſque ad mortem incluſiuè, arbitrio Senatus.

Si quis aliquem reſciuerit monetam falſam fabricare, vel fabricari facere, ſi Mediolani id actum fuerit, Iudici intra vnã diem notificet, ſi extra Mediolanum, intra triduum, alias eiſdem pœnis tenebitur.

Nemini permiſſum eſt facere formas, (quas ſtampas dicunt) nec (vt vulgo dicitur) ſpontonos, pro ipſis formis faciendis ad cudendum monetam, ſiue cudenda in hoc Dominio ſit, ſiuè alibi, niſi primo id Iudici notificauerit, & ab eo licentiam obtinuerit, ſub pœna confiſcationis bonorum, & alia etiam corporali, vſq; ad mortem incluſiue, arbitrio Senatus.

Monetarij huius Dominij non poſſunt extra Dominiũ laborare ſine licentia, ſub pęna priuationis officij, & alia pęna arbitrio Quæſtorum ordinariorum imponenda.

Omnibus prohibitum eſt exportare, & exportari facere, extra aliquam ex Ciuitatibus huius Dominij, nec Dominium Mediolani, aliquam quantitatem auri, nec argenti, in petijs, verghis, granis, nec monetis (vt vulgo dicitur) bolzonatis, nec etiam monetam exteram, ſub pœna amittendi aurum, argentum, & monetam, animalia, plauſtra, naues, & alia inſtrumenta, in quibus, & ſuper quibus veherentur, vel conducerentur, & etiam ſub pœna dupli. ¶ Et intelligantur in Ciuitatibus in pęnam incidiſſe, hi qui ſine notificatione pertranſiuerint locum, vbi officiales Datij mercaturæ commorantur. ¶ Conducentes prædicta Mediolanum, termino bidui conſignare teneantur Præfecto monetæ Mediolanenſis, ſub pœna amiſ-

ſionis

ſionis rerum,& dupli,& ad ingreſſum portarum notificare officialibus,ſub eadem pœna.

Aurifices,& fabri non poſſunt emere argētum, nec aurum in petijs, verghis, vel grana, ſine licentia Præfecti monetæ. Saluo quòd pro vſu ſuo,qualibet hebdomada quilibet emere poſſit marcas quinque bolzonaliarum. ¶ Si vero emerint argentum, aurumvè fabricatum, ab vna marca ſupra,teneantur eadem die Præfecto monetæ notificare, eumquè cautum facere,ſe laborando,dictum aurum, & argentum conſumpturos,alias illa ipſi Præfecto vendere tenentur, nec alio modo emere poſſunt,ſub pœna amiſſionis auri,& argenti,ac dupli.

Artifices,qui vulgò Batifoliæ appellantur,poſſunt pro vſu ſuo,vſque ad omnem quantitatem, argentum emere, modò tamen maiori precio nō emant,quàm precio limitato, & qualibet vice notificent Præfecto monetę,cum nomine venditoris,ſub pœna amiſſionis argenti, & ementibus, & vendentibus,aureorum quatuor pro marca,applicanda vtſupra.

Prohibentes ne officiales monetæ poſſint inquirere huic ſanctioni contrafacientes,ipſo facto incurrant pęnam aureorum quinquaginta, Fiſco applicandam.

Super præmiſſis cognoſcendis, & exequendis, vnus eſt Iudex,qui Iudex monetæ appellatur, cuius cura eſt, vt ordines præmiſſi obſeruentur, & executioni mittantur. ¶ Ab eoquè Iudice, vbi de pœnis pecuniarijs agatur, recurſus haberi poteſt ad Magiſtratum ordinarium, vbi vero de pœna corporali, vel confiſcationis bonorum,non niſi prius re in Senatu relata, ad condemnationem,vel abſolutionem deuenire poſſit, iuxta aliarum conſtitutionum formam.

DE

DE ADV. ET SYND. FISCALIBVS.

HOdie Mediolani Aduocati Fisci, tres sunt, & Syndici totidem. ¶ In alijs vero Ciuitatibus duo erunt Fiscales, vnus Aduocatus, qui exterus sit, & vnus syndicus, vel exterus, vel de ipsa Ciuitate, prout Principi videbitur. ¶ In oppidis & terris vbi iurisdictio criminalis exercetur, vnus sit syndicus. ¶ His omnibus Aduocatis, & Syndicis, salarium annuum, condecens à Fisco statuatur, arbitrio Principis, cuius etiam arbitrio officium durare habet.

Curabuntque Fiscales omni studio, ea facere, tàm agendo, quàm defendendo, quæ vtilitatem Fisci concernant, & maximè vt per Iusdicentes causæ, & processus criminales, debitis temporibus inchoentur, & cum iustitia, & sine fraude expediantur. Et item quòd Antiani, & Consules negligentes denũciare crimina, delicta, & excessus, & alia ad quæ tenentur, debitis pœnis puniantur. Quodquè condemnationes trãsmittãtur ad Fiscum, & pœnarum exactio integre fiat. ¶ Et deniquè eorum officiũ erit pro viribus instare vt bona malefactorum confiscata, vel confiscanda, iuxta ordines describantur, & nomine Fisci appræhendantur, vnà cũ fructibus, benequè aduertere ne in sinistrum transeant. Quibus interesse etiã cum alijs officialibus possint, si voluerint. ¶ Operamquè dabunt vt malefactores, banniti, vel rebelles detineantur, & in potestatem Iusdicentium consignentur. ¶ Necesseq; habent maximè in grauibus & atrocibus delictis, vnà cum Iusdicẽtibus, interesse examinibus quorumcunquè testium producendorũ super denuncijs, querelis, & accusationibus, ac indicijs, & informationibus assumẽdis, inquisitionibusq; formãdis; & tã ante litem contestatã, quàm ex post, tàm ex mero officio, quã alio modo, etiam

Seruanda per Fiscales, vide in Ordinibus Senat' anni 1561. 26. Nouemb. fol. 61. in prima addit.

etiam vbi non esset necessaria litis contestatio, sub pœna Iusdicentibus non requirentibus, vel non admittentibus, amissionis salarij trium mensium, & plurium, & pauciorum, inspecta qualitate delictorum, personarumvè, & læsione Fisci, arbitrio Magistratus extraordinarij. ¶ Quòd si alio modo testes examinati fuerint contra voluntatem Fiscalium, vel saltẽ vno eorum non nominato, aut citato, processus, nec ea dicta testium, non valeant in præiudicium Fisci, & vlterius habeatur, ac si per Iusdicentem, ad quem cognitio pertinet, cõmissus fuerit euidens dolus, in fraudem, & damnum Fisci. ¶ Processusquè factus, & finitus, etiam per sententiam absolutoriã, non citatis offensis, & Mediolani saltim vno ex aduocatis, & alio ex syndicis, & in alijs ciuitatibus, & oppidis, Fiscalibus ibi deputatis, sint nullius valoris, & momenti, ipso iure, & facto, quo ad præiudicium Fisci, & quorum interest. ¶ Denuoq; possit procedi, & cognosci de eo crimine, delicto, vel excessu, ac si nulla sententia absolutoria lata esset.

Aduocati, & Syndici benè aduertant circa denuntias, querelas, accusationes, inquisitiones, processus, & informationes, ne condemnandi absoluantur, vllaque fraus, dolusvè, in præmissis committatur. Et vlterius in relationibus causarũ criminalium Senatui iuxta Ordines in scriptis faciendis per Prætores, & Iusdicentes Ciuitatum, & locorum, se ei relationi subscribere necesse habent, si tamen cum eis Iusdicentibus concordes fuerint, vbi autem dissentiant, Senatũ omnino moneãt de causis dissensus. ¶ Idem seruare habent Fiscales Mediolanẽses in ijs relationibus, quas viua voce in Senatu faciunt.

Ad dictos quoque Mediolanenses Fiscales pertinet, relationes causarum criminalium, quæ Senatui ab officialibus transmittentur, in eo Senatu referre, secundum formam à præsentibus Constitutionibus traditam.

Inquisitiones de animo deliberato formari non possint, nisi

nisi vno ex Aduocatis Fiscalibus subscribente, in locis vbi adsunt aduocati, sin minus Syndico.

Non debent Fiscales propalare directè, nec per indirectum indicia contra reos assumpta, vel assumenda, actavè, aut processus, deliberationes, condemnationesvè, quæ secreto teneri debent, siuè ex natura causæ, siuè ex iussu, siuè ex harum Constitutionum forma. Et denique nullum dolum, fraudemvè, in eorum officijs scienter committere, nec prece, vel precio moueri debent, sub pęna priuationis officij, & vlterius puniātur inspecta qualitate delicti, arbitrio Principis, vel Senatus.

Aduocati, & syndici Fiscales, contenti erunt stipendio eisdem statuto, nihilquè accipiant ab eis, contra quos pro Fisco agant, & siue agant, siue cōueniātur, sub pęna priuationis officij, & alia pęna, arbitrio Principis, vel Senatus imponenda.

Nec etiam pro descriptionibus bonorū possunt quidquam accipere ex ord. Senatus anni 1556. 15. Iulij fol. 13. in 1. addit.

Admittantur Fiscales per omnes Iudices, vt intendant expeditioni causarum, in omnibus causis, in quibus agitur de interesse Fisci, vel vbi ingeritur pœna sanguinis, alias omnia nulla sint. ¶ Eoq; amplius Fiscalis in vna causa semel citatus, nisi absens fuerit, vsque ad finem causæ semper citari debet.

¶ Notarijquè præmissorum, officialium non solum præmissis Fiscalibus patientiam præstare teneantur, vt inspiciant libros, quærelas, accusationes, denuncias, inquisitiones, acta, & processus, rescripta, & quascunquè scripturas, quotienscunq; etiam verbo, requisiti fuerint, etiam si non fieret examen testium pro condemnationibus, vel absolutionibus faciendis; sed etiam omne auxilium & fauorem impartiri habent, sub pœna aureorum decem pro quolibet contrafaciente, aut negligente, & qualibet vice, Fisco applicanda.

Fiscales de alijs causis (nisi ad Fiscum spectantibus, & pro Fisco) se aliquo modo intromittere non possunt, agendo, defendendovè, sub pœna arbitrio Principis, vel Senatus imponenda.

Nō possunt etiā Fiscales cōmissiones adiudicandum acceptare, nisi in causis, quæ corā Magistratibus tractari cōtingēt.

DE OFFICIO ET IVRISDICTIONE Diuersorum Iudicum.

PRætores, Cōmissarij, & alij officiales à Principe electi, non possint ad ea officia admitti, nisi fuerint prius à Senatu tamquàm idonei approbati, & idoneæ satisdent apud acta Magistratus extraordinarij, se rectè munus sibi commissum administraturos.

Omnes Iudices intra tempus instantiæ causas expediant, sub pœna aureorum centum, pro quolibet, & qualibet vice, Fisco applicanda.

Sciant omnes Iudices ordinarij, sibi non esse concessum in causis eisdem delegatis, vel commissis, quæ alias iure ordinario ad eorum iurisdictionem spectarēt, salarium accipere, sub pœna quadrupli, Fisco applicanda, eiusquè facti rationem in syndicatu habendam esse, & etiam expectato syndicatu, pœna exigatur, & dimidium pœnæ notificanti detur.

Iusdicentes diebus, quibus iusdicendum est, Tribunalia ascendere debent mensibus Octobris, Nouembris, Decēbris, Ianuarij, Februarij, & Martij, mane hora tertia diei, & in sero, hora vigesimasecunda, in reliquis autem mēsibus mane, hora consimili, vespere, hora vigesimaprima. ¶ Nec vltra horā residere in Tribunali possint, Et postquam descenderint, non est permissum pro ea hora, iterato Tribunal ascendere.

Alienigenæ, vel forenses habitātes, vel habitaturi in Ciuitatibus, vel terris huius Dominij, cuius principalis origo fuerit aliūdè, q̄ ex hoc Dominio, etiā si habitassent per annos sexaginta, & ad ciuilitatem admissi fuerint, nō possint exercere aliqua officia quæ concernere habeant negocia illius Ciuitatis,

tis, vel terræ, in qua incolatum habent; nec se de eis officijs intromittere. Nec esse de numero Antianorum, Sapientum, deputatorumvè, seu Præsidentium negocijs eiusdem.

Prætores Ciuitatum conducere secum non possint, nec tenere, Vicarios, Iudices, Collaterales, qui sint de Ciuitate, vel eius territorio, vbi officium exercere habent.

Officia omnia biennalia sint, etiam si concessa sint ad bene placitum, vel ad vlterius tempus: & exerceantur per electũ, & non per substitutum, nisi in casu impedimenti, quòd si vltra mensem durabit, Senatus monendus est. ¶ Hæc tamen Constitutio non comprahendit Senatores, Quæstores, Thesaurarium generalem, Præfectos Annonæ, Collateralem, Commissarium taxarum, Capitaneum Iustitiæ, eiusquè Vicarium, eorumquè omnium Secretarios, Rationatores, & Scribas, & Aduocatos, & Syndicos Fiscales. ¶ Nec etiam præmissi possint admitti ad illud officium, nisi lapso saltim biennio.

Commissarij, siue Gubernatores Ciuitatum, & Terrarum huius Dominij, plenam potestatem habeant, circa ea, quæ ad bonam custodiam Ciuitatum, & terrarum suæ fideicommissarium spectant, & Statum Principis concernant, in cæteris vero se non intromittant.

Officiales Ciuitatum, & terrarum, ab eorum officijs discedere non possunt, sine licentia Principis, vel Senatus, sub pęna amissionis salarij.

Omnes Iusdicentes huius Dominij sciant, eis permissum non esse præcepta generalia contra debitores concedere, Nec aliquas executiones reales, vel personales, nec famulos in possessionem mittere, nisi in casibus à iure, & ex constitutionibus permissis. Et tunc in eis eorũ debitorum nomina, & cognomina, expresse apponenda sunt. Et in oĩbus casibus necesse est, ꝙ pri⁹ de vero debito legitimè, & parte citata cõstet, sub

pœna

pœna Iudici,aureorum viginti quinque,pro qualibet vice, & grauiori,arbitrio Principis,vel Senatus,& parti quæ eis præceptis,vel executionibus vtatur,aureorum decem,pro tertia parte Communitatibus Ciuitatum, & locorum,pro tertia accusatori; & reliqua Fisco applicanda.

DE ADVOCATIS MISERAB. PERSONARVM.

Miserabilibus ad prosequutionem causarũ suarum opportuna auxilia deesse non debent: Ideo sancitum est,vt Mediolani per Abbates Collegij doctorũ,octo doctores deputẽtur,qui per biennium curam habebunt causarum ipsorum miserabilium, ac omnia necessaria,& opportuna,quæ ad Aduocati, & consultoris officiũ spectabunt,gratis expediant. Et qui nunc eligentur, munus hoc statim inchoabunt, Nec illud deserent, nisi post bienniũ initio in sequentis anni inchoandum, Et eorum quilibet, assumptum interea pendentiũ causarum miserabilium patrocinium,etiam post biennij lapsum non relinquet. Sed absoluet. ¶ Ordoque is seruabitur, vt qui causas habebunt necesse habeant adire Abbates ipsorum Doctorum, & causas contra eos motas,vel per eos mouendas, notificare, Abbatumque officium post hæc erit;deputare ex electis Doctoribus,qui in singulis ipsis causis adiri debeant, Et iuxta eorum Decretum, Aduocati ipsi causas prædictas sincerè, & cum fide tractabũt. ¶ In ciuitatibus verò Papiæ,& Cremonæ, sufficiat ab Abbatibus,seu Rectoribus Collegiorum; tres Doctores eligi, & in alijs ciuitatibus duo,qui reliqua seruabunt in præsenti constitutione sancita. ¶ Eò amplius sancitum est, quod Abbates Collegij Notariorum, & ipsi causidicos eligant, & deputent ad causas Miserabilium agendas, & defendendas, modis præmissis.

missis. ¶ Iudices autem ipsarum causarum, tàm motarum, quàm mouendarum, & eorum consultores, iuxtà ordines, quantò celeriùs expediant, & omni cura, & diligentia tractent. Idque gratis faciant. ¶ Quod si præmissi omnia hæc in præsenti Constitutione sancita, adamussim non obseruauerint, sciant pœnam sibi iniunctam suspensionis officij eorum, per annum, & maiorem, arbitrio Senatus imponendã. ¶ Miserabiles autem hi intelligantur, prout ex alijs Constitutionibus cautum est.

Lib. Primus Constitut. finis.

LIBER SECVNDVS Constitutionum.

DE TVTELIS, ET CVRIS.

ET si iure communi, diuersis legibus, & constitutionibus, videatur satis esse indemnitati minorum consultum, tamen crescente indies hominum malitia, vsu cognitum est multis fraudibus, quæ in damnum minorũ committebantur, occurrendũ esse. Eam ob causam sancitum est, ꝙ aliquo decedente relictis liberis in eius potestate constitutis pupillis, vel adultis non dato, vel nominato per eum, in eius vltima voluntate, tutore, vel curatore, (superstite eorum, vel alterius eorum matre, vel auia viduis) teneantur ille, vel illi, cui, seu quibus, tutela ipsa tanquã legitimo, seu legitimis deferretur de iure, (si dictæ mater, vel auia non forent in rerum natura) infrà menses quattuor, post eius defuncti mortem denunciare matri, vel auiæ, (non existente matre vidua) an velint tutelam ipsam acceptare; Et si infrà mensem vnum post factam denunciationem suscipere voluerit, tunc eam accipiat dato idoneo fideiussore, tam facilitate conueniendi, quàm facultatibus. Aliaquè faciat & obseruet, quæ ius commune requirit. ¶ Quòd si fideiussor non erit idoneus facultatibus, pro eo teneatur Magistratus, qui eum fideiussorem acceptauerit, & mulierem ipsam in ea tutela confirmauerit. ¶ Si autem mater, vel auia, infrà ipsum mensem nõ responderit, vel nolle acceptare dixerint, vel postquam acceptassent, ad secunda vota transirent, vel alio modo desinerent esse tutrices, etiam per renuntiationem factam apud acta Iudicis,

dicis, in casibus, in quibus renuntiare possunt, vel quando ipsæ mater, & auia non adessent, his casibus, & quolibet eorum, locus sit legitimo, qui vbi absque aliqua legitima causa excusationis recusaret, compellendus est. ¶ Is legitimus teneatur promittere, obligare, & iurare secundum iuris dispositioné, ac idoneè satisdare, Ita vt benè ipsi pupillo cautum sit. ¶ Et vbi ille, cui tutela primò loco defferretur, non esset idoneus, nec fideiussores idoneos reperiret, Idquè etiã iuramento affirmaret, & ita verisimile Iudici videatur inspecta qualitate personæ, tunc tutela decernatur alteri propinquiori, secundum iuris dispositionem, qui tamẽ idoneus sit, satisdet, & faciat vt suprà. ¶ Quòd si casus euenerit, quod in casibus præmissis dicto legitimo de facto vtsupra tutela non decerneretur, tamen perindè teneatur, & obligatus sit, eiusq; bona obligata sint pupillo, seu pupillis, ac si expresè tutela decreta esset, & ac si eius bona pro ratione reddenda, & residuis, seu reliquis restituendis, & alijs, pro quibus solent obligari tutores, obligasset. ¶ Si verò nullus legitimus reperiatur, tunc procedatur ad datiuũ, qui dandus est cũ legitima inquisitione, & satisdatione, & per Iudicem, qui Iurisconsultus sit, & non per aliũ. ¶ Hæc quæ dicta sunt in hac sanctione in tutoribus, & eorum fideiussoribus, locum etiã habent in curatoribus adultorum, furiosorũ, mentecaptorum, hæreditatis iacentis, bonorũ absentium, ventris prægnantis, & similium, quibus prouideri de curatore debet. ¶ Tutores, & curatores, inuentarium seu repertoriũ facere tenentur, non obstante quacunquè liberatione, nec prohibitione per testatorem facta. Et insuper in ea confectione inuentarij in hanc formam iurabunt, se omnia, de quibus notitiam habent, in eo describi fecisse, nec eorum scire, vel credere aliud fore in bonis, vel iuribus ipsius minoris, vltrà in ipso repertorio descripta.

Tutores, & curatores generales, tenentur antequàm se in

administratione ingerant, registrari facere instrumenta tutelæ, aut curæ. Mediolani, ad officium Panigarolarum, & alijs ciuitatibus, ad loca solita, sub pœna aureorum quinquaginta, pro dimidia Communitati illius Ciuitatis, & pro altera dimidia, Fisco nostro applicanda.

Et quia plerunquè euenit, quòd datio, vel deputatio tutoris, vel curatoris generalis, ita commodè fieri non potest, intereaquè creditores, & qui contra minores lites mouere, vel prosequi habent, damna patiuntur, ideò sancitum est, præmissos, & omnes cum minoribus litigare volentes, vel litem prosequi vtsuprà, id facere posse citatis duobus proximioribus agnatis, sanguine coniunctis ipsi minori. Quòd si vnus tantum sit agnatus, citetur agnatus ipse, & vna cum eo, vnus cognatus proximior. Quod si nulli agnati fuerint sanguine coniuncti, citandi erunt duo cognati proximiores. Hisque hoc modo citatis valeat iudicium, ac si cum legitimo tutore, vel curatore actum esset. ¶ Tenebuntur tamen ad indemnitatem minorum, & ad pœnas à iure, & ex constitutionibus comminatas hi, ad quos tutela, vel cura, de iure spectat, ac si tutelam vel curam suscepissent, & bona sua obligassent.

DE IVDICIIS.

Causæ pauperum in quibus ipsi actores sunt instantiam nō habēt, ex ordine Senatus edito anno 1548. die 5. Iunij fol. 29. in prima addit.

NE lites fiant penè immortales, & vt vtilitati subditorum quantùm possibile est cōsulatur, hac sanctione constitutum est omnes causas ciuiles, & ciuiliter motas, vel mouendas, siuè ordinarias, siuè delegatas, in hoc Dominio non vltrà quadraginta dies vtiles, à die cœptæ litis numerandos, protrahendas esse, Cœptaquè lis intelligatur petitione porrecta, in actisquè dimissa, & parti legitimè intimata. ¶ Sed omnes Iudices, etiam delegatos, debere intra dictum tempus causas cognoscere, & terminare ser

uatis

uatis statutis Ciuitatum,& locorum,huic sanctioni non contrariantibus, remotis cauillationibus & friuolis exceptionibus quibuscunquè, sub pœna aureorum centum Fisco applicanda, ipsoquè iure incurrisse intelligantur,eò ipso quòd causa parte instante,& debitas sportulas soluente, vel deponente penes Notarium causæ, non fuerit in eo termino expedita, exceptione aliqua non obstante. Quòd si Iudices legitimam excusationem differendi prætendant, eam coram Senatu, antè finem Instantiæ, deducere habent. ¶ Hæc tamen constitutio locum non habet in causis coràm Senatu, vel Senatoribus, Quæstoribus Ordinarijs, Extraordinarijsvè, Capitaneo Iustitiæ, Præfectis Annonæ, Conseruatoribus Sanitatis, Collateralibus,& Executoribus Cameræ, vertentibus. ¶ Et vlterius causas Fiscales non respicit. ¶ Nec etiam ad causas Datiarias,nec Mercatorum ex causa mercaturæ, nec Proclamationum pro bonis per priuatos ad proclama positis pertinet, quia particularia statuta sua, & particulares ordines seruandi sunt; Nec ad alios casus,quos ex Constitutionibus cautum est instantiam non habere. ¶ Non etiam habet locum in causis compromissorum,quæ de voluntate partium fiunt, quia quod conuenerit inter partes, seruandum erit. Quod si nullũ tempus expressum sit, habeant eam instantiam, quam causæ compromissorum necessariorum habent. ¶ Libellus, seu petitio qualiscunquè sit, ipso iure admissa esse intelligatur, dũmodò actoris,& rei personas,contineat. Et item quantitatem, remquè vel ius,quod petatur,& petitionis causam. ¶ Qua petitione porrecta,& parti intimata,statutus sit & esse intelligatur ipso iure terminus vnius diei vtilis sequentis reo ad delibe randum,eiquè petitioni respondendum; Quo elapso, siuè responderit, siuè non,lis pro contestata habeatur, & immediatè statutus sit,& esse intelligatur terminus actori, & reo, quindecim dierum vtilium,petendi,excipiendi, opponendi, pro-

bandi per omne genus probationum, ac producendi, & ostẽdendi quicquid partes ipsæ voluerint. Quo finito, quæcunq; in eo termino agitata, producta, & ostensa, intelligantur, & sint ipso iure, publicata, ità vt de eis fiat copia, si petita fuerit. ¶ Habent dehinc partes ipsæ terminum dierum decem vtiliũ immediate sequentium, ad reprobandum, & impugnãdum, quæcunque producta, probata, & ostensa in eo termino. Et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio, articulos, vel capitula produxerit ad reprobandum probata, vel producta per alteram partem in primo termino, liceat illi parti, cõtra quã producta fuerint, & alij cuius intersit, coadiuuare per legitimas probationes producta, & ostẽsa in primo termino. ¶ His decem diebus vtilibus finitis, quæcunq; agitata, producta, & ostensa in eis, intelligantur ipso iure & facto, publicata, & de eis copia partibus si petatur, facienda est, & processus vtriusq; partis intelligatur, & sit publicatus. ¶ Omnia hæc in præsenti sanctione cõstituta, locũ habent etiam in causis, quæ per Rescriptum Principis per quascunq; clausulas summariæ fiũt, in quibus tñ breuiores termini, & dilationes ad probandũ, reprobandũve p Iudices statui possint, & si statuti non fuerint, ipso iure statuti esse intelligãtur, & currãt termini superius limitati.

His peractis, Iusdicẽtes, siuè ordinarij, siuè delegati, ad partiũ requisitionẽ, seu alterius earũ, teneantur infra dies duos vtiles immediatè sequentes ipsos terminos eã litẽ, seu causam cõmittere vni Doctori confidenti partiũ, de Collegio Iurisperitorũ illius ciuitatis, in qua, vel eius districtu, lis agitari contingat. Quòd si aliqua pars recuset, vel contumax sit ad dandum suos confidentes, & tot, ꝙ in vnũ conueniri possit, Iudices causam cõmittent vni ex cõfidentibus alterius partis suos ꝑducẽtis, & non cõtumacis. ¶ Dãdiq; sunt per partes solũmodò cõfidẽtes, & nõ suspecti, residẽtes illius ciuitatis, in qua seu cuius territorio lis agat, si ibi copia erit, sin minus, de alijs residẽtibus in

Quid seruandũ in dandis cedulis confidentium. vide in ord. nou. Senatus an. 1566. 14. Aug. fol. 43. in 1. addit. Terminus dierum 10. ad decidẽdum in causa sit appellabilis non nisi bis prorogãdus ex ord. Senatus anni 1566. 9. Aug. fol. 1. in 1. add. Modo in omnem alium &c. Hæc

vna ex Ciuitatibus proximioribus, Modo in omnem casum non cōmittatur officialibus habentibus salarium de publico, sub pœna nullitatis. ¶ Qui confidens omnibus iuris remedijs, incontinenti, commissionē ipsius causæ acceptare cogatur, & iurare tenetur, quòd rectè & iustè consulet in causa sibi cōmissa, Deū semper præ oculis habendo, eiusq; tremendum Iudicium expectando; idq; iuramentū in actis causæ redigendum est. ¶ Huic confidenti electo, intrà decem dies post factam commissionem, partes deferre tenentur omnia iura, super quibus iudicandum est, specifica, & in forma fidē facientē, vltrà quem terminum, alia iura exhibere non possint sine dispensatione Principis, vel Senatus, qui nouam dilationē nisi ex legitima causa, non conceder. ¶ His iuribus visis, & diligenter consideratis, auditisquè allegationibus, quæ per partes & eorum aduocatos fieri voluerint, teneatur & debeat is confidens causæ Commissarius consilium suum in scriptis, manu sua propria subsignatum, præsentare, vel præsentari facere Iudici, coràm quo lis vertebatur, antè finem eorum quadraginta dierum vtilium. De qua præsentatione per Notarium causæ in actis expressa mentio facienda est; Iudexquè teneatur, & debeat ad eius consilij formam, sententiam diffinitiuam proferre, & publicare. Quæ pronunciatio, & publicatio, ipso iure facta esse intelligatur, si Iudex causæ eā proferre, & publicare omisserit. ¶ Possunt tñ Iusdicentes de per se, & absq; consilio, causas decidere, si nō petatur consiliū tpe debito, quod peti debeat intra decem dies vtiles, post litē cōtestatam, vel habitam pro contestata. Eoquè casu, & ipsi iurare, & alia facere modo quo suprà tenentur. Nullumq; præterea salarium, seu emolumentū percipiant, sub pœna quadrupli Fisco applicanda. Et quandocunque ob eam causam syndicari possunt Hocq; seruandum est etiam vbi Iudex ordinarius sit ét delegatus in causis, quæ ad eum iure ordinario spectatent.

constitutio nō cōprehendit locūtenentē Vicarij Prouisionū Mediolani, ex ord. Senatus anni 1541. diei 14 Martij. f. 31. in 2. addit.

Omnes

Omnes Iusdicentes, & Commissarij teneantur eorum sententias, & consilia proferre, & dare in scriptis, clarè, & apertè, & in omnibus causis omninò condemnate partes succumbẽtes, in omnibus expensis factis in causa, secundùm determinationem iuris, nisi habuerit iustam causam litigandi. Quo in casu si absoluerit, teneantur cum iuraméto exprimere causam specificam, in sententia, seu consilio, sub pœna duplicatarum impensarum, in quam incurrant ipso iure, & facto, quarum medietas applicetur Fisco, & altera victori. ¶ Vbi verò Iudices, & vt supra omittant condemnationem, vel absolutionem impensarum ipso iure & facto, victus in expensis condemnatus esse censeatur.

Vbi vero Iudices &c. Hoc non habere locũ in sententijs à Senatu latis, declarauit Senatus in Ord. nou. incip. Relatis &c. fol. 11. in 2. addit.

Et quia quandoq; contingit in his causis ciuilibus partes habere vel tes absentes producendos, vel instrumenta, aut scripturas existentes extra territorium, illius ciuitatis, vbi lis agitari contingat. Ideò sancitum est, quòd si vna partium nominauerit aliquos testes per nomina, & cognomina, & loca, in quibus habitant, vel instrumenta aut scripturas, quos, vel quas, asseruerit habere extrà territorium illius ciuitatis, vel loci, vbi lis agitari contingat, & eis, vel aliquo eorum indigere ad probationem sui iuris, iuraueritquè per se, vel procuratorem etiam generalem, quòd id nõ facit dolo, nec per calumniam, nec in fraudem, nec animo protelandi eam litem. Sed credens eis nominatis, vel aliquo eorum indigere ad probationem iuris sui; Tunc Iusdicens, siue ordinarius, siue cõsultor, aut arbitrator, coràm quo lis vertitur, teneatur, & debeat, nominanti terminum competentem secundum distantiam locorum, & negotij qualitatem, statuere, qui tamẽ triginta dies vtiles non excedat, ad probandum per ipsos testes, & eorũ attestationes præsentandum, instrumentaque & iura nominata producendum. ¶ Qua nominatione sic facta, & quo termino durante, non currat terminus, nisi quoad probationes præ-

sen-

ſentes per vtramque partem faciendas, nec etiam currat inſtantia ipſius cauſæ; Ita tamen quòd ea nominatio non admittatur, niſi fiat antè quinque dies vtiles termini probandi, vel reprobandi, & in quocunque eorum. ¶ Duranteque termino nominanti dato, poſſit aduerſa pars nominationem teſtium, inſtrumentorum, & ſcripturarum modo præmiſſo facere, dùm tamen faciat antè lapſum dimidiæ partis termini, & temporis dati alteri nominanti. Statuaturque reſiduum termini primo nominanti ſtatuti ad probandum, & producendum vtſuprà ſecundo nominanti. ¶ Qua nominatione ſic facta per alteram, vel vtramq; partem vtſuprà, eidem nihil addi poſſit, nec alia noua nominatio fieri per eum, qui iam nominationem feciſſet.

Si contingat cauſam introduci in Senatum, eius cauſæ inſtantia non currat, poſtquam fuerit in Senatu introducta. ¶ Per hoc tamen Iudicibus non eſt prohibitum quominus lapſis diebus ex ordinibus limitatis, ad eorum ordinum formam in cauſa procedere, & ad expeditionē deuenire poſſint.

Obtinētes intimationem à Senatu in cauſa ſuccumbentiæ cenſentur in expenſis condemnati ex ord. Senatus anni 1553. 13. Nouēbris. f. 34. in 1. addit. Hoc non ſolum habere locum in cauſis principalibus ſed etiā in cauſis appellationum decreuit Senatus anno 1559. 11. Septemb. fol. 40. in 1. addit.

Et quia ſæpiſſimè contingit cauſas in eo termino quadraginta dierum vtilium expediri non poſſe, vel ob maximas iuris difficultates, vel partium incuria, alijsque diuerſis ex cauſis. Ideò vt vtilitati litigantium conſulatur, ſancitum eſt, Si partes concordes fuerint inſtantiam cauſæ ciuilis prorogare, concedenda eſt prorogatio, modo, & forma, prout petent, dū tamen ſponte, & liberè cōſentiant, & ipſi prorogationi ſe ſubſcribant principales, niſi eſſent abſentes, vel valetudinarij, aut mulieres, vel pupilli, vel ex eo genere hominum qui ſcribere neſciant, aut petere non poſſint, Pro his enim procuratores conſtituti, petere: & ſubſcribere poterunt. ¶ Quòd ſi prorogationes ſinē præfixione temporis de voluntate partiū concedantur, ad alterius partis petitionem terminus præfigatur, qui menſem non excedat. ¶ Vbi vtriuſquè partis conſenſus

ad prorogandum instantiam non accedat. Sed altera partium tantum petat causam prorogari duæ prorogationes vnius mẽsis pro singula, concedi debent, si tamen Iudex, & pars, se prorogationi subscribant, & iure iurando affirment specificè, & in hanc formam, videlicet, quòd non per calumniam, & vt res protrahatur. Sed ex necessitate causam prorogari postulant, & quòd prorogatio est necessaria pro cognitione, & decisione causæ, iuramentumq; hoc præstandũ est, vel in manibus Notarij ad id rogati, vel Cancellarij Senatus ad id deputati, Sufficiatquè si id fiat intra duos dies à die petitionis, & per Procuratorem ad causas generalem præstari poterit, aliter prorogationes factæ non teneant, Et Iudex ad interesse partis arbitrio Principis, vel Senatus, teneatur. ¶ Vna quoquè suspensio instantiæ vnius mensis concedatur, Et duæ quattuor dierum, si in ciuitate fuerit lis. Si extrà, duodecim dierum concedantur, iuramento tamen præstito modo in prorogationibus cõcedendis expresso. ¶ Hæ prorogationes à die finis instantiæ incipere habent. ¶ Quòd si præter præmissas prorogationes aliæ à Principe, vel Senatu petantur, exprimi debet in specie causa, ob quam petantur, Et si dicatur ex eo, quòd Iudex non sit clarus, exprimatur in specie causa, quare non sit clarus, & tam pars supplicans, quàm causæ Commissarius, teneatur se supplicationi subscribere, & iurare causam expressam veram esse, cùm hæ nisi ex causa vrgenti, & valdè necessaria concedendæ non sint, sub pœna Iudici falsum iuranti, arbitrio Senatus imponenda. ¶ Instantia tamen stabit in suspenso à die porrectæ supplicationis, vsquè ad concessas, vel denegatas prorogationes, modò non excedat dies ex alijs Constitutionibus limitatos.

Tempore quadragesimæ, & Litaniarum, duo dies non feriati in honorem Dei, & Sanctorum, habeantur pro vna die vtili.

In

In citationibus, vel præceptis, quorum causa quis comparere tenetur, dies præcisa apponenda est, cum nomine diei, & quoto die mensis, & hora præcisa, in tertijs, vel in vesperis, Alias præcepta, & citationes nullius sint valoris, & momenti.

Ne processus causæ differatur sancitũ est, quòd omnes exceptiones replicationes, & triplicationes, dilatoriæ, declinatoriæ, perhemptoriævè, & cęteræ, cuiuscunquè generis sint, de quibus non sit cognitum, & decisum inter partes, sint saluæ vtriquè parti in fine litis, tempore disputationis faciendæ. ¶ Quæ quidem exceptiones reiectæ intelligantur, si de ipsis in sententia, vel pronunciatione super causa principali facienda, non fuerit facta mentio.

Positionibus per partem producendis, teneatur altera pars respondere ad terminum per Iudicem assignandum, clarè, & apertè, affirmando, vel negando, de scientia, vel credulitate, sinè vlla conditione, suppletione, vel protestatione, alioquin positiones pro confessis habeantur.

Si quis in causa instrumenta, vel iura produxerit, ad alterius partis instantiam, & cuius interest per priùs iurantis, se non dolo, nec per calumniam petere. Idquè in eadem causa, vel abindè dependenti fiat, cogatur omnibus iuris remedijs, etiam per pœnas, & mulctas, ac per personæ detentionem, ad ea instrumenta, & iura iteratò exhibendum.

Vbi contingat litem contrà absentem moueri, facta fide summariè Iudici citatum absentem esse, Iudex statuat citato terminum ad comparendum per se, vel per procuratorem, ad rationem diei vnius pro singulis viginti millibus passuũ, eundo, & redeundo, vbi sit certum vbi sit, vbi autem ignoretur, arbitrio Iudicis, modo mensem non excedant. Dehinc currere tempora eis constitutionibus limitata incipiant.

Iudices cogere habent, & debent testes ad iurandum, & veritatis testimonium perhibendum, sub pœna testi inobedien-

K ti,

ti, aureorum decem, & plus, & minus, arbitrio Iudicis, inspecta qualitate facti, & conditione personarum, pro dimidia Fisco, & pro residua parti applicanda quæ pœna per Iudicem causæ exigatur.

Non admittere debent Iudices aliquem libellum exhibitorium, seu præuentorium: quacumquè causa, nec eius occasione, executionem differre, vel omittere, nisi prius producẽs (si id quod in ipso libello deducetur, fuerit intra valorem librarum centum) penes personam idoneam per Iudicem eligendam, libras decem deponat, Exindè vsquè ad valorem librarum ducentum, libras sexdecim, & à ducentis vsque in quingentas, libras vigintiquinquè; & abindè supra, quadraginta libras, quæ parti in casu succumbentiæ dentur.

Vide delectationem huius constitutionis in praxi in ordine Senatus edito anno 1543. die 11. Iulij fol. 32 in prima addit.

Si per apparentem prima facie debitorem, vel eius hæredes, aut legitimum eius procuratorem, contrà Impetratas, factasvè in eos, eorumve bona executiones contradici contingat, sancitum est, quòd producto per creditorem instrumento, seu chyrographo verificato, præfixus sit ipso iure debitori terminus quindecim dierum vtiliũ, probandi, & probatũ habendi quocunque probationum genere, quicquid contra ipsa instrumenta, & chyrographa velit, ipsoq; termino præterito, nec solutione probata, aut quare ad ipsam solutionẽ nõ teneatur, iuris omnib⁹ remedijs omni prorsus exceptione postposita, etiã non obstantibus statutis ciuitatum, & locorum, de sapientibus dandis, cogatur debitor alia absquè monitione, & omni appellatione remota, ad ipsi creditori satisfaciendum. ¶ Quòd si de parte solutionis, aut non debendę partis eiusdẽ, sit probatũ, ad residuũ soluendũ debitor cõpellatur. ¶ Satisfacto verò creditore, si infra triginta dies vtiles à die solutionis numerandos, debitor indebitè exactam pecuniam, vel indebitum solutũ, probauerit, quę tamen probatio admissa ipso iure censeatur, cogatur creditor ad duplum eius, quod indebitè

exa-

exactum erit,restituendum,nisi in credito alij successerit, & de eius mala fide non appareat,quo casu,ad exactum indebitè tantùm teneatur. ¶ Per hanc tñ sanctionẽ non tolluntur alia remedia,tàm creditoribus quàm debitoribus ex statutis ciuitatũ,& locorũ competentia. ¶ Huius tñ cõstitutionis beneficio vti nõ possint forenses non suppositi iurisdictioni eius Iudicis, coràm quo vti voluerint, nisi antè omnia, parte citata,subijciant se iurisdictioni illius iudicis,& renuncient priuilegio fori,idoneumq; fideiussoré præstent suppositũ iurisdictioni illius iudicis, de præmissis omnibus adimplendis, ac expensis soluendis.

Quoties à Principe,vel Senatu,aliæ dilationes in causis ciuilibus petantur,q̃ ex præsentibus constitutionibus cautum est,cuncti sciant necessitatem impositã esse, vt in precibus exprimant causam in specie,quare dilatio petatur,& supplicationi se,tàm Iudex,quàm pars,subscribat, & iuret, Iudex scilicet de credulitate,pars de veritate,sub pœna parti falsum iuráti, falsi iuramenti,de quo possit querelari dũtaxat intrà mẽsem, & vlteriùs aureorum decẽ,pro dimidia parti,& pro residua Fisco applicanda. Et eò amplius,in eis precibus faciẽda est mentio,si quæ alia dilatio concessa fuit, & de dilationũ obtentarũ numero,aliàs non valeat dilatio ad beneficium impetrantis.

Qui calumniosè causas in Senatu introducent, vel dum audiuntur,vel in alijs expeditionibus, in omnibus expensis eadẽ causa per alteram partem faciendis condemnentur,& vlteriùs arbitrio Principis, vel Senatus puniantur.

DE ARBITRIS, ET ARBITRATORIBVS.

SI fuerit causa,lis,quæstio,cõtrouersia, vel discordia, inter ascendentẽ,& descendentẽ,vel inter agnatos, vel cognatos,affinitate p̃senti,vel præterita,teneať, & debeat quilibet Iusdicens aditus per aliquam partium,easdem partes cogere ad compromittendum in amicum, seu

amicos communes, communiter eligendos. ¶ Hæcquè petitio compromissi fieri debet intrà decem dies continuos à die litis contestatæ, vel habitæ pro contestata, nec vltrà dictum tempus fieri possit. In eaquè compromissi petitione, petens nominet arbitratorem suum suppositum iurisdictioni illius iudicis, corám quo petitio facta erit, aliàs sit nulla, nulliusque effectus, & momenti. ¶ Petitione, & nominatione modo præmisso factis, Iudex alteri parti terminum competentem statuet, ad arbitrum nominandum, & compromissum faciendum de ea lite, quæ vertitur, de iure, & amicabili compositione, & per publicum instrumentum. ¶ Si autem aliqua partium negligens, aut renitens esset ad faciendum compromissum, seu partes ipsæ compromissum non fecerint, teneatur Iudex eo casu, compromissum facere apud eius acta, vel per publicum instrumentum, in arbitrum, vel arbitros nominatos, possitquè partes, & earum bona vicissim obligare pro arbitramentorum faciendorum obseruatione, & insuper pœnam adijcere, vsquè ad eam summam, quæ inspecta re, & personarum qualitate, ei conueniens videbitur, habeanturquè pro appositis clausulæ continentes hinc indè solemnem stipulationem, renunciationes, pacta executiua, reliqua deniquè omnia, quæ in compromissis apponi solent. ¶ Instantia causarum compromissi duret per id tempus, quod in alijs causis ordinarijs, & delegatis præfixum est. ¶ Acta, & arbitramenta, per quemcunquè Notarium rogari possint.

Si contingat in eis compromissis necessarijs, seu voluntarijs, propter eorum arbitrorum discordiam tertium assumi, eo casu prioris arbitri, seu arbitratores à Iudice electi, vel à partibus vtsuprà, se amplius intromittere non habent, Sed solius tertij auctoritati pareatur, valeantquè arbitramenta, ac si per omnes lata fuissent. Et si contingat priores arbitros salarium, vel partem eius habuisse, restituant partibus. ¶ A quorum

rum præceptis, arbitrijs, vel arbitramentis, inter præmissas personas factis, non possit appellari, nec quærelari; sed elapso termino in eis apposito, (si appositus fuerit,) sin minus, triginta diebus elapsis omnibus iuris remedijs; & quolibet die feriato, & non feriato, modò in honorem Dei & Sanctorum introductus non sit, executioni mittantur.

Reuisio autem arbitramentorum quocunquè modo competat, vel concedatur, peti possit seruata forma iuris municipalis ciuitatum, & locorum; & vbi forma data non sit, sed reuisio per litteras à Principe, vel Senatu concedatur, teneatur reuisionem petens, primo, & ante omnia, soluere alteri parti omne, & totum id, in quo condemnatus fuit in ipsis arbitramentis occasione expensarum litis, ac pro salario. Et item ex causa depositi fideiubere de soluendis expensis faciendis in ea causa reuisionis, ac etiam pœna in compromisso apposita.

Commissarius reuisionis ad requisitionem eius, contra quem petita erit reuisio, non attenta eius emologatione tacita, vel expressa, cognoscere, & moderari possit, si contrà eum ipsa arbitramenta læsionem contineant.

Moderari autem arbitramenta non possunt, etiam si læsionem contineant, quando læsio sextam partem non excedat.

Si petitum non fuerit compromissum in causa principali, in causa appellationis peti non potest.

Decisa, in prædictis compromissis non veniant, & decisa intelligantur tàm per sententiam, quàm per arbitramenta, quæ mereantur executionem, vel per iuramentum in iudicio à parte parti delatum, vel habitum pro relato, vel per quamlibet vltimam voluntatem non abolitam, nec cancellatam, nec in aliqua sui parte vitiatam, vel alium contractum, de quo appareat publicum instrumentum à publico Notario cõfectum.

DE

DE FORO COMPETENTI.

Vicunquè debitor fuerit alicuius huic Dominio subditi, non possit ex causa alicuius ordinis, dignitatis, aut priuilegii de nouo acquisiti, uel acquirẽdi, postquàm debitor fuerit vel bona tenere aut possidere incœpetit, Magistratuum, & iusdicentium quibus suberat, forum, & iurisdictionem declinare quacunquè causa, nec ab eis se eximere; sed coràm eis ita respondere teneatur, & eisdem subsit in omnibus, & per omnia quoad debita contracta, & bona vt suprà, quemadmodum ante acquisitionem tenebatur, & suberat. Cessionarii tàm quoad forum, quàm quoad reliqua, vti alio iure non possunt, quàm cedentis.

DE FERIIS.

ET si iure diuino cautũ sit dies festos cũ oĩ veneratione celebrari debere, & ab omni illicito, opere cessandũ esse, tñ non desunt qui spreta religione, æternæ salutis immemores illicita exercere non formident, Vt id igitur genus hominũ etiã metu pœnæ coerceatur, sancitum est, quòd nullus audeat, vel præsumat in diebus Dominicis, nec alijs introductis in honorem Dei, & sanctorum, ex præcepto, vel consuetudinibus Ciuitatum, & locorũ, operari in aliquo artificio, per se, vel per alios, nec tabernas (quas apothecas appellant) apertas tenere, nec per se, aut per alium quicquam vendere, Medicinalibus, & alijs, quæ ad vsum quotidiani victus necessaria sunt, dumtaxat exceptis. Et hoc sub pœna trium aureorum contrafacienti, quotiẽs contrafecerit. Et teneatur Dominus pro famulo, & pater pro filio, & magi-

ster tabernæ, seu apothecæ pro operario.

Quilibet possit accusare, & credatur accusatori cum iuramento, & vno teste fide digno, & pœnæ tertia pars in accusatorem perueniat, tertia in hospitale, vel locũ pium principale, & reliqua in commune illius Ciuitatis, vel loci, vbi cõtrafactum fuerit. Et exactio pœnæ sine aliquo processu faciẽda est.

In diebus quibus instrumẽta per Notarios rogati possunt, et iudicibus concessũ est interponere auctoritatẽ, & Decretũ.

DE PROBATIONIBVS.

NEmini licet extra Iudicium, testes ad æternam rei memoriam examinari facere, nec eorum attestationes per Notarium in instrumento redigere, nisi modo quo infrà, sub pœna aureorũ viginti quinque ipso facto committenda, & Fisco applicanda pro quolibet teste examinato, & toties quoties contrafactum fuerit. ¶ In quam pœnam incidat ipso facto Notarius, qui attestationes ipsorum testium ad æternam rei memoriam receperit, seu de eis documentum fecerit, toties committendam, quoties contrafecerit. ¶ Vlteriùs hæ attestationes sint ipso iure nullę, nulliusque momenti, nec aliquã fidem, vel probationem, etiã semiplenã, vel præsumptionem faciant, aut suspicionẽ inducant. ¶ Nec possint hi testes vbi in iudicio examinabuntur ad eorum attestationes extrà iudicium sumptas se referre. ¶ Omnibusq; Iudicibus interdictum est, & Notarijs qui in iudicio testes examinabunt, huiuscemodi instrumenta continentia attestationes testis examinati extra iudicium admittere, nec super eis testes examinare, Immò ea omninò respuant. Et testes in Iudicio deponere habent, ac si nunquã interrogati, vel examinati extra Iudiciũ fuissent. Nec propterea imputari de falsitate possint, ex eo q; dicerentur esse contrarij primo examini.

¶ Sed

¶ Sed quoniam materia probationum non est angustanda, aliquique sunt casus, In quibus, etiam lite non contestata, vel quasi, de iure testes recipi possunt ad æternam rei memoriã. Propterea sancitum est, quòd si quis sperat contra aliquem litem mouere, vel dubitat contra eum moueri, & velit aliquẽ, vel aliquos testes producere ad æternam rei memoriam, vel ex eo quòd sint in periculosa infirmitate constituti, vel quòd sexagenarij sint, vel in longum iter profecturi, (& intelligatur longum iter, quando ad locum remotum per millia passuum quinquaginta ab isto Dominio quis profecturus est.) His casibus volens producere testes compareat coram Iudice ordinario ciuitatis, vel loci, in quo lis agitanda erit, & ibi capitula producat, super quibus duxerit testes examinandos. Et si ille contrà quem testes producere voluerit, erit præsens in eo loco, citandus est ad videndum eis testibus iuramentum deferri, si verò absens fuerit, citandus est ad domum eius habitationis, & vlteriùs citetur vnus ex proximioribus agnatis, & in eius defectum, aliquis ex cognatis per iusdicentem eligendus, absentis nomine comparitutus, citationeque hoc modo facta, iuramẽtum testibus deferatur, etiam super eo an sint in aliquo ex casibus superius expressis, & si ita esse iuramento affirmauerint, tunc examinandi sunt per notarium iudicis ordinarij, vel alios notarios ad examina testium deputatos, factis tamen ab vtraque parte debitis interrogatorijs, vbi tamen partes, vel altera earum dare voluerint. Quibus examinatis, producens si voluerit eos testes publicari, publicentur, tamen ea conditione quòd sit sibi præclusa via super eis capitulis; vel alijs idem continentibus, alios testes examinari faciẽdi ¶ Vbi autem publicari non petat per Notarium non edantur, sed lite posteà pendente attestationes præmissæ clausæ, & sigillo firmatæ iudici coram quo lis pendebit transmittendæ sunt, qui eas tempore debito publicabit, eandemquè vim & robur habe-

habebunt,ac si lite contestata, & coràm Iudice hi testes deposuissent.

Et quia plerumquè in Iudicijs producebantur capitula per testes probanda,quibus continebatur quem aliquid cōfessum fuisse,uel habuisse dicere & protestari,non expressis loco, & tempore præciso,undè & plurimæ falsitates oriebantur, sublataquè erat facultas contrarium probandi ; ideò sancitum est, in capitulis annum,mensem, & diem; & locum, & locum loci protestationis exprimi debere. Et vbi ex dictis testium superindè producendorum,de loco, & tempore copulatiuè nō appareat, dicta testium sint nulla. ¶ Si verò appareat ex dictis testium de loco,& tempore vtsuprà, id, antequam processus publicetur, parti aduersæ edi debeat,vt suas probationes exindè facere possit.

DE SPORTVLIS.

Omnibus,& singulis Gubernatoribus, Capitaneis,Cōmissarijs,Prætoribus, Assessoribus,Vicarijs,Iudicibus,& quibuscunquè alijs Magistratibus, quacunquè dignitate fulgentibus, & quocunquè nomine nuncupentur, etiam si eos contingat delegatam exercere iurisdictionem,necnon omnibus Aduocatis, & Syndicis Fiscalibus huius Dominij Mediolani, hac sanctione interdictum est,ne quidpiam accipiant,nequè accepteent, nec in magna, nec etiam minima quantitate,directè, nec per indirectum, nec sub colore sportularum aut honorarij, vel alio velamine, in tractandis, aut terminandis causis criminalibus, ab alterutra ex partibus,aut agentibus pro eis. ¶ Pari modo Notarijs, Scribis, Comentariensibus,& alijs,qui officia exercēt,aut munera sustinēt,in huiusce modi causis criminalibus inhibitum est,ne pro actis scribendis,scripturis recipiendis, ac admitten-

dis, testium examinationibus, processuum editionibus, sententiarum interlocutoriarum, & diffinitiuarum pronuntiationibus, & traditionib⁹, aut quibusuis alijs præeminētijs, & emolumētis, & ēt pro carcere, & eius apertura, pro ligatura reorum ad eculeū, & quæstionibus exercendis, & denique pro quibuscunquè alijs, in quibus eos pro susceptis muneribus versari cōtingat, nihil plus accipiāt, aut accepterit, nisi in quantū specialibus ordinibus continetur. ¶ Contrafacientibus, & omnibus illis, q ministri, & participes fuerint, pœna est priuationis omnium officiorum, quæ habent, & aureorū mille, Fisco applicādorum, & vbi non habeant in ære, luant in corpus, arbitrio Principis, vel Senatus. Cuius pœnæ pecuniariæ dimidium detur delatori. ¶ Sententia obtenta per sordes, sit nulla. Et si forte illemet (quatenùs respiciat fauorem illius, qui per sordes, vel munera obtinuit,) in cuius fauorem sententia, aut alia expeditio data pecunia, vel muneribus vt supra obtenta fuerit, termino duorum mensium rei veritatem in notitiam primus detulerit, sententia ipsa, aut expeditio, perinde valida sit, & efficax, ac si nullæ sordes interuenissent, modò aliàs valida sit. Et vlterius dimidium pœnæ pecuniariæ consequatur.

Iudices qui ordinarij sunt, siue in ciuilibus, siuè in criminalibus salarium accipere non possunt. Qui autem ordinarij nō sunt, aut qui à nobis delegati fuerint cum auctoritate decidēdi, siuè in ciuilibus, siuè in criminalibus causis, quarum cognitio aliàs ad eos non spectet, non prohibentur quin salariū sententiarum ad rationem vnius pro singulo centenario à qualibet partium accipere possint. Ità tamen quòd quantacunque fuerit causæ æstimatio summa ducentorum aureorum excedi non possit. Computatis etiam semper pecunijs pro scripturis, & motiuis habitis.

DE

DE APPELLATIONIBVS.

PLusquàm necessarium erat in hoc Dominio prouidere de Iudicibus, qui in causis appellationum cognoscerent. Ea propter sancitum est, quòd lata sententia, à qua liceat appellare, quilibet qui appellare voluerit, vel nullam dicere, id teneatur facere intrà terminũ quatuor dierum continuorum à die intimationis sententiæ, & non vltrà, ad Iudicem competentem. ¶ Qua appellatione, vel nullitate interposita, teneatur appellans petere Iudicem appellationis à prætore, vel alio superiore Magistratu illius ciuitatis vel terræ vbi primo fuit Iudicatum. Qui prætor vel Magistratus statim teneatur, & debeat omnibus iuris remedijs, partes cogere ad dandum confidentes, de collegio dominorũ iurisperitorum illius ciuitatis, in qua, vel cuius territorio iudicatum fuerit, si ibi confidentium copia erit, sin minùs vni⁹ ex Ciuitatibus proximioribus; & reperto partium cõfidente, tunc Prætor ille vel Magistratus, non iure ordinario, sed præsentis constitutionis virtute tamquàm delegatus Principis, teneatur eidem confidenti causam ipsius appellationis, & nullitatis committere audiendam, examinandam, & debito fine terminandam. ¶ Quòd si altera partium recusauerit, vel neglexerit in termino statuto confidentes suos dare, in eius contumaciam, vel renitentiam, causa committatur vni ex confidentibus per alterã partem datis. ¶ Is confidens causæ Commissarius non possit cõmissioné recusare, & nisi fuerit de partiũ voluntate, eidẽ dari adiunctus vel socius, ad eam causam examinandum decidendumvè, nõ possit, iurareque teneatur prout iudices in prima instantia, ex forma harum constitutionum, iurare tenentur. ¶ Qua commissione sic facta, instantia ipsius causæ appellationis, & nullitatis habeat, & habere intel-

Appellationes causarum à sententijs Prætorum feudatariorum ab Auditoribus ipsorum feudatariorum nõ esse cognoscendas decreuit Senatus in eius ordine edito anno 1548. die 11. Ian fol 33. in 1 addit.

ligatur dies viginti vtiles tantùm, ad eam causam appellationis terminandum.

Terminus dierum 10. ad decidēdum articulum, an causa sit appellabilis nō visibilis est prorogandus ex ordine Senatus anno 1566 9. Aug. f. 41. in 1. addit.

Quomodo fiendæ, & accipiendæ sint fideiussiones declarauit Senatus ann. 1557. 26. Octob f. 46. in 1. addit.

Teneatur appellans, vel nullam dicens, per se, vel procuratorem suum, infra tres dies vtiles à die factæ cōmissionis prędictæ, coràm eo comparere, & petitionem suā in scriptis porrigere, partiquè eam intimare personaliter, vel ad domum habitationis, vel procuratori, qui confidentes in causa dederit. Quæ petitio qualiscunquè sit, dummodò tollerabilis, admittatur, & admissa ipso iure esse intelligatur, nullaque litis contestatio exigatur, & Item iurare se non dolo, nec calumnia, Sed credens iustam fouere causam, appellasse, & nullam dixisse; & statim satisdare de restituendo alteri parti omnia dāna, & interesse, ac expensas litis prædictæ, quæ passa fuerit, & quæ taxata fuerint per Iudicem, si succubuerit in causa appellationis, uel nullitatis, uel si ipsam appellationem non fuerit prosequutus; alioquin ipsi appellationi renuntiasse intelligatur, & prima sententia firma remaneat, & executioni mittatur.

Post hæc statim, & finè interuallo statutus sit, & esse intelligatur appellanti, & nullam dicenti, & appellato, uel appellatis, uel his contra quos de nullitate dicitur, terminus octo dierum vtilium probandi, producendi, & ostendendi, tàm super appellatione, nullitate, iniquitateuè, dictæ sententiæ, & alijs ad dictam causam pertinentibus, & quicquid ipsæ partes, & quælibet earum facere uoluerint. Ipsoque termino finito, statim omnia agitata, producta, & ostensa, intelligantur ipso iure publicata, & de eis utriquè parti copia fiat, ità demùm si petita fuerit. ¶ Successiuè uerò statim intelligatur, & sit ipso iure statutus vtriquè parti, terminus dierum sex vtilium, reprobādi, impugnādi, & excludendi quæcunque agitata & producta in eo primo termino. Et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio, capitula, vel articulos produxerit ad reprobandū probata, & producta per alteram partem in primo termino

pro-

probatorio Capitula ipsa,& articuli producantur per tres dies vtiles ante finem termini reprobatorij, parte præsente, vel legitimè citata,& data vel oblata copia, aliter produci non possint, nec admitti. Et tunc liceat parti, contrà quam producta erunt, & alteri cuius intersit, coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes, producta & probata in eo primo termino. Quo termino elapso, omnia agitata in eo, ipso iure publicata sint,& omnes exceptiones sint saluæ in fine litis, vt etiam ex alia constitutione cautum est. ¶ Dehinc partes compareant coram Commissario causæ, & ei deferant processus,& omnia acta dictæ causæ, & denique omnia iura sua. ¶ Qui Commissarius, eis visis,& diligenter examinatis,& partium allegationibus,quæ fieri voluerint auditis, teneatur & debeat eam causam diffinire,& terminare per eius sententiam diffinitiuam in termino dictorum dierum viginti vtilium.

Lata sententia in causa appellationis, vel nullitatis,in quātum confirmata fuerit prima sententia lata in causa principali,non liceat ampliùs prouocare, nec appellare à dicta sententia, Nec nulla dici,nec eidem aliquo modo contrairi,nec contrà eam quicquàm excipi, vel opponi possit; Sed prout lata fuerit, executioni mittenda est omnibus iuris remedijs. ¶ Si verò per ipsam sententiam latam in causa appellationis, vel nullitatis, fuerit dicta prima sententia annullata, vel reuocata, vel aliquo modo reformata, particulariter, vel in totum, tunc liceat succumbenti in causa appellationis, vel nullitatis, & cuilibet alij, cui de iure licet appellare, vel nullam dicere ab ea sententia pro ea parte, in qua primæ sententiæ conformis non fuerit. Et hoc infra terminum quatuor dierum continuorum à die intimationis sententiæ,& non vltrà,ad Iudicē competentem. Et intelligantur esse termini limitati in omnibus, & per omnia, prout in prima causa appellationis sancitū est, congrua congruis referendo. ¶ Saluò quo ad instantiam, quia

quia instantia ipsius secundę appellationis durare habet viginti quinque dies vtiles, intra quos sententia diffinitiua ferenda est, & quatenùs fuerit conformis, omnibus iuris remedijs executioni mittenda est.

Instantia causæ appellationis prorogari, & suspendi potest, prout etiam in causæ principalis instantia ex præsentibus constitutionibus sancitum est.

DE BONIS AD CRIDAS PONENDIS.

MVltùm vtilitati publicæ cōducere compertum est, & subditorum quieti, vt aliquis modus reperiretur, quo quilibet rei suæ familiari, tàm sibi, quàm posteris, consuleret, & quandoquè sciret an bona laboribus, vel quauis causa parta, libera vel ne haberet, tam ad ea sibi, & posteris conseruandum, quàm etiam vendendū, & alienandum sinè onere alicuius fideiussionis pręstandę, emptoresque propterea & ipsi tuti essent. Ideo sancitū est, quòd si qua persona, commune, collegium, vel vniuersitas, voluerit aliquam rem immobilem, aut ius, quam, vel quod possideat, vel quasi possideat, (ita quòd detentario non sufficiat,) ponere ad cridas ad finem vendendi, vel alienandi, teneatur, & debeat, per se, vel per procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem, Mediolani, comparere coràm Vicario Prouisionum, in alijs Ciuitatibus coram Iudicibus ad id deputatis, sin minus coram Prætore earum. Et ibidem in scriptis dare id, quod ad cridas ponere voluerit. Quòd si res immobilis fuerit, illa per situm, aut locum, & cohærentias, & verum numerū perticarum, vel circa, describenda est, congrua congruis semper referendo. Si verò iura fuerint, specificanda sunt per prius loca in quibus prædicta exercentur, seu ipsorum iurium emolumentum percipitur; Et eo amplius non solùm exprime-

re tenetur, à quibus datum de eis, vel aliquo eorum habuerit, si id intrà annum factum sit; Sed omnium eorum qui ea bona illo anno realiter possederint, vel quasi, Et si lapsus fuerit annus, exprimere etiam tenetur nomen eius à quo habuerit datum vsque ad decennium sub pœna nullitatis. Et etiam iurare teneatur, quòd ipsam rem, vel ius, quam, vel quod ad cridam ponere vult, verè & realiter, ac nomine suo proprio, & non alieno possidet, vel quasi possidet, & ad sui commodum, & quòd sua scientia, aliqua vnio, seu separatio, vel diuisio, ab anno vno citrà, facta non fuit de eis bonis, & iuribus, vbi id ignorauerit, Si verò sciuerit, exprimere tenetur vt supra. ¶His sic actis, & apud acta illius Iudicis redactis, curare cum effectu etiam habet, quòd Mediolani, mandato Vicarij; in alijs Ciuitatibus, Iusdicentis, ad quem spectat iussu, sono tubæ præmisso pertubatores communis, publicæ cridæ fiant ad Scalas Palatij Prætorij illius Ciuitatis, hora Sextæ, vel circa, seu hora vesperarum vel circa, & de die clara ad loca solita ciuitatis, vbi cridæ fieri solent, & etiam in contrata, seu loco, vbi habitauerit ille, qui comparuerit vt supra, si in districtu ciuitatis habitabit, sin minus ad locum vbi per eum electum est habitaculum, quod omninò per priùs eligere teneatur. Et hæc omnia in præsentia duorum testium, & etiam tribus vicibus in vna hebdomada, diuersis tamen diebus, & alijs tribus vicibus in alia hebdomada sequenti diuersis diebus, & vna vice in altera ex ipsis hebdomadis, in terra, in qua, seu eius territorio sita sunt bona, vel iura vt supra, & in publica platea ipsius terræ, vel in parochia, si fuerint in Ciuitate publicando edictum in hanc formam.

EDI-

EDICTVM.

OMnibus notum esse. T. coram Iudice comparuisse, in scriptisquè dedisse vel rem immobilem, vel iura, describenda tamen vtsuprà, eaquè velle alienare. Propterea si qua persona, commune, collegiũ, vel vniuersitas est, habens vel habere prætendens, ius aliquod in ipsa re, vel parte eius, debeat infrà menses tres immediatè sequentes post omnes publicationes huius edicti, per se, vel alium eius nomine ad hoc speciale mandatum habentem, coram eo Iudicente, vel eius successore, comparere, & in scriptis dare, & ostendere ipsum tale ius, quod in ipsa vel super ipsa re, vel aliqua parte eius habet, seu prætendit habere. Si verò fuerint absentes à ciuitate, & comitatu ciuitatis, (& absentes non intelligantur, qui intrà mensem à tempore publicationis huius edicti computandum reperiantur, vel essent in ciuitate, vel Comitatu eius Ciuitatis.) Vel minores annis viginti, furiosi, aut mente capti, vel viduæ pro iure dotium suarum, & rerum paraphrenalium, aut aliæ personæ habentes, seu habere prætendentes ius ex causis infrascriptis, vel aliqua earum, videlicet, Ex causa administrationis alicuius tutelæ, seu curæ, hypothecæ pro aliquo ficto libellario, legatis, fideicommissis, institutione, aut substitutione Testamentaria, qualibetvè successione ex testamento, vel ab intestato. Hi enim etiã ex causis præmissis intrà sex menses computandos vtsuprà comparere, & in scriptis dare, & ostendere ius suum quod habent, per se, vel per alium, vtsuprà; alioquin respectu eorum qui in terminis prædictis non comparuerint, & ius suum non deduxerint, dicta bona, seu iura vtsuprà, sint, & esse intelligantur libera ab omni onere obligationis, & hypothecæ, & etiam à quacũquè persona vtsupra, & irreuocabiliter fient emptoris. ¶ Poteritque

què ponens ipsam rem, seu ius, vel partem ipsius, libere vendere, & absque eo etiam quòd teneatur fideiussionem dare, ipsaque venditio liberè fieri poterit, absque eo quòd emptori, vel eius successori, vel hæredibus, super ea re, vel iure, aut ex eorum causa, per aliquam personam, commune, collegium, vel vniuersitatem prætendentem, vel habentem ius super eis, aliqua quæstio moueri possit, ita quòd illi qui non comparebunt vt supra, nullum ius habebunt, nec ad eam rem, vel ius vt supra, nec ad eius pretium, si vendatur, dummodò tamen alienatio intrà annum fiat post omnes huius edicti publicationes. FINIT EDICTVM.

Huius edicti copias præcones publici illius ciuitatis qui edictum publicabũt, vnam ad Scalas Palatij prætorij ciuitatis, item aliam in contrata, vel loco habitationis ponentis, aliam ad plateã illius terræ, vel loci, in qua, seu, cuius territorio erũt bona, vel iura vt supra dimittent, parietibusquè affigent. ¶ Cõmissionesquè publicationis huius edicti, eiusque publicationes, publicationũquè relationes fieri poterunt quolibet die feriato, & non feriato, nisi fuerint feriæ in honorem Dei, vel Sanctorum introductæ. ¶ Habeanturq; publicationes edicti pro solẽniter factis, si præco, vel præcones intra octo dies post omnes eas factas retulerint corã eo Iudice, iuxta formam prædictam edictum publicasse, quę relatio in scriptis facienda est, & apud acta Iudicis commitentis, & in ea describẽda sunt nomina testiũ, ad quorum præsentiam publicationes factæ sunt. ¶ Præcones si in proclamando hanc formulã adamussim nõ obseruauerint, tã locorũ quàm dierum ratione, ac reliquorũ, quæ agere debent, quotiensc unq; in hanc culpam inciderint, proclamandi munere abdicentur, & priuentur, ac publice per ciuitatẽ virgis cedãtur. ¶ Quicũquè vero cedulas p præcones dimissas, & affixas abstulerit, quotiẽscunq; id fecerit, ipso iure

& facto, viginti quinque aureis mulctatus sit, quorum pars accusatori detur, & dimidia in Fiscum perueniat, & alia grauiori pœna puniatur, etiã corporali, arbitrio Principis, vel Senatus.

Comparentes in termino trium, & sex mensiũ ex edicto limitato ad dandũ in scriptis, & ostendendum ius suum, iurare debent, quòd id non faciunt per malitiam, nec in fraudẽ, nec animo malitiosè impediendi aliquam alienationem quouismodo. Et si hi qui comparuerint, in scriptis dederint, & ostẽderint eam rem, vel ius, aut partem eius suam esse, Tunc, & eo casu, ipsa res, vel ius alienari non possit eo comparente inuito. ¶ Si vero aliud ius, quam vtsupra ostenderint, ponens nihilominus, liberè vendere poterit, modo ipse & emptor in instrumento conficiendo, iurando declarent totam veram quantitatem pretij pro qua ipsa res, vel ius vendi cõtigerit; Et quòd ipsa alienatio est bona, & vera, & nõ ficta, nec simulata, nec in fraudem facta, & item ꝙ pretiũ ipsius rei vendendæ penes aliquem bonũ, & idoneum campsorem illius ciuitatis per Iusdicentẽ eligendũ deponatur, & sic depositum succedat loco rei venditæ, & eo casu, de eo pretio disponatur, & fiat inter eos qui comparuerint vtsupra, prout fieri debuisset de iure de ipsa re vendita.

Casu quo per ponentem venditio fiat, & competiatur aliquam personam, commune, collegium, vel vniuersitatẽ, prætendere ius acquisiuisse, in, vel super ea re, vel aliqua parte ipsius, ab eo venditore à die publicationum edicti, vel alicuius carũ, vsque ad diem venditionis faciendę, quòd ipsum tale ius non possit emptori prædicto, vel eius successori obesse, respectu ipsius rei vendendæ, modò fiat vẽditio intrà annum, à die quo facta fuerit proclamatio, computandum. Saluò tamen iure, quod haberet, vel habere prætenderet, mediatè, vel immediatè, tempore ipsius emptionis, & etiam abindè in anteà ab emptore contrà ipsum emptorem, & etiam aliam suam sua bona. Quo-

Quotiescunquè ponens rem, vel ius ad cridas positum vendere voluerit, teneatur notificare creditori, qui cridis contradixerit, quòd ipsam rem, vel ius, vendere vult, expresso precio, ad finem, vt, si dictus creditor responderit velle ipsam rem, vel ius maiori precio emere, cogatur ei creditori vendere, & res pari modo efficietur ei libera, modo quo supra, modò tamen respondeat intrà octo dies à die notificationis. ¶ Si plures verò creditores contradixerint, omnibus notificandū est vtsuprà. Et si concurrant emere volentes, eo casu plus offerenti danda est, & libera sit vtsupra ¶ Cogantur tamen creditores post responsionem factam, omnibus iuris remedijs emere, etiam per personalem detentionem, & pœnas, & mulctas Fisco applicandas.

In præiudicium minoris viginti annis prætendentis habere ius in re, vel iure ad cridas posito, qui cridis contradixerit, vel cuius nomine contradictum fuerit, venditio nullo modo fieri possit. ¶ Quinimò plus sancitum est, quòd si minor non contradixerit, nec aliquis pro eo, volens vendere rem, vel ius ad cridas positum, si tutor vel curator alicuius minoris sit, per prius notificare teneatur, Mediolani, Vicario Prouisionum; in alijs ciuitatibus, Prætori, quod est talis minoris tutor, vel curator. Qua facta, Vicarius, vel Prætor, ex suo officio citari faciet ipsum minorem, & duos eius minoris coniūctos propinquiores, ex parte patris, & his deficientibus, ex parte matris, quibus notificet eam venditionem per tutorem, vel curatorem fieri velle. Et si minor vel aliquis ex citatis contradicat, venditio in eius præiudicium fieri non possit.

Quilibet etiam non tutor, nec curator minoris, furiosi, vel mentecapti, nomine eorum cridis contradicere possit, iurareque, & alia facere, quæ ex constitutionibus cauētur, ac si quoad hoc tutores, & curatores eorum legitimi essent, & valeant, & teneant. ¶ In processu tamen causæ eis tutor, & curator ad

M 2 fi-

finiendam litem constituendus est,vel eorum in locum citan di sunt agnati,vel cognati,iuxta aliarũ Constitutionũ formã.

Super deductis in cõparitionibus contradicentium,ad eorum omniũ,vel ponentis instantiã,& cuiuslibet personæ, cuia interest,vel intererit,& cuiuslibet eorũ,Iusdicẽtes ad id deputati cognoscant summariè,& de plano sine strepitu,& figura iudicij,appellatione & querela qualibet remota, quolibet die feriato,& non feriato,exceptis his,qui in honorem Dei intro ducti sunt,modis tamen & formis vt infrà. ¶ Finitis enim sex mensibus ex edicto limitatis, ipso iure & facto sit, & esse intelligatur statutus ponenti terminus viginti quinque dierum vtilium,tunc proxime futurorũ,immediatè sequentiũ post finitos dictos sex menses,ad probandũ,& producendum, ad ostendendũ,& probatum habendum per omne genus probationum,quicquid voluerit,seu voluerint in ipsis causis cridarũ,& contradictionum, Et omnes dies intelligantur vtiles,nisi fuerint dies feriati in honorem Dei vel Sãctorum ex forma iurium municipalium, ità tamen quòd si contingat dictum tempus viginti quinque dierum incidere in tempore Quadragesimæ,tunc duo dies non feriati in honorem Dei, vel Sãctorum,habeantur pro vna die vtili. Quod etiam seruandum est temporibus Litaniarum. Cui termino possit per ponentem, vel ponentes renuntiari,in toto,vel in parte, prout voluerint. Et si aliquid in eo termino per ponentem capitulatũ,vel productum fuerit,& non aliter,eo in casu sit, & esse intelligatur ipso iure & facto statutus similis terminus aliorum dierũ viginti quinque vtiliũ vtsupra contradicenti, seu cõtradicentibus,contra quẽ,vel quos fuisset capitulatũ, vel productum, ad impugnandum,& confutandum quæcunque producta, probata,& ostensa,per ponentem in eo termino vigintiquinque dierũ vtiliũ assignato vtsupra.Cui termino in toto, vel in parte p contradicentẽ,vel contradicentes,renuntiari possit,in sui

dum-

Circa instantiam causarum cridarũ vide decretum Senatus anni 1546. 29. Ianuarij f 46. in prima addit.

dumtaxat præiudicium. ¶ Qui terminus sic ipsi cõtradicenti, vel contradicentibus assignatus vtsuprà sit etiam ipsi ponenti cõmunis ad suas probationes priùs factas coadiuuandum, vel probationes contradicentis vel contradicentium impugnandũ, ità tñ ꝙ nulla capitulatio, vel iurium productio possit fieri per ponentem, vel contradicentem, in dicto proximè cõmuni termino, nisi fiat per octo dies vtiles antè finẽ eiusdem termini. Et hoc saluò si per alteram partium fieret nominatio de aliquibus testibus vel iuribus existentibus extrà districtũ illi⁹ ciuitatis, vbi lis agitari continget, cum iuramento quod iuramentum possit etiam præstari per procuratorem generalem ad causas in ea causa constitutum, effectus, quòd eam nominationem non facit per malitiam, nec in fraudem, nec animo, nec intentione litem protelandi, immò credens eis testibus, vel iuribus indigere ad probationẽ sui iuris, Eo casu assignetur terminus competens secundum distantiam locorum, & negocij qualitatem, arbitrio Iudicis, qui tamen non excedat triginta dies vtiles, infra quem dicti testes recipi, & examinari possint in debita forma iuris, eorumquè dicta Vicario, vel Prætoribus solemniter præsentari, & ipsa instrumenta & iura produci. Quo etiam in termino assignato pro ea nominatione vtsuprà, possit ẽt altera pars ostendere, & probare de iure suo quicquid voluerit, etiã per testes, & ꝓbationes præsentes.

Qua nominatione semel facta, nõ possit per ipsam partem vel eius procuratorem, qui eã nominationem fecerit aliquid denuò addi, nec aliqua alia nominatio fieri. ¶ His terminis debitè referendo elapsis, cridæ, & relationes earum intelligantur esse productæ, & pro productis habeantur, & statim totus processus causæ intelligatur ipso iure publicatus; eo tamen intellecto, quòd quæcunque facienda per contradicentẽ, vel cõtradicentes in eis terminis vtsuprà, tantùm eis prosint contrà ponentem, non autem contrà alios contradicentes. ¶ Sed si ipsi

con-

contradicentes adinuicem contendere uoluerint de eorum contradicentium iuribus, ad mutuam inter eos impugnationem, uel confutationem, hoc eis tantum facere liceat elapso dicto termino sex mensium, in terminis utsuprà limitatis, singula singulis congruè referendo; Saluò si fieret nominatio, quo casu seruetur vtsuprà cautum est. Et eo termino elapso processus publicatus esse intelligatur, vtsupra. ¶ Productiones tamen iurium, & instrumentorum, quæ in eis causis fient, non valeant, nec teneant, nisi specificè apponantur nomina, & cognomina Notariorum qui rogati fuerint de ipsis instrumentis; & etiam tempora expressa rogationum. ¶ Eorumquè instrumentorum productiones fieri possunt quandocunque, et elapsis prædictis terminis limitatis, valeantquè perindè ac si debito tempore factæ fuissent. Et eo amplius sancitum est quod testes, qui in tempore iuramentum præstiterint de veritate dicenda, possint etiam post lapsum terminum deponere, & eorum testium depositio valeat, & teneat, ac si debito tempore deposuissent, modò præmissa infrà viginti dies post lapsum termini, & antè emanatum perhemptorium signatum manu Iudicis faciant. ¶ Elapsis temporibus probationum, intrà decem dies vtiles immediatè sequentes, fiat commissio partium confidenti, vel confidenti illius, vel illorum, qui comparuerit, vel comparuerint, in contumaciam alterius partis, vel aliarum partium, alicui de Collegio *Iurisperitorum* illius ciuitatis, vbi lis agitari continget, si ibi copia confidentium fuerit, sin minus, vnius ex ciuitatibus proximioribus, ad consulendum, & consilium suum in scriptis dandum ipsi Vicario, vel Prætori, quæ debeant esse partes suæ de iure. Et quòd consillum non solum sequi teneatur, sed eo amplius, eo consilio præsentato notario causarum ciuilium, ipso iure & facto sit, & esse intelligatur lata & pronentiata sententia, in omnibus & per omnia iuxtà dictum consilium. ¶ Quòd si in eo termino

decem

decem dierum vtilium commissa non fuerit causa, tunc cuiuslibet causæ contradictionis à tunc in antea intelligatur esse, & sit perempta instantia, partesque vtantur iuribus suis coràm ordinario.

Facta commissione, instantia eius causæ triginta dies vtiles habet, & non vltrà, ita quòd quilibet dies non feriatus in honorem Dei, uel Sanctorum habeatur pro una die utili, & exceptis diebus Quadragesimæ, & Litaniarum, quibus duo dies non feriati utsuprà, pro una reputentur.

Ne quispiam angustia temporis contradicendi, iure suo excludatur, sancitum est, quòd ad cridarum contradictiones faciẽdas, citationes possint fieri pro qualibet hora, nulla in hoc seruata forma Constitutionum, nec iurium municipalium.

Et quia sæpenumero contingit poni bona, uel iura ad cridas in diuersis corporibus existentia, & aliquando pro omnibus, aliquando pro aliquo, uel aliquibus ex eis contradicitur. Ideo sancitum est, quòd quando pro omnibus contradicitur, debeant unica sententia decidi contradictiones factæ pro omnibus corporibus bonorum; sed quando contradictum fuerit particulariter pro aliquibus corporibus bonorum, vel iurium, vel etiam omnibus bonis aut iuribus diuisim per diuersos cõtradicentes, possint, & valeant decidi per separatam, seu separatas sententias; & sic diuisim; & eis in casibus, uel altero eorum possunt fieri separatæ commissiones ad consulendum Iudicibus, ad quos spectat, citatis tantummodo, his, inter quos facienda erit commissio.

Quia ponenti necesse est exprimere à quo datum habuerit, & per quem intrà annum possessa fuerit, ut releuentur cõtradicentes ab onere probandi, sancitum est, quòd præsumantur bona ipsa & iura fuisse in bonis & iuribus illius à quo dixerit ponens habuisse datum dominij, seu possessionis utsuprà, quantum est, & erit in eius ponentis præiudicium. Saluo

iure

contradicentes adinuicem contendere uoluerint de eorum contradicentium iuribus, ad mutuam inter eos impugnationem, uel confutationem, hoc eis tantum facere liceat elapso dicto termino sex mensium, in terminis utsuprà limitatis, singula singulis congruè referendo; Saluò si fieret nominatio, quo casu seruetur vtsuprà cautum est. Et eo termino elapso processus publicatus esse intelligatur, vtsupra. ¶ Productiones tamen iurium, & instrumentorum, quæ in eis causis fient, non valeant, nec teneant, nisi specificè apponantur nomina, & cognomina Notariorum qui rogati fuerint de ipsis instrumentis; & etiam tempora expressa rogationum. ¶ Eorumquè instrumentorum productiones fieri possunt quandocunque, et elapsis prædictis terminis limitatis, valeantquè perindè ac si debito tempore facta fuissent. Et eo amplius sancitum est ꝙ testes, qui in tempore iuramentum præstiterint de veritate dicenda, possint etiam post lapsum terminum deponere, & eorum testium depositio valeat, & teneat, ac si debito tempore deposuissent, modò pręmissa infrà viginti dies post lapsum termini, & antè emanatum perhemptorium signatum manu Iudicis faciant. ¶ Elapsis temporibus probationum, intrà decem dies vtiles immediatè sequentes, fiat commissio partium confidenti, vel confidenti illius, vel illorum, qui comparuerit, vel comparuerint, in contumaciam alterius partis, vel aliarum partium, alicui de Collegio Iurisperitorum illius ciuitatis, vbi lis agitari continget, si ibi copia confidentium fuerit, sin minus, vnius ex ciuitatibus proximioribus, ad consulendum, & consilium suum in scriptis dandum ipsi Vicario, vel Prætori, quæ debeant esse partes suæ de iure. Et quòd consillium non solum sequi teneatur, sed eo amplius, eo consilio præsentato notario causarum ciuilium, ipso iure & facto sit, & esse intelligatur lata & pronuntiata sententia, in omnibus & per omnia iuxtà dictum consilium. ¶ Quòd si in eo termino

decem

decem dierum vtilium commissa non fuerit causa, tunc cuiuslibet causæ contradictionis à tunc in antea intelligatur esse, & sit perempta instantia, partesque vtantur iuribus suis coràm ordinario.

Facta commissione, instantia eius causæ triginta dies vtiles habet, & non vltrà, ita quòd quilibet dies non feriatus in honorem Dei, uel Sanctorum habeatur pro una die utili, & exceptis diebus Quadragesimæ, & Litaniarum, quibus duo dies non feriati utsuprà, pro una reputentur.

Ne quispiam angustia temporis contradicendi, iure suo excludatur, sancitum est, quòd ad cridarum contradictiones faciẽdas, citationes possint fieri pro qualibet hora, nulla in hoc seruata forma Constitutionum, nec iurium municipalium.

Et quia sæpenumero contingit poni bona, uel iura ad cridas in diuersis corporibus existentia, & aliquando pro omnibus, aliquando pro aliquo, uel aliquibus ex eis contradicitur. Ideo sancitum est, quòd quando pro omnibus contradicitur, debeant unica sententia decidi contradictiones factæ pro omnibus corporibus bonorum; sed quando contradictum fuerit particulariter pro aliquibus corporibus bonorum, vel iurium, vel etiam omnibus bonis aut iuribus diuisim per diuersos cõtradicentes, possint, & valeant decidi per separatam, seu separatas sententias; & sic diuisim; & eis in casibus, uel altero eorum possunt fieri separatæ commissiones ad consulendum Iudicibus, ad quos spectat, citatis tantummodo, his, inter quos facienda erit commissio.

Quia ponenti necesse est exprimere à quo datum habuerit, & per quem intrà annum possessa fuerit, ut releuentur cõtradicentes ab onere probandi, sancitum est, quòd præsumantur bona ipsa & iura fuisse in bonis & iuribus illius à quo dixerit ponens habuisse datum dominij, seu possessionis utsuprà, quantum est, & erit in eius ponentis præiudicium. Saluo

iure

Non præiudicant nondum natis ex ordine Senatus anni 1585. diei 19. Octobris in ord. nou. fo. 11. in secũda addit.

iure cuiuslibet alterius tertij.

Cridæ prædictæ non præiudicant Vxori, Nurui, Pronurui ponentis constante matrimonio respectu bonorum dotaliũ, vel in dotem datorum, nec iurium dotium suarum, vel rerum parafrenalium, nec etiam præiudicant filijs, vel alijs descendentibus eiusdem ponentis, in eius tamen potestate constitutis, quantùm est pro dotibus quondam matris, vel auiæ, aut alterius ascendentis, nisi eorum legitimus consensus accesserit. ¶ Et vt omnibus modis fraudibus occurratur, sancitũ est, quòd cridis, quæ fient pro bonis obligatis pro dotibus; vel bonis parafrenalibus Vxorum, Nuruum, & pronuruum, vel iuribus dotalibus descendentium in potestate existentiũ datorum ipsorum ponentium, mediatè, vel immediatè, possint, & valeant agnati, & affines prædictarum Vxorum, Nuruum, & Pronuruum, ac descendentium in potestate constitutorum eorum datorum mediatè, vel immediatè ponentium, & eis liceat & licitum sit, & cuilibet eorum comparere, & in scriptis dare ius, seu iura dotium earum mulierum, & descendentium in potestate constitutorum utsupra. Etiam eis mulieribus, & descendentibus inuitis, & recusantibus; & iurare, & alia facere, quæ ex præsentibus constitutionibus requiruntur, vsquè ad sententiam inclusiuè. Valeantquè præmissa, ac effectum sortiantur, ac si per ipsas mulieres, vel descendentes legitimè fuissent, seu ab eis speciale, & solemne mandatum ad præmissa habuissent. ¶ Ipsæque mulieres maritum habẽtes, aut aliqua ex eis, aut descendentes vtsuprà, ea acta reuocare nõ possunt, nec eis renuntiare, nec aliquid in contrarium facere, tacitè, nec expressè, directè, nec per indirectum, nisi ad id auctoritas Principis, uel Senatus accesserit, omnisquè reuocatio, seu renuntiatio aliter facta; omnisque actus, & omne & totũ id, quod in contrarium fieret, aut factum erit quomodocunquè, nullius sit ualoris, & momenti ipso iure & facto, & pro in

fecto

fecto prorsus habeatur. ¶ Notarij instrumenta rogantes contra formam præsentis sanctionis priuentur officio, & grauiori pœna puniantur, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Amplius sancitũ est, quòd etiamsi per dictas mulieres, & descendentes utsupra, aut eorum agnatos, & affines, non contradicatur, qđ tamen hæ cridæ non præiudicent vxoribus, nuribus, pronuribus, & descédẽtibus in potestate cõstitutis datorũ ponentis, nisi hæ personæ in specie citatæ fuerint, & vltrà eas, eorum agnatus proximior, & in defectum cognatus tamẽ proximior. Nõ præiudicãt ẽt cridæ iuri Fisci Principis, & item Cõmunitatibus ciuitatũ, vbi sita sunt bona, vel iura vtsuprà, seruitutibusvè, quibus subiacebant bona, antequàm ad cridas ponerẽtur, nec casibus euictionum. ¶ Non etiam præiudicant creditoribus ponentium, nisi intrà annum venditio sequatur, vbi nemo contradixerit, si verò contradictũ fuerit, intra trienniũ.

Habentes iura conditionalia, vel in diem, contradicere cridis non tenentur, nisi ea iura eisdẽ competant ex contractu, vel quasi facto infrà annum ante compatitionem factam per ponentem, quo casu in terminis limitatis contradicere & iura in scriptis dare tenentur, aliàs respectu eorum bonorum, & iurium ad cridas positorũ exclusi remaneant, exceptis tñ dotibus, & casibus euictionum, in quibus disposita in præsenti sanctione seruentur. Eaquè bona & iura non cadant in obligationẽ puram, vel conditionalẽ, vel in diẽ ex contractu descẽdentẽ, vel ẽt ex cõpromisso, quod, vel quæ factæ reperiantur infrà annũ vnum à tempore dictarum proclamationũ citrà.

Si ponentes antequàm ponant, paciscantur cum aliquibus eorum creditoribus, vel ius in re habentibus, quòd cridæ faciendæ eis non noceant, hæc pacta, & hæ conuentiones non noceant, quin bona posita ad cridas transeant libera in ementes, etiam post dictum terminum.

Per cridas prædictas, & earũ dispositionem, nõ tollitur, nec

sublatum esse intelligatur ius alicui competens, seu quod cõpetere posset vigore statuti Mediolani positi sub rubrica De re paterna luenda, quod incipit, Si rem aliquam immobilem paternam. Et alterius positi sub rubrica De prædijs, quod incipit, Si quis habuerit prædium alicui suo sedimini non contiguum. Et subsequentis statuti, quod incipit, Si quis habuerit maiorem seu dimidiam, seu quamcunquè aliam quotam partem domus. Et aliorum statutorum, quorum vnum incipit, Aliquæ communantiæ, vicanalia, &c. Aliud, Si quis habens decimam, vel ius decimandi fructus, Et aliud, Cuilibet ciuitatis & districtus Mediolani in aliquem non subditũ, &c. Nec etiam iuribus competentibus mulieribus non dotatis ex statuto Mediolani incipiente, In successionibus ascendentiũ, ad eius statuti formam. ¶ Idem seruetur vt cridæ non præiudicent iuri competenti, seu quod competere posset virtute cõsimilium statutorum aliarum Ciuitatum.

Et quia contingere potest; aliquem non publicè clericum, ponere bona ad cridas, & demum, cum sibi videatur, se clericum ostendere, & sic effectum earum cridarum cum voluerit, deludere; ideo sancitum est, quòd casu quo id eueniat, eas cridas contradicentibus, & emptoribus prodesse, & non ipsi ponenti, nec alijs.

Euenit quandoquè vt creditores vigore iurium suorum bona suorum debitorum apprehendunt, & demùm ea ad cridas ponunt, sicquè ipsis bonis factis liberis beneficio earũ cridarum, postmodum vigore eorum iurium, alia bona, vel apprehendunt, vel ab alijs possessoribus creditoribus defendũt; ideò huic morbo occurrentes, sancitum est, quòd ea bona sibi cedant insolutum vsquè ad concurrentem quantitatem veri crediti existentis tempore, quo ea bona ad cridas posuit, iura tamen salua sibi remaneant ad defensionem & pro defensione ipsorum bonorum, & iurium, & ad agendum in casu euictionis,

ctionis,& quatenus euictio subsequuta sit.

Non præiudicant etiam cridæ Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus,& alijs beneficijs Ecclesiasticis, neque ipsorum, aut alicuius eorum bonis, rebus,& iuribus. ¶ Nec etiam noceant Dominijs directis, nisi directa ipsa dominia specificè, & expresse sint posita ad cridas.

Si dominus directi contradicat cridis factis de aliquibus alijs bonis eidem obligatis iure hypothecæ pro ficto libellario temporis futuri, eo casu, si emphyteota, vel ille, qui posuit ad cridas, aut ille, qui esset obligatus bona ad cridas posita defendere, aut alius habens ius in bonis ad cridas positis defendere, aut alius habens ius in bonis ad cridas positis, durātibus sex mensibus ex forma edicti limitatis ad contradicendum, uel infrà tres menses post ipsos sex menses, obtulerit acquirere ipsum directum dominium,& ciuilem possessionem bonorum, super quibus, seu pro quibus fictum libellarium præstari debuerit, respectu directi dominij,& ciuilis possessionis, & ius dicti ficti libellarij, ad computum librarum centum imperialium pro quibuslibet libris quatuor & solidis decem imperialium ipsius ficti libellarij, pecuniæ seu valoris rerum quæ dari debent pro ipso ficto libellario, æstimandi per vnum ex æstimatoribus illius ciuitatis partium confidentem, vel vnius partis in contumaciam alterius, vbi tamen adsit, & duret pactum liberandi per contracambium, vel contracambia, eo casu contradictor teneatur illi sic offerenti vendere eo precio,& ad id cogatur. Si verò adsit, & duret pactum liberandi ad pecunias, pariter vendere teneatur pro illo precio quo ipse emphyteota liberare se poterat, quo in casu saluum sit ius emphyteotæ liberandi se ab eo emptore, prout poterat à venditore, & ipse venditor eo casu teneatur tantùm promittere pro suo dato,& facto tantùm; ità etiam quòd non teneatur ad precij restitutionem. ¶ Si verò non adesset pactum, vel extinctum

foret, teneatur contradictor alterum de duobus facere, vel ipsum directũ dominiũ, & ciuilem possessionẽ, & ius dicti ficti libellarij vendere volenti emere vtsuprà, ad cõputũ librarum centũ Imperialiũ pro quibuslibet libris quatuor Imperialiũ, in forma cõmuni, & iuris, nisi aliàs ipsum directũ legitimè esset prohibitum alienari, aut renuntiari ipsi contradictioni, & bona ad cridas posita liberare ab eo ficto libellario temporis tunc futuri, in electione ipsius contradictoris. ¶ Quã electionem ipse contradictor teneatur facere, & intimare ipsi offerẽti velle emere vtsuprà, infrà dies triginta continuos post oblationem, & requisitionem ipsius emere volentis, modo sit laicus, & suppositus iurisdictioni ciuitatum huius Dominij: aliter dictæ contradictioni ipso iure intelligatur renuntiatũ fuisse; & bona, vel iura ad cridas posita, ipso iure & facto intelligantur liberata à contentis in ea contradictione, respectu ipsius ficti libellarij temporis tunc futuri tantùm. ¶ Hoc intellecto, q; vbi ipsa electio fiat, & intimetur vtsuprà, ipse qui obtulerit velle emere, cogatur per omnia iuris remedia, ẽt p personalem detentionem, ad emendum, & ipsius preciũ soluendũ; saluò si ostẽderet bona ipsa legitimè ꝓhibita esse alienari.

Qui semel bona ad cridas posuerit, non possit, nec ipse, nec habens datum ab eo, durantibus ipsis cridis, & earum instantia, iterato ea bona ad cridas ponere. Quòd si posuerit, cridæ sint nullæ, & vlterius ponens in pœnam valoris rei incidat, Fisco applicandam; Quam si soluendo non fuerit, luat in corpus, arbitrio Principis, vel Senatus.

Non potest siue actor, siue reus, rem, vel iura, super quibus lis est ad cridas ponere, sub pœna valoris rei, pro tertia parte Fisco, tertia deferenti, & residua illi, in cuius præiudicium id factum sit, applicãda & alia grauiori etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus infligenda. ¶ Poterunt tamen contradicentes his cridis factis de bonis, & iuribus, super quibus lis est

uis suum prosequi coram primo Iudice.

Beneficio harum cridarum non solũ hi, qui vendere volũt vtsupra, vti possunt, sed etiam hi qui acquirunt; nã & ipsi, vt bona & iura sibi & posteris libera conseruent, ea ad cridas, seruata in cæteris forma harũ constitutionũ, ponere possunt, modo tñ id intrà annum à die acquisitionis per eos factæ faciant.

DE BONIS INSOLVTVM DANDIS, aut ad hastam vendendis.

IN casibus, in quibus debitum sit soluendum in pecunia numerata, liquidumquè sit, nec aliõ modo succurri possit creditori, ad hoc vt satisfactionem in pecunia numerata consequatur, omnes Iudices competentes aditi à creditore, teneantur statuto per priùs debitori viginti dierum termino ad soluendum in pecunia numerata, & eo non soluente, per subhastationem bonorũ creditori satisfacere. Post quàm satisfactionem, si maior, & præsens, termino mensis, absens vero, pupillus, furiosus, mentecaptus, termino duorum mensium de ea coram Iudice conqueratur nimis vili pretio alienata esse, Iudex tenetur alienationem reducere ad duas partes ex tribus veræ æstimationis bonorũ ad vtilitaté debitoris. ¶ Et eo amplius oĩ casu, saluũ sẽper erit ius debitori, ea bona eodé precio intra annũ redimẽdi

Molesti quandoquè adeo sunt creditores, vt nil aliud curare videantur, quàm vt debitores in carceribus marcescãt, ideo sancitum est, ꝙ in omnibus casibus (exceptis tamen in præsenti sanctione comprehensis) in quibus, vel pacto, vel aliter, debitor teneatur ad soluendum in pecunia numerata, possit debitor dare de bonis in solum creditori, deducta tamen tertia parte veri precij, & veræ æstimationis eorum bonorum. ¶ Eaquè bona intrà duos annos eodé precio redimere poterit.

Pro dotis restitutione posse dari bona insolutũ iuxta veram æstimationem declarauit Senat° anno 1574. die 17. Iunij. In ordi. nouis fol. 20. in secunda addit.

¶ Huic

¶ Huic ſanctioni per pactum quibuſcunquè clauſulis vallatū renuntiari per debitorem non poſſit. ¶ Notarij inſtrumenta contra tenorem præſentis conſtitutionis rogantes ab officio ſuſpendantur, & maiori pęna arbitrio Senatus puniantur. ¶ Caſus vero in præſenti ſanctione comprehenſi, hi ſunt Debitores ex cauſa ficti ſimplicis, vel libellarij, Penſionis, & crediti (quod adiutorij maſſaritij vulgo appellant) expenſarum litis, mercedis, depoſiti veri & realis, precij rei venditæ, onerum, daciorum, mercimonij, litterarum cambij veri, & realis, fideiuſſionis, & redemptionis captiuorum.

DE PROHIBITIS, ET CONCESSIS EXEcutionibus perſonalibus.

PRo debitis priuatis nemo perſonaliter detineri poteſt, niſi ex præſentibus conſtitutionibus, uel iure municipali ciuitatum, & locorum caueatur. ¶ Hac tamen ſanctione non compręhenduntur huic Dominio non ſubditi.

Coloni, Partiarij, Fictabiles uel emphyteotæ, & qui ſocietatis nomine animalia tenent, penſionantes & molendinarij, pro eorum debitis ad creditorū petitionem carceri mancipari poſſunt, conſtito tamen de credito. Idem de ijs, qui maiores viginti annis cum eis habitauerint eo tempore quo debita contraxerunt. ¶ Nec ij ad ceſſionem bonorum admittantur, & ſi contingat alias ceſſiſſe, ea ceſſione non obſtante detineri poterunt, nec relaxandi, niſi creditore ſatisfacto. ¶ Hæc tamē conſtitutio quoad capturam locum nō habet in fictabilibus, Inquilinis, Emphyteotis, Penſionantibusvè bonorum, vel rerum exiſtentium in ciuitatibus huius Dominij, vel oppidis munitis, habentibus merum & mixtum imperium, nec etiam

in

in his,qui in perpetuum, vel ad tempus conducunt res,siuè rusticas,siuè vrbanas,per prius per eos locatori venditas cum pacto redimendi,& adhuc pactum duret, nec in eorum correis & fideiussoribus.

Consuetum est vt in Ciuitate Mediolani singulo quoque anno per Summum Romanum Pontificem Indulgentiæ concedantur alternis annis,modo Fabricæ templi,modo Hospitali maiori,cuius causa concursus est magnus populorum, & gentium. Qui vt maior fiet, sancitum est, neminem pro debito priuato,vel publico,nec alia quamuis ex causa in ære,vel persona, molestari, nec impediri quouismodo posse per dies quattuor antè diem festum Annuntiationis Virginis Mariæ, ipsum diem,& quattuor ex post. ¶ Huius tamē sanctionis beneficio vti non possunt Rebelles, vel Rei criminis læsæ Maiestatis, aut homicidæ;Famosiuè latrones,& banniti ex causa capitali,aut venientes ex locis bannitis, aut suspectis ex causa pestis.

Vt indicta sit quies litigantibus, & his,qui eorum patrocinium habent,cautum est,ne quis in portis, porticibusvè, aut domibus iurisperitorum,& causidicorum,ex causa debiti publici vel priuati, detineri possit.

Coloni, fictabiles,redituarij,partiarij,molendinarij,& alij, qui inculta bona relinquunt, & nō integrè facta satisfactione locatori,aliundè habitatum se transferunt de vna iurisdictione in aliam,vel in eadem, Magistratus illius iurisdictionis ad petitionem locatoris, cogat eos ad satisfaciendum omnibus iuris remedijs, etiam per personalem detentionem, etiam si prænominati starent, vel habitarent, cum aliqua persona,cōmuni, collegio, vel vniuersitate non subdita dicto Magistratui,vel eius iurisdictioni.

DE EXECVTORIBVS, ET FAMVLIS Iusdicentium.

Executores etiam in exequutionibus pro Fisco constitutus seruare debere cēsuit Senatus an. 1548. die 7. Aprilis in ordin. nou. fol. 67. in prima addit.

QVia vsu cognitum est, satis non esse prouisum per iura municipalia ciuitatum & locorum huius dominij, indemnitati subditorum, ad tollendas extorsiones & concussiones, quas executores & famuli Iusdicentium, & seruitores communitatum faciebant, eamque ob causam sancitum, est omne id genus hominum præter seruitores Communitatum, describi debere, Mediolani, apud acta officij Collateralis generalis, & in alijs ciuitatibus, apud Iudices ordinarios; & exprimi non solum nomina, & cognomina, sed etiam de cuius Iusdicentis familia sint, & iurare se adamussim ordines seruaturos, eoque casu antequàm executionem vllam faciant ab eo Iudice habendum est præceptum in scriptis, manu eius Iudicis subsignatum, quod & parti ostendere teneantur, & in actu executionis, eius copiā dimittere. Et si executio realis fuerit, non nisi pręsente Antiano, vel Consule, vel in eorū defectu, duobus vicinis præsentibus facienda est. Quæ si non seruauerint, vel alicui significauerint, quòd licentiam pignorandi vel detinendi habeant, & non habuerint, incidant in pœnam aureorum decē pro quolibet, & qualibet vice, Fisco applicanda, vel alia grauiori pœna, etiam corporali arbitrio Iudicis. Et eo amplius pignora ablata, sinè impensa restituantur, & detenti, relaxentur. Impensas illico, & sine mora, seruitor, vel famulus detento, vel illi cui pignus ablatum est, iuxtà eius iuramentum resarciant, nullumque exindè publicum officium exerceant, sub pœna ictuum trium eculei, vel fustigationis, arbitrio Iudicis. Quod seruandum est siuè fiet executio pro debito priuato siuè pro pu-

publico. ¶ Cum executiones fecerint in rebus, non possint ablata penes se tenere, nec ea vendere, vel pignori dare. Quòd si contrafecerint, liberè restituere pignora teneantur. ¶ Si executiones fuerint factæ in ciuitatibus, pignora facta deponere teneantur penes Antianum vel vicinum; si verò extrà, penes consulem, vel vicinum illius loci, vbi fit executio, sub pœna aureorum duorum, Fisco applicanda, & vlteriùs ad catenam publicè ponentur. ¶ Hi tenebuntur ea pignora consignare ad omnem Iudicis requisitionem, illius tamen Iudicis qui executionem concesserit ¶ Poterunt tamen caupones acceptare ab his executoribus iumenta viua, modò pro eis maiorem impensam non consequantur, quam ex ordinibus cautum est.

Executores & seruitores præmissi præcepta eisdem data ad exequendum, exequantur, si in ciuitate executio facienda est, saltem intrà duos dies, si extrà ciuitatem per decem millia passuum, intrà quattuor dies, & abindè suprà, infrà sex dies, sub pœna aureorum duorum, si fuerit executio facienda à libris centum infra; si verò pro maiori summa, aureorum quinque; in quam pœnam ipso iure & facto cadant, carceriq; mancipandi sunt, nec relaxandi, nisi soluta pœna: quam si soluere nō poterunt, ponantur ad catenam. ¶ Idem quoque seruandum est in executionibus personalibus, si tamen Iudici facta fides summariè fuerit, eas personas in præcepto nominatas detinere potuisse, & non detinuisse. ¶ Cum executiones in rebus facient, eas facere non possunt in bestijs ararorijs, plaustris, aratris, nec alijs insttumentis aptis ad colendum agrum, vel ad vsum molendini, nec in libris cuiuscunque generis, etiam rationum, nec in scripturis, nec in vestibus ad vsum mulierum, ipsi irà esse iurantibus, nec in lecto ad vsum proprium, vel promiscuum cum viro, vel liberis destinato, sub pœna aureorum quinque Fisco applicanda, quos si nō soluerint intrà tres dies, fugientur, vel ictibus tribus eculei plectantur, procediq; posiit

Exequutionū realium mercedem, vide in ordin. nouis Senatus f. 75. in 1. addit.

fit contra eos de robaria, ac si præceptum à Iudice non haberent, si Iudici videatur. Præmissa ablata, restituantur sinè impensa, sub pœna Iudici retentionis salarij trium mensium. ¶ Nõn etiam facere possunt executiones in bonis dotalitijs, vel paraphernalibus, quæ si facta fuerit, & Iudici constiterit, ea bona dotalia, vel paraphernalia esse, executio nulla sit, & derobata sine impensa restituantur.

Executionũ personalium mercedem, vide in ord. nou Senatus fo. 25. in 1. addit.

Si vero executiones personales fecerint, antequàm captos siue ex debito publico, siue ex priuato, ad carceres conducãt, eos Iudici qui executionem concessit, præsentare habent, ad hoc vt si captus allegauerit causam legitimam, propter quam detineri non potuerit, & creditor causam legitimam non docuerit, liberè, & sine impensa relaxetur, sin minus ad carceres publicos illius ciuitatis, vel loci conducãtur, & Mediolani, ad carceres malæ mansionis, quod si ad alios carceres cõduci voluerint, solutio maior quàm in dictis carceribus exigi propterea non possit, vel per creditorem impensa soluatur. ¶ Has tamen executiones personales facere nõ possunt pro debitis publicis, vel priuatis, contrà conducentes victualia ad ciuitates, eundo, & redeundo, nec in confinibus Palatij Prætorum, nec in domibus, nec in Ecclesijs, nec post vigesimam quartam horam diei, nec nisi de die.

Executores præmissi maiorem mercedem non accipiant etiam à sponte dantibus, quàm ex ordinibus statutum est, nec partes moneant, nec dilationem dent, nec ob eam causam pecuniam accipiant, & pignora ablata, si in ciuitate, intra vnam diem, si extrà, intra tres dies apud acta illius Iudicis describi facere necesse habent, sub pœna aureorum decem Fisco applicanda, & vlteriùs carceri mancipandi sunt per bimestre, vel alia pœna corporali puniendi, arbitrio Iudicis.

Iudices tenentur numerum famulorum in præceptis executiuis præcisum, secundũ qualitatẽ casuũ; maiorẽ, vel mino-

rem

rem apponere, nec missionē famulorum in possessionē concedere possunt, nisi ex causa datiaria, vel publica, & etiam in eis præceptis clausulam apponere habent, Ne in rebus prohibitis ex præsenti constitutione executiones faciant.

DE SALVIS CONDVCTIBVS.

SI tres partes ex quattuor omnium creditorū, tam respectu numeri personarum, quàm quantitatis debiti, cum debitore conueniant, ea conuentio per reliquos creditores, qui non conuenerunt, seruanda est, in hanc tamen formam, vt debitor per quinquennium vbiquè locorum in hoc Dominio stare, morari, indequè abire, & redire, pro libito suo possit, & valeat, omni personali molestia, causa cuiusuis priuati debiti ei inferenda penitus cessante, modo tamen præmissi creditores & debitor coram Iudice ordinario citatis reliquis creditoribus iureiurando affirmauerint, ipsam conuentionem non fecisse, nec facere, per malitiam, neque dolū, nec in fraudē alicuius, nec iuris alicuius personæ, sed gratia iura sua consequendi, & etiam se esse veros creditores, videlicet; qui de crediti summa verisimiliter informati esse possunt, qui verò verisimiliter informati esse non possunt, vtpote qui in ius alterius successerint, vel credita implicata habuerint, iuxta credulitatē suam iurent, ita ꝙ qui de veritate iurauerint creditores esse maioris summæ, quā nō sint, si aliter esse reperiatur, incurrāt in tantā pecuniariā pœnā, fisco applicandā, quantū erit summa falsi crediti, quā expresserint.

Hunc saluū conductū non renouari debere, censuit Senatus in eius ordine edito an. 1556. 13. Iulij. f. 35. in 1. addit.

¶ Error tñ decem librarum imperialium punibilis non sit.

¶ Teneatur tamē is creditor reliquis creditoribus suis, qui nō conuenerint quādocunq; conuentionē per tres partes ex quattuor creditorum factam acceptauerint, satisfacere ad ratam, iuxta factam cum creditoribus assentientibus conuentionē,

O 2 alio-

alioquin contrà eum debitorem, iuribus suis creditores non assentientes vti possint. ¶ Huius tamen constitutionis beneficio vti non possunt debitores ex causa ficti bonorũ, in quorum tenuta tunc essent, Nec etiam contra fideiussores per eos datos versus eos creditores, qui conuentioni non assenserunt, quin ipsi fideiussores quotiescunquè ab his creditoribus vexentur, agere possint, vt releuentur, & indemnes conseruentur. ¶ Hæc quoque sanctio non pertinet ad creditores à decem libris infra, nam attenta modicitate summæ, eorum nulla ratio habenda est.

DE NOTARIIS PVBLICIS.

Notarij maleficiorum nihil exigant vltrà ordines, sub pœna quadrupli, priuationis officij, & maiori, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Syndicenturquè quando Prætores, & Iudices sindicantur. ¶ Interim tamen si quis de eis conqueratur pro barataria, extorsione, vel falsitate fiat iustitia. Teneantur quoque notarij pœna quasuprà, omnes denuntias, querelas, accusationes, testes, inquisitiones, banna, & condemnationes, in terminis à constitutionibus præsentibus, & statutis ciuitatum, & locorum limitatis, super libris vernacula lingua nominatis, (mastris & sfoliatis) describere. ¶ Ordines autem, quos notarij causarum criminalium seruare habent, ad vt omnium notitiam deueniant, inferius describuntur.

Tenetur quoque &c. Idẽ reperi Senatus in eius ordine nouo ann. 1549 die Maij, & 1550. die 14. Nouembris, & 1580. 24. Maij. fol. 66. in prima addit.

Si quis sponsorem dederit, se non læsurum, & quoties citatus fuerit, se præsentaturum, idquè vno actu, & vna ex causa egerit, & hoc pars altera petat, vel vtrinquè petatur, notarijs, qui hoc in acta referent, tantùm solidi sex ab ipsis partibus numerabuntur, si verò post sponsionem vnam datam, altera interie-

terie©to temporis spatio in ea re præstabitur, tunc dimidium soluatur, idquè etiam seruabitur, si sponsio, & fideiussio, vel petatur, vel detur pro eadem re, ab vno, vel pluribus.

Si quis citatus comparuerit, & fideiusserit, formata iam inquisitione, in qua de sanguinis pœna non agatur, aut si plures ex eadem familia in communione viuentes comparuerint vt supra, notarius qui hæc in scriptis mandabit, solidos tantùm vndecim exigat, si autem ex eadem non fuerit familia, nec in communione viuent, & vnus pro omnibus coràm Iudice cõparuerit, ipsorum causam agens, & id de iure fecerit tamquã eorum patronus, & defensor, is solidos viginti duos pro omnibus errogabit, si verò nullus extiterit, qui id negocium susceperit, & vnusquisquè defensionem suam acturus comparuerit, vnusquisque solidos octo Imperialium notario persoluet, sed si plures comparuerint, atque id ipsum per procuratorem egerint singuli eorum tantumdem soluent.

In describendis verò processibus in quibus sanguinis pęna minimè sit, Notarij pro singulis foleis solidos tres Imperialium accipient, in quibus autem de sanguine agitur, solidos quattuor.

Si lata fuerit sententia, per quam aliquis condemnetur, Notarius à partibus nihil habeat.

Et si quis comparuerit, & erroris veniam præsentauerit, vel eodem tempore impetrauerit, idquè vno actu à Notarium actis referatur, Notarius tantùm decem solidos habeat; sed si post comparitionem interiecto tempore remissio impetrabitur, dimidium soluat. ¶ Pro præsentatione autem litterarum gratiæ, & expeditione, solidos tantùm viginti quiniquè habeat.

Si quis ab eo crimine, pro quo pœna sanguinis non imponitur, absolutus fuerit, is pro absolutione solidos decem Notario

tario præsentabit; si verò sanguinis pœna esset, solidos viginti numerabit.

Pro testium interrogatione, si ea res, de qua tractabitur, vtilitati Fisci cedat, nihil soluendum erit.

Notarij causarum ciuilium nihil vltrà accipiant, quàm ex ordinibus cauetur, sub pœna in eis contenta, & aureorũ triũ, pro medietate Fisco, & pro medietate accusatori applicanda, toties committenda, quoties contrafactum fuerit.

Hac sanctione, omnibus iusdicentibus, etiam delegatis, interdictum est, ne iurisdictione Prætoris Mediolani, vtantur opera aliorum Notariorum, quàm notariorum causarum ciuilium in conficiendis actis, & sententijs rogandis, in causis ciuilibus, vel habentibus principium à contractu, inter quoscunque agatur, etiam si inter forenses agatur, & siue ea causa commissa fuerit, vel delegata, per Principem, vel Senatum, aut Magistratum, vel aliter quomodocunquè tàm ad decidendum, quàm ad referendum. ¶ Quicunquè notarius se intromittens contrà huius constitutionis formam, puniatur pœna qua in ordinibus, & alia maiori arbitrio Quæstorũ ordinariorum. Et eo amplius acta, & sententiæ, per eum confecta, & rogatæ, nullæ sint, nulliusquè valoris, & momenti. Teneaturque insuper ad resarctionem damni damnum passo. ¶ Hęc tamen constitutio non comprehendit causas vertentes coram Magistratibus, vbi tractatur de interesse Fisci, nec coram Senatu, vel Senatoribus vertentes, nec coràm vniuerso Collegio doctorum, vbi vniuersum collegium cognoscit, & iudicat, nec ad causas Fisci, vel Datiariorum, vel vbi de Datijs agitur, nec in causis mercatorum, nec coram Abbatibus eorum collegiorum; quæ proprios notarios ex consuetudine habent.

Notarij, & scribæ, qui ad solutionem datij notariæ causarũ ciuilium non tenentur, in casibus, in quibus in ciuilibus acta con-

conficere possunt, eadem pœna tenebuntur, si plus pro solutione eorum exigant, quàm ex ordinibus cauetur.

Notarij in causis pauperum, & miserabilium personarum, acta, processus, & sententias, absque mercede conficiant, & edant, sub pena quadrupli eius, quod habuerint, ab eis irremissibiliter auferenda, pro tertia notificanti, pro tertia parti, & pro reliqua Fisco applicanda, ità tamen quòd si contingat partem aduersam in salario condemnari, liceat notarijs illud exigere. ¶ Hi verò intelliguntur pauperes, & miserabiles, pro quibus ità attestatum fuerit mediante iuramento de credulitate, si id fiat in ciuitate Mediolani, per Parochianum & duos ex deputatis Hospitalis magni, illius tamen portæ habitationis ipsius miserabilis, in alijs verò ciuitatibus, per Parochianum, & duos deputatos Hospitalis principalis illius ciuitatis.

Etiam fine solutione laborum confici, & edi debere, decreuit Senatus anno 1544. die 24. April. fol. 29. in l. addit.

Nulli notarij huius Dominij post hac audeant instrumenta conficere, vel rogare, per quæ mulier contrahat, vel distrahat, seu consentiat causæ, seu casui. in qua, seu quo, de iure ipsius mulieris agitur, nisi præcisè, & ad vnguem apponantur, seu seruentur, solemnitates requisitæ per statuta, & ordines ciuitatum, & locorum, in quibus instrumentum fiet. ¶ Contrafacientibus est pœna falsi, & priuationis officij tabellionatus. ¶ Contrahentibus verò, aut distrahentibus cum mulieribus, tam per instrumentum, quàm aliter, non seruata præcisè forma vt suprà, pœna est solutionis precij æstimationis rei, de qua, seu quo agetur, quod pretium mulieri, cum qua actum erit soluendum est. Et eo amplius aliam tertiam partem dicti totius pretij Fisco persoluet. ¶ Hæc tamen constitutio non pertinet ad eas mulieris, quæ tutorio, vel aliter alieno nomine contrahunt, vel distrahunt.

Calamitosis, & miserabilibus personis carceratis, per scribas rescripta, & litteræ, per notarios verò tam ciuilium quàm

ci-

Nõnullos ordines spectantes ad officium Notariorũ, vide in ordinibus nouis Senatus Excellentiss. f. 60. 61. 70 65. 66. & 67.

criminalium quorumcunque iusdicentium, commissariorum, & delegatorum, acta, & scripturæ cuiuslibet generis existant, gratis, & absquè vlla prorsus solutione tradantur ad tardus infrà dies duos proximos postquàm requisiti fuerint, & etiam citius si poterunt, sub pœna contrafacienti aureorum trium pro quolibet, & qualibet vice, Fisco applicanda. Aditiquè Senatus, Magistratus, & Iusdicentes, id omninò exequi, & obseruari facient.

Finis Liber Secundus.

LIBER

LIBER TERTIVS Constitutionum.

DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS voluntatibus.

TEstaméta, legatavè, & donationes causa mortis legitimè confectæ, per omnes Iudices cōpetentes, quàm celerius fieri poterit, executioni mittantur, vlla absquè prorsus cauillosa, vel sinistra interpretatione, & nisi illa, vel ea, quæ menti testatoris legitimè deseruiat, admissa. Et superindè procedant summariè, Simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, friuolis exceptionibus omnino reiectis.

DE ACQVIRENDA HÆREDITATE.

NEmo possit hæreditatem à patre suo repudiatam adire patre viuente, nisi fuerit emancipatus, & non in fraudem, Et aditio alio modo facta non valeat, nisi obtenta licentia à Principe, ex quà huic sanctioni in indiuiduo derogetur.

Si filius hæreditatem maternam consistentem in credito, cõtrà bona, aut hæreditatem paternam intrà annũ à die scientiæ mortis maternæ non repudiauerit adiuisse censeatur.

Idem locum habeat vbi materna hæreditas etiam in bonis immobilibus, aut annuis reditibus consisteret, quorum vsufructus patri quæratur, si viuente patre filius decesserit.

Quæ tamen omnia locorum habere volumus, si ipsorum filiorũ creditoribus, aut hæredibus, ità expedire visum fuerit.

DE CONTINVANDA POSS. DEFVNCTI.

POssessio, seu quasi aliquorum bonorum defuncto possessore nõ vacet, sed sit & intelligatur continuata immediatè in eius hæreditate, & in hæredẽ, seu hæredes, per aditionem, seu immistionem pro hæreditarijs portionibus, quoad omnem effectum, etiam recuperandæ ipsius possessionis. Et omnis apprehensio medio tẽpore facta sit nulla, nulliusq; valoris, & momenti, quocunque iure, etiam speciali, succedatur. ¶ Hoc tamen locum non habeat vltrà decennium à die scientiæ delatæ hæreditatis. ¶ Et item si quis reperiretur in possessione, seu tenuta legitimè adepta ex causa proueniente ex facto ipsius defuncti, & de qua per publicum instrumentum constet.

Insuper

Insuper seruandum est, quòd si contingat quem vltrà annū iam possidere, eum ad informationes assumendas, & concessionem præcepti per iudicem hæredi faciendam, citandum esse. ¶ Præmissa intelligantur, & obseruentur, ad litteram prout iacent.

DE LEGITIMATIONIBVS.

NVllus Comes Palatinus virtute alicuius Priuilegij quomodocunquè, & cum quacunquè potestate, à nobis concessi, possit vti ea potestate in Dominio Mediolani sine licentia Locumtenentis, aut Senatus nostri in eo Dominio residentis, sub pęna nullitatis actus, & aureorum quinquecentum Fisco applicandorum. Notarioquè de hoc documentum conficienti, aureorum centum pœna erit. Et eo amplius nullus Magistratus eiuscemodi legitimationis vel dispensationis vllam rationem habeat.

Hæc tamen locum habebunt, nisi expressa voluntas patris, aut aui paterni, ipsius legitimandi intercesserit; ¶ Nolumus tamen quòd legitimati etiam cum consensu patris, vel aui, succedant transuersalibus ab intestato, nisi illi, vel eorum transuersalium parentes, legitimationi consenserint.

DE FEVDIS.

IN quacunquè Donatione, siue concessione feudali facta, vel facienda, qualiscunquè sit, & sub quauis efficacia, & validitate verborum concepta, non intelligatur derogatum constitutioni Maioris Magistratus, & intelligantur solum fuisse concessa Datia, quæ propria sunt locorum concessorum, & in ipsis locis exigi consueta: non autem Datia Mercantiæ, Ferraritiæ, Tractæ gualdorum, Taxa-

rum equorum, Census salis, esto quòd in iam factis concessionibus de his non fieret merito, etiam quòd essent concessa regalia. ¶ Quæ omnia Datia ipso iure sint Principi & Fisco reseruata. Pariq; modo in eis locis exigantur prout antè concessionem exigebantur.

Vide declarationẽ Senatus Excellentissimi in ordin. nou.ann.1490. die 23 Nouemb.& die 6 Decemb.fol.6 & 9.in 1.2.addit.

Ne beneficiorum memoria intercidat, sancitum fuit per Mediolanenses Duces, in feudationes, aut concessiones qualescunquè gratuitæ, etiam ob benemerita, qualiacunquè sint, per eos quomodocunque factæ, aut faciendæ de bonis immobilibus, iuribus, vectigalibus, aut immunitatibus, quibusuis clausulis, aut derogationibus amplificatæ, & munitæ, quæ ius trãsmittendi ad feminas, aut extraneos, vel de eis aliter disponendi, contineant, transire non possint, nisi tantũ ad primi acquirentis descendentes per lineam masculinam, masculos legitimè natos, vel per subsequens matrimoniũ legitimatos, ita vt neque facto hominis, neque legis ministerio, in alios quã vtsuprà expressos alienari, aut deuenire possint. Et quicquid cõtra ipsam constitutionem factum fuerit, nullũ, & inane decernitur, prohibeturq; ne ad alienantem alienata reuertantur. Excipiunturquè bona publicata, de quibus libera facultas disponendi acquirentibus cõceditur, nisi tamen intereà quippiam ordinarij redditus fiscalis sit, id enim ad descendentes tãtùm masculos vtsuprà, transire permittitur. Noluerũt tamen ipsas constitutiones vires extendere ad bona, iura, & vtsuprà, quorũ contractus, aut dispositiones, virtute concessionis, aut licẽtiæ, à Principe obtentæ, per possessionis adeptionem, effectum iã sortitæ fuissent antè diem promulgatarum constitutionum; quæ fuit septima Martij 1490.

Nos verò præmissam sanctionem, non solum quo ad gesta per ipsos Duces confirmamus, verùm etiam ad infeudationes, & concessiones nostras in Dominio Mediolani, successorumque nostrorum extendimus.

Pro-

Prohibitum est Feudatarijs, & separatam iurisdictionem habentibus, ne ab eorum hominibus, & subditis, quicquã exigant, nec quouis quæsito colore accipiant, vltra ea, quæ tẽpore eorum concessionis per Principem factæ exigebantur, sub pœna amissionis feudi, & cuiuscunq; iuris quouismodo quęsiti, Fisco applicanda.

Non possint Feudatarij facere aliquas gratias de aliquo delicto, nisi respectu pecuniariæ pœnæ & confiscationis bonorum, quæ eis applicetur.

Iudicere in causis proprijs, feudatarijs nõ est permissum, nec per eorum officiales, nisi in casibus à iure expressis, sub pęna nullitatis, expensarumquè & damnorum, iuramento eius, cum quo lis agitata esset, taxandorum.

Causas appellatio nũ à sententijs feudatarij tũ ab Auditoribus ipsorũ feudatariorũ non esse cognoscẽdas decreuit Senatus in eius ord. edito an 1548 die 11. Ianuarij. f. 33. in 1. addit.

Officiales Feudatariorum biẽnales sint, in fineque biennij curabunt Feudatarij, vt syndicentur, & etiam antè, si cõtingat eos ab officio recedere, per syndicatorem per eos nominandum, & à Senatu approbandum.

Interdictum est omnibus, siue communitatibus, siue singularibus personis, cuiuscunquè conditionis existant, iurisdictionem quomodocunque in hoc Dominio habentibus, ne directè, vel per indirectum, cogant ciues, aut incolas ciuitatum, & terrarum aliarum Principis, alijs non concessarum, eorumquè fictabiles, vel colonos; super ipsorum possessionibus commorantes (etiam si eos in locis subditis prædictis iurisdictionem habentibus vtsuprà, residere contingat) ad fidelitatem præstandam, nec ad aliquod nouum onus reale, vel personale, subeundum, etiam ex causa redditiuũ, & ex dictis possessionibus percipiendorum, quin ipsos quo voluerit, liberè, & sine aliquo impedimento, nouovè vectigali, abducere possint.

¶ Prohibitum est etiam, ne contra ipsos, eorũquè res, & bona procedãt, vel procedi faciant, palàm, vel occultè, et ꝑ bonis sitis, & fructib⁹ natis in locis separatis, quimò nec eos ex quauis

causa,

causa, vera, vel simulata, quouismodo, pro aliqua differentia, ad se, vel ad alios pertinente, siue ciuilis sit, siue criminalis, trahant coram eis, vel officialibus suis, nec ex officio, nec ad alterius petitionem, nisi in casibus, in quibus, forensis alias compelli ratione contractus posset, sub pęna aureorum mille, priuationis feudi, & iurium suorum, ipso iure, & facto, Fisco applicanda. ¶ Habeanturquè pro ciuibus, non solum illi, qui verè ciues sunt, sed etiam illi, qui sunt in possessione, seu quasi, saltem per decennium separatim soluendi onera, non cum rusticalibus, sed separatim, tamquàm nobiles. ¶ Nec ciues ex Priuilegio hac constitutione comprehenduntur, nisi transtulerint totam, vel maiorem partem familiæ ad ciuitatem, ad incolendum. ¶ Non comprehendit etiam hæc constitutio emphyteotas, Nec pensionantes, ciuium, & nobilium, nec etiam colonos, vel fictabiles, ciuium, vel nobilium bona immobilia colentes, vbi hi colerent bona immobilia propria, vel quæ à subditis feudatariorum conduxissent, quæ maioris quantitatis forent, eorum quæ à ciuibus conducta haberent, quia hi omnes sub iurisdictione quo ad omnia feudatarij sunt. ¶ Pari modo non compræhenduntur non subditi huic Dominio, nec subditi alterius feudatarij, qui non sint coloni, vel fictabiles ciuium, conuenire volentes subditum alterius feudatarij, quia eo casu coram Iusdicentibus feudatarij conueniendus est. ¶ Quòd si oriatur lis inter ipsos iurisdictionem habentes vt supra, vel inter ipsos & eorum subditos & alios nobiles, ciues, vel rusticos, suæ iurisdictioni non suppositos, vel ratione contractus forum non sortitos, his casibus, sit iudex competens Maior Magistratus illius ciuitatis, vel oppidi principalis, in cuius districtu locus infeudatus, vel separatus esse consueuerat, cum plena, & ampla potestate procedendi summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ac ipsa facti veritate inspecta, ac facultate arbitraria mulctandi contumma

Non possunt creari ciues, nisi ea lege, quòd si acquisiuerint bona immobilia teneatur habitare ex ord. Senatus ... to an. 1557. die 25. Maij fol. 50. in 1. addit.

Iudices feudatariorum possunt procedere contra contra consules, commune, & homines, licet inter eos aliqui sint coloni, aut fictabiles ciuiũ ex ord. Senatus anni 1565. die 30. Octob fo. 35. in 1. addit.

Quoad emphyteutas & pensionãtes idē decreuit Senatus in ord. nou. anno 1553. 5. Ianuarij. fol. 35. in prima addit.

Declarationem. §. possunt, & §. & etiã vide in ordine Senatus ædito anno incip Nobilis Comites Aloysius fol. 36. in 1. addit.

maces, pœnis tamen Fisco applicandis. ¶ Non coganturque ciues, & dicti nobiles, & alij non subditi, iurisdictioni memoratorum vtsupra pro bonis, tàm mobilibus, quàm immobilibus in eorum iurisdictione existentibus, seu pro causis inter eos, & eorum colonos, fictabiles ex quacunquè causa, coram eis, vel eorum officialibus agere, vel respondere, sed hæc fiant coràm ipso Maiore Magistratu, sub pœna de qua suprà. ¶ Possunt tamen iusdicentes iurisdictionem habentium vtsuprà, cogere omnes, etiam compræhensos in præsenti constitutione Maioris Magistratus, ad solutionem Imboraturarũ, & Datiorum per Principem, vel Fiscum in eos habentes iurisdictionem translatorum, & contributionem onerũ salarij Prætoris. ¶ Et etiam aliorum quorumcunquè onerum modò summa aureos tres non excedat, & præmissi sint in quasi possessione soluendi. ¶ Tenentur iurisdictionem habentes, si coram eis, vel eorum officialibus, iustitia petatur, contrà eorum subditos facere ius summarium, & expeditum, de plano, & sine strepitu, & figura iudicij. ¶ Notarij autem rogantes acta & processus contrà formam præsentis constitutionis incurrant pœnã ducentorum àureorum pro qualibet vice, pro dimidia Fisco, & reliqua accusatori applicandam, & alia grauiori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus punientur.

Si contingat crimen committi in quo vnus, vel plures sint comprehensi in præcedenti constitutione Maioris Magistratus, & alij sint subditi iurisdictionem habentium, ne sequatùr absurdum, quòd diuersæ sententiæ ferantur, sancitum est, quoad omnes, Maiorem Magistratum cognoscere debere; sed respectu subditorum feudatarij, confiscationes, & item condemnationes pecuniarias Feudatarijs applicandas esse.

DE

DE DONATIONIBVS.

Maiorē Magistratū non posse manū apponere ad eos, q feudatario subsit, nisi in casibus cōprehensis in decreto declarauit Senatus anno 1552. die 19. Maij.

Feudatarios in sua Iurisdictione tutū carcerē habere debere censuit Senatus anno 1550 vltimo Maij f. 34. in 1. addit.

Feudatarij absque licētia Senatus nō possunt proclamata Principis in suis Iurisdictionibus publicare ex ordine Senatus anni 1555. 22. Martij f. 34. in 1. addit.

Pœna præceptorū pœnalium emanātium à Iudicibus feudatariorū virtute litterarum Senatus applicari debere fisco Regio cēsuit Senatus anno 1558 22. Octobr. f. 34 in 1. addit.

Donationes valeant, licet in eis iuramentum solum hic requisitum appositum sit ex ordine Sen. an. 1585. die 11. Octobr. fo. 9. in 2. add.

HAc constitutione sancitum est, ne quis audeat quauis causa, aut occasione, cuipiam, cuiusuis status, & conditionis existat, bona aliqua immobilia, cuiusuis generis fuerint, inter viuos donare, nec principaliter, nec in consequentiam, nec aliqua iura titulo lucratiuo in alium transferre, & cedere, notariosquè de huiusceemodi donationibus, iurium cessionibus, & translationibus, publica instrumenta conficere non posse, nisi donatores, & donatarij, cedentes, & cessionarij iureiurando in actu earū, affirmauerint eas esse veras, non autem fictas, nec simulatas esse, nequè in fraudem alicuius, sed sincero mentis affectu, & bona fide ad huiusceemodi donationes, & cessiones, deuenire, & absq; vlla pactione, palàm, vel secreto facta, quòd vllo vnquàm futuro tempore retrodatio, vel retrocessio fiat de bonis iam donatis, & cessis vt suprà. ¶ Donationes, & cessiones, alio modo factæ, nullæ, & irritæ sint. ¶ Notarij qui contrà formam istius constitutionis instrumenta conficient, tabellionatus officio, ipso iure per annum priuati erunt.

Et quia plerumquè euenit donationes, & cessiones fieri absentibus, & pijs locis, ita q in actu per donatarios & cessionarios iuramentum præstari non potest, ideo sancitum est, absentes, & deputatos locorum piorum, habita notitia earum donationum, & cessionum in actu acceptationis earum, iuramētum præstare debere, valerequè ac si in actu confectionis ipsarum donationum, & cessionum, præstitum esset. ¶ Hæ donationes, & quęcunquè aliæ donationes, siue omnium bonorum, siue partis, quæ minor non sit dimidia, publicari debent voce præconia intra mensem postquam factæ erunt, ad loca

solita

folita ciuitatum,vbi id fieri folet, & hoc tribus diebus in vna hebdomada. Quod si factum non fuerit, sint nullæ,nulliusque momenti.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

QVilibet Dominio Mediolani subditus acquirere potest in quibuscunquè locis huius dominij, & ipsorum locorum territorijs,etiam quòd non sit suppositus iurisdictioni eorum locorum in quibus bona acquiruntur, non obstantibus dispositionibus iurium municipalium earum ciuitatum,& locorum,bonis tamen ipsis trãseuntibus cum onere suo,& fine fori declinatione.

Innotuit,plures alienationes factas fuisse bonorum, quæ quandoquè etiam in emphyteusim concessa fuerunt nulla facta expressione loci, seu quotæ, sed solum expressa aliqua parte ex proprietate maioris quantitatis, vndè in dubium refricabatur, an ex huiuscemodi contractu dominium & possessio translata essent. Ideò ad id tollendum sancitum est,quod propter allegatam incertitudinem loci,& quotæ,allegari non possit dominium & possessionem non esse translatam, & id in præteritis & in futuris contractibus seruari debere.

DE IVRE EMPHYTEOTICO.

EMphyteota alium emphyteotam inuito domino facere non potest. ¶ Nec etiam eo irrequisito, rem emphyteoticam alienet,& vbi possessionem actualem, seu tenutam tradat, non excusetur à caducitate,etiam quòd in contractu appositæ sint clausulæ resolutiuæ contractus, sub quacunquè forma verborum conceptæ sint.

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS, ET CERTIS contractibus registrandis.

NOtarij tenentur Instrumenta dotalia, & protestationum rerum parafrenalium, à die eorum confectionis, intrà mensem registrari facere, Mediolani, ad officium Panigarolarum, & in alijs ciuitatibus ad archiuia publica, vel loca solita, super vno libro ibi tenendo expensis cuiuslibet ciuitatis, hoc modo, scilicet ponendo contractus nomen, & diem, ac partium nomina, & cognomina, ipsiusque notarij nomen, & cognomen, & hoc sub pœna aureorum quinquaginta ipsi notario qualibet vice auferenda, pro tertia parte Communitati illius ciuitatis, pro tertia collegio notariorum, residua accusatori applicanda, & alia grauiori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Idem facere habent de donationibus ¶ Et item de omnibus contractibus, vel quasi, vbi adsit prohibitio alienationis bonorum. ¶ Et etiam de testamentis, & qualibet alia vltima voluntate, siue in eis contineatur prohibitio alienationis, siue non, etiam viuente testatore, si tamen testator voluerit, sin minus intrà mensem post eius mortem, si tunc notarius viuet, & de morte testatoris notitiam habuerit, si vero defunctus fuerit, vel antè mortem testatoris, vel intrà tempus registrationis faciēdæ, teneatur notarius habens auctoritatē ea instrumenta explendi post habitam auctoritatem, id à die scientiæ intrà quatuor menses facere, sub eadem pęna. ¶ Registrationes aūt hoc modo faciendæ sunt, vbi testamentum, vel alia vltima voluntas, fideicōmmissum, vel prohibitionem alienationis non contineat, Talis condidit testamentum, annum, mensem, & diē confectionis exprimendo, ac ipsius notarij nomen, & cognomen,

men, ac habitationem, si verò fideicommissum, vel substitutionem aut prohibitionem alienationis contineat, etiam de eis mentionem facere teneantur. ¶ Quòd si prædicta per notarios obseruata non fuerint, non propter hoc contra ea instrumenta de nullitate opponi possit, sed contra eos notarios ad pœnam procedendum est. ¶ Et non solum in futurum notarij hæc seruare habent, sed etiam respectu dictorum instrumentorum, quæ confecta sub anno 1530. citrà, intra tamen sex menses proximè futuros. ¶ Sub eademque pœna notarij tenentur contractus emphyteoticos intrà decem dies à die eorum confectionis, & respectu iam factorum ab anno 1530. citrà, intrà sex menses modo præmisso registrari facere, eoque casu sufficiat si nomen emphyteotæ cum loco, & summa bonorum emphyteoticorum, & canonis præstandi expresserint. ¶ Hæque registrationes gratis fiant, sub pœna amissionis officij, & alia grauiori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus.

DE TRANSVMPTIS FACIENDIS.

INstrumentorum, aliarumque scripturarum publicatum transumpta fieri possunt corã quocunquè Iudice competente illius, qui transumptum fieri petit; modo tamen in eo conficiendo intersint etiam Abbates, vel Consules Collegij notariorum illius ciuitatis, vel duo eius collegij Antiani, & etiam ex eo duo alij notarij. Et eo amplius Iudex transumptum subsignet, & ipsi quattuor notarij ei se subscribant, annum, mensem, & diem in ea subscriptione exprimendo, quibus peractis, fides adhibenda est ei transumpto, sicut originali. ¶ Fierique potest transumptum sinè aliqua citatione, & habeatur pro solenni-

ter facto, nec contra illud opponi possit, nisi contrarium appareat per inspectionem imbreuiaturæ ipsius instrumenti, vel publicæ scripturæ, de qua transumptum factum foret. ¶ Amplius sancitum est, etiam de transumpto modis præmissis facto, aliud transumptum fieri posse, & valere. ¶ Et etiam de instrumentis ex auctoritate expletis, modò tamen de imbreuiatura instrumenti constet & seruentur solemnitates, quæ suprà.

LIBER QVARTVS Constitutionum.

RAtione, & vsu, compertum est; nil esse, per quod populorum quieti magis consulatur, quàm si prouinciæ malis hominibus purgẽtur. Quod vt facilius per iusdicentes fieri possit, & ne ob occultationẽ vel ignorãtiam delictorum, delicta ipsa, impunita remaneant, sancitum est, vnamquamque villam, vel terram, vnum, vel plures Consules eligere debere, & vnamquamquè Parochiam, Antianum, vel Antianos in principio cuiuslibet anni, sub pęna aureorum quinq; Fisco applicanda. ¶ Qui Antiani, & Cõsules, etiam pro delictis commissis in capsinis separatis, quæ alium Consulem non habeant, (quas eo casu ad ipsius cõsulis salarij solutionẽ teneri volumus pro earũ portione) teneantur denuntiare, & in scriptis dare iusdicenti sub cuius iurisdictione fuerint, oẽs violentias, robarias, inuasiones, agrorũ depopulationes, assassinamẽta, homicidia, raptus Virginũ, & mulierũ, incẽdia, vulnera cũ sãguine, insult⁹ cũ armis, fustibus, vel lapidibus,

Quod genus delictorum sit per Cõsules terrarũ Maiori Magistratui denunciandum declarauit Senatus anno 1544. die 11. Aug. incip. Meminit in ordinibus nouis fol. 16. in prima addit.

dibus,percussiones,etiam sine sanguine, quæ fierent,committerenturve,à solis ortu,vsque ad occasum : & hoc saltim in sequenti die criminis vel excessus commissi , si crimen , vel excessus commissa fuerint in loco,vbi residet Iudex, si verò in alijs locis,intrà tres dies, à die criminis, vel excessus numerãdos . ¶ Et etiam id facere teneantur in prædictis, quæ noctis tempore commissa erunt,intra tamen decem dies,à die commissi criminis numerandos . ¶ Hæc omnia deferre habeant expressa qualitate huiuscemodi maleficiorum , delictorum , vel criminum, ac tempore commissi delicti , locoquè eius debite terminato, cum nominibus, & cognominibus eorum , qui delicta commisissent, vel committi fecissent. Et eo ampliùs in ea delatione inserant nomina, & cognomina testium , qui ipsis delictis interfuerunt, aut de eis erunt quomodolibet informati, & hæc omnia seruare tenentur Consules , & Antiani præmissi, siuè pro huiuscemodi delictis sit imponenda pœna corporis afflictiua , aut confiscationis bonorum , siuè pecuniaria, & separatim, aut coniunctim, & siuè hæ pœnæ Fisco Principis, siue communitati loci,vel alteri personæ,in totum, vel pro parte applicentur, sub pœna aureorum decem , in casibus, in quibus pœna corpus afficiens , vel confiscatio bonorum imponenda sit : in reliquis, dimidiæ . Et nihilominus intrà similes terminos ea delicta denuntiare teneantur, sub consimili pœna , vltrà alias pœnas à Statutis locorum irrogatas, quas,si Consules,& Antiani, inhabiles ad soluendum fuerint, teneantur communia, & incolæ locorum , ac vicini, pro eis. ¶ Contra eos procedant iusdicentes , etiam ad exactionem pœnarum,qui si in præmissis negligentes fuerint, sciãt , ex ære suo proprio se Fisco damnum resarcituros.

Delatis criminibus , vel modo præmissò , aut per accusationem, vel querelam teneantur iusdicentes super eis processum debitum inchoare, prosequi, & finire, secundum formã,

tem-

tempus, & instantiam, à statutis ciuitatum, & locorum, in quibus iurisdictionem exercent, limitatam, & sub pœna in eis contenta; vel vbi non sit imposita, retentionis salarij trium mensium, & plurium, arbitrio Principis, vel Senatus, quoties contrafactum fuerit. ¶ Vbi verò à statutis certa forma data non sit, teneantur iusdicentes sub eadẽ pœna, intrà dies quindecim processum inchoare, eumquè intrà alios sexaginta dies continuos, non computatis tamen feriatis in honorem Dei, terminare, & finire. Quæ si facere omisserint, puniri possint, etiam non expectato syndicatu.

Eo Amplius iusdicentes illud seruare habent, vt in huiuscemodi processibus faciendis, ad omnia, & singula acta præiudicialia, etiam antè inquisitionem formandam, vsquè ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, citari faciant iniuriam passum, aut eius hæredes, vel successores, personaliter, vel ad eorum solitam habitationem, si in ciuitate, vel districtu, habitare soliti sint, & vbi solent ex forma statutorum citari, nec non etiam procuratorem Fiscalem, personaliter, vel ad domum habitationis solitæ, vbi adsit; idquè seruetur siuè procedatur ad denuntiam, querelam, vel accusationem, aut inquisitionem, etiam ex mero officio, ad hoc, vt procuratores Fiscales, & offensi, vel eorum hæredes vt suprà, assistant in probationibus faciendis, & informationibus dandis.

Si quis quempiam calumniosè detulerit, vel accusauerit, aut notificauerit, condemnetur in expensis in duplum parti resarciendis eadem sententia, qua reus absoluetur, vltrà pœnas à iure inflictas.

Rei carceribus mancipari non possint pro aliqua imputatione, nisi ex ea ingeratur pœna corporis afflictiua. ¶ Pari modò non fiant descriptiones bonorum, nisi prò delictis pro quibus veniant confiscanda bona.

Mortuorum damnari memoria bonavè eorum publicari

non

non possint, prætextu alicuius delicti, nisi in casibus à iure communi permissis.

Ex causa iuramenti in Iudicio delati, siue in contractibus quibuscunquè factis, vel cum cridis factis nomine priuatorũ, quis contradicat, in casibus in quibus potest procedi de iuramento falso, iuramentum non possit dici falsum, seu non verum, nec aliter contrà eum, qui iurauit, quouismodo procedi, nec puniri possit ciuiliter, nec criminaliter, nec ex officio nisi dicatur infrà mensem vnum continuum à die iuramẽti præstiti.

Si in eadem iurisdictione duo, vel plures Iudices, concurrant, contingatquè pro eodemmet delicto per vtrumquè Iudicem procedi, ille qui ex ipsis prior processum inchoauerit, ipsum prosequatur, & finiat, alterique interdictum sit ea de causa procedere. Quod si super præmissis dubium oriatur, adinuicem acta conferant vt ex eis cognosci possit, quis prior processerit; & intelligatur prior processisse, qui primus inquisitionem transmiserit, quòd si eadem die concurrant transmissio, & captura rei, præualeat in procedendo Iudex capturæ. Volumus tamen quòd in præmissis casibus præferatur ille Iudex, qui de grauiori delicto inquirat.

Quid in hoc casu seruandum sit, declarat Senatus in ord. nou. ann. 1554 14. Aprilis in prima addit.

In causis criminalibus consilium sapientis non detur, quibuscunquè statutis ciuitatum, & terrarum non attentis.

Iudices in causis capitalibus, & grauibus, in quibus pœna corporalis est imponenda, ipsimet testes examinent & notarij iussu eorum Iudicium præsentium, & dictantium, eorum testium attestationes in scriptis redigant, sub pœna notario decem aureorum pro qualibet vice, & alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus. Hoc tamen non pertinet ad testes assumendos ad informationem curiæ antè formandam inquisitionem. ¶ Omnes tamen hi testes plenè, & perfectè examinandi sunt, etiam super generalibus, & eorum dicta integrè de-

describenda, ad hoc vt sciri possit quanta fides sit eis adhibenda.

Omnibus iusdicentibus interdictũ est procedere per præcepta penalia contrà imputatos de maleficio, expressa vel nõ expressa causa, inconsulto Senatu; sed procedere habent seruatis seruandis. ¶ Nec etiam admittere possunt delationes criminum, nisi is qui deferat, nomen & cognomẽ exprimat; nec super eis alio modo procedi possit, & si procedatur, processus sit nullius valoris, & momenti, Iudexq́; puniatur arbitrio Principis vel Senatus.

Oẽs iusdicentes teneantur in fine cuiuslibet mensis, Quæstoribus extraordinarijs omnia nomina & cognomina reorũ relatorum transmittere, vbi de interesse Fisci agi possit; exprimantque qualitatem delictorum, & qui processus expediti fuerint, expediendiq́; sint, sub pœna amissionis salarij triũ mensium, quotiens id non obseruauerint, Fisco applicanda. ¶ Finitoque officio, à loco officij non descedent, nisi prius præsentibus Aduocato, & Syndico Fiscalibus, & Syndicis, vel rationatoribus ciuitatum, si interesse voluerint, & curauerint, quòd omnia acta & processus, ac rescripta remaneant penes notarium officij, si in officio perseuerent, sin minus omnia præmissa per inuentarium consignentur notario successori, qui de eis bonam rationem teneat, & antecessori suo, pro his, de debitis emolumenti, respondeat.

Et quia quandoquè ad falsas relationes seruitorum, & executorum, pro prohibitis executionibus, vel ablatis pignoribus, contra insontes ad inquisitionem, & quod peius est, ad condemnationem, iusdicentes procedunt; ideò sancitum est, eos à præmissis abstinere debere, nisi hi seruitores, & executores ab officialibus legitimas licentias pignorãdi, in scriptis habeant, & huiuscemodi prohibitiones, vel pignorum ablationes factæ fuerint in præsentia consulis loci, vel Antiani

R rum

parochiæ, vbi eorum copia haberi poterit, sin minùs, in duorum testium iuratorũ præsentia, Vbi hæc in ciuitate, Castro, Burgo, vel villa mœnibus circondata, acta sint. ¶ In villa mœnibus non circondata vel loco, aut capsina, quæ consulẽ non habeat, sufficiat vnius testius iurati præsentia, vltrà seruitorẽ, & famulum. ¶ Processus alio modo quam præmisso facti, nõ valeant, Iudicesque contrafacientes incidant in pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice, Fisco applicãdam, & aliam grauiorem, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Consules, & Antiani requisiti à seruitore, adesse teneantur, sub pœna aureorum trium, quotiens contrafecerint.

In casibus in quibus condemnatio pecuniaria faciẽda est, vbi adsit pax, vel remissio offensi, aut eius hæredum, & successorum, aliquo modo procedi non possit; nisi hi sint, in quibus ex officio procedere concessum est.

Iudices in causis damni dati, ita demùm ad expeditionẽ deuenire possunt, si citatio peremptoria ad instantiam partis transmissa fuerit, & parte instante, & non alio modo.

Procedant iusdicentes contra absentes imputatos de aliquo crimine eosque citabũt ad domũ vbi habitant, si certam habitationẽ in eorũ iurisdictione habuerint, ꝙ si non habuerint, citetur in ciuitate, vel terra, in qua, seu eius territorio delictũ, cõmissum est, & ad valuas Ecclesiæ maioris illius ciuitatis, vel loci, & item citandi sunt ad loca publica, & solita, illius ciuitatis, vel terræ, vbi de crimine cognoscetur, voce pręconia in locis, vbi proclamationes fieri solent. ¶ Quòd si quis deliquerit extrà dominium in casibus, in quibus procedi potest, & certam habitationem non habeat in Dominio, citetur in forma absentis, & pro prima vice, duo agnati eius, si agnatos habebit, vel citandus est per litteras subsidiales, si ita Iudici videbitur, hocq; modo citati, legitimè citati sint, & intelligãtur. Qui si in terminis assignatis non comparuerint, ponantur

Exulam debere fal ... peremptoria ... citari in formã absentis alioquin se... ... nullam esse ... Senatus ... 96. die 20. ... vol. 17. in

tur in banno, in quo ipsis aliquo termino assignato, si in contumacia perseuerabunt, & comparere negligant, habeantur pro conuictis, & confessis, & per sententiam diffinitiuam cōdemnentur in pœnis ex constitutionibus, & ordinibus statutis, & fiat executio per eos Magistratus ad quos spectat. ¶ Bonaque corū reorū publicentur iuxtà formā constitutionum.

Inoleuerat abusus, ꝙ ad denuntiā consulis, Antiani, aut ad simplicē querelā partis cum iuramento, per iusdicentes inquisitiones formabantur pro iniuria verbali: ea propter sancitum est, pro iniuria verbali non nisi ad querelā partis ꝓcedi posse.

A sententia lata in causa criminaliter mota, & criminaliter decisa, siue interlocutoria, siue diffinitiua sit, etiā respectu interesse partis in ea sententia compræhensi, non possit per quempiam appellari, quærelari, nec de nullitate dici, nec in integrū restitutio peti, nec alio iuris remedio vti; sed executioni mittatur. ¶ Possit tamen haberi recursus ad Principem vel Senatum, qui secundum qualitatem casuum prouidebit. ¶ Sed quia aliquando contingit, ꝙ damnati per sententiā, in contumaciam latam, omni remedio destituti ad Senatum confugiunt vt suprà, vt omnibus modis sibi ipsis consulant, petendo litteras ad nouas defensiones, & reuisionis eiusdem sententiæ, vel ex longo interuallo post sententiam, expectata interdum morte testiū, & personarum de crimine informatarum, & etiam per prius obtenta pace ab offensis, vt his artibus sententiam elidant, & impuniri remaneant: Ea propter sancitum est, Senatum nostrum diligenter animaduertere debere antequàm has litteras concedat, naturam criminis, indiciaquè ac diuturnitatem temporis post sententiam considerare, & an in petente calumnia sit; secundumq; qualitatem casuum eas litteras quandoq; concedere, vel denegare. ¶ Non intelligantur tamen litteræ prædictæ ad nouas defensiones habere effectum quoad bona lapso anno à die sententiæ. ¶ Concessis per

Nouæ defensiones non conceduntur et intra annū, vbi petentes sint cōuicti ex ordine Senatus anni 1580. 15. Ianuarij. fol. 85. in prima addit.

Admitti ad nouas defensiones in causa capitali infra dies, se constituere debent, in causa verò pecuniaria infra mensam se defendere debent ex ord. Senatus ann. 1548. diei 26. Octobris. f. 22. in 2. addit.

Senatum litteris ad nouas defensiones, Iudices contrà reum ad quæstiones, & torturam non deueniant Senatu inconsulto; sed referant iuxta ordines. ¶ Hæc constitutio etiā ad condemnationes pecuniarias pertinet, intrà tamen annum à die sententiæ numerandum.

IN QVIBVS CASIBVS CRIMINALITER procedi non potest.

SCiant Capitaneus Iustitiæ, & omnes Iudices, quantumcunque amplam auctoritatem habentes, circunscriptis omni auctoritate, & arbitrio, si quod haberent vltrà ius, eis non licere sub pęna indignationis Principis, contrà quempiam procedere per quærelam, denuntiam, vel accusationem, nec alio quouis modo pro aliqua re, vel causa, seu asserto delicto, quæ, vel quod sumi possit ex negocio, quod originem habuerit à contractu, & sapiat naturam contractus, & vbi alio modo processum foret, is processus pro nullo habeatur, sitque nullius efficaciæ, valoris, & momenti. ¶ Hæc tamen sanctio non comprehendit casum, vbi vis interuenit; nec etiam vbi contractus dolosè initus reperiatur. ¶ Tenentur quoquè iusdicentes, probationes inquisiti, volentis probare rem habere originem à cōtractu, admittere, absquè eo quòd in se carceribus constituat, ipso tamen fideiubente de fuga non facienda, & de se constituendo, casu quo postea teneretur se constituere, sub pœna arbitrio iusdicentis imponenda, attenta semper rei & personarum qualitate.

DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS.

IN omni læsæ Maiestatis, Rebellionis ve, siue turbationis status, rei citandi sunt ad domum solitæ habitationis tempore delicti, & illa cessante, vbi aliquando habitare consueuerunt tempore tamen commissi delicti,& ad loca publica illius ciuitatis,vel loci in forma, in qua absentes citari solent; hisque cessantibus,in loco delicti, & ad loca publica eiusdem iuxta solitum locorum, Quod si delictũ extrà Dominium committatur, certaque non esset habitatio consueuerat,citandus est in loco originis propriæ, vel paternæ,nec non ad loca publica iuxtà solitum ipsius loci. ¶ Possit quoquè fieri citatio tàm per edicta, quàm alio modo, in casibus tamen à iure permissis. ¶ Iudices in præmissis considerare debent in danda dilatione maiori, vel minori, habita ratione vbi sit,vel verisimiliter esse possit citandus;& in super procedere possunt per accusationem,denuntiationem,inquisitionem, & aliter,etiam per præcepta pœnalia, sub pœna cõfessi,& conuicti criminis, summariè, ac ipsa facti veritate attenta,omnibus iuris,& statutorum solemnitatibus omissis. Quicunquè crimen læsæ Maiestatis, vel rebellionis commisserit, is ipso iure crimen læsæ Maiestatis, & rebellionis incurrisse intelligatur, vltimoquè supplicio afficiatur, & bona eius fisco applicata intelligantur, vltrà alias pœnas à iure communi impositas. ¶ Non possit tamen post mortem procedi, nisi in casibus alias à iure permissis.

Si quis personam Principis, vel Locumtenentis generalis offenderit, vel offendere attentauerit, aut praticauerit, tàm ipse,socij,& participes,quam horum conscij, qui non reuelauerint, scindantur in frusta, locisque eminentioribus ciuitatis affigantur, donec consumpta erunt, bonaquè eorum alio-

lodialia,& feudalia confiſcentur, & ſententia, etiam in contumaciam lata, omnibus præiudicet. ¶ Aſcendentes, vero, & deſcendentes ac alij ſecundum iuris communis formam puniantur.

DE RAPTV MVLIERVM.

Raptores mulierum honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt, ità quòd moriantur, & etiam confiſcationis bonorum. ¶ Et non ſolum ipſi; ſed etiam eiſdem pœnis teneantur, hi qui eos comitati fuerint, vel ad id auxilium, conſiliumvè, & fauorem dederint.

Imputatus de raptu, aut de vi mulieri illata, minimè probare poſſit eam fuiſſe inhoneſtæ vitæ, modo rapta, aut vim paſſa habitaret cum patre, aut matre, vel marito, aut fratrib⁹, aut patruo, vel auunculo, aut amita, & etiam ſi ſola habitaret, & eam in vicinia honeſtæ vitæ exiſtimari per duos integræ opinionis teſtes probetur; & ſi contrarium in dictis caſibus probatum fuerit, non releuet, Quinimò accuſati, complices, & auxiliatores, pœnis ex præſentibus conſtitutionibus, & à iure communi illatis puniantur. ¶ Cæterū omnes, qui de vi, aut mulierū quarumcunq; raptu, etiam quòd proſtitutæ ſint, rei fuerint, necnon participes, & auxiliatores, puniri poterūt, non ſolum iuxtà iurium municipalium diſpoſitionem, ſed pro arbitrio Principis, vel Senatus, etiam corporaliter, ſecundùm qualitatem delicti, & perſonarum.

DE BANNITIS, ET RECEPTATIONIBVS bannitorum.

Qvotiens aliquem pro crimine præſentem, vel contumacem banniri contigerit, is publicetur in locis ſolitis, & in albo apud officiū Iudicis bannientis deſcri

batur

batur cum causa,& delicti qualitate. In super vbi in ciuitate, vel Ducatu Mediolani banniantur, Iudices quantumuis separatam iurisdictioné habétes, curent cũ effectu intra dies octo immediatos post bannum, bannitos similiter describi in albo Panigarolarum; in aliarum verò Ciuitatum territorijs, aut districtibus, in albo Prætoris illius Ciuitatis, in cuius territorio, aut districtu iusdicent. Et hoc sub pœna priuationis officij,& alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus.

Nulla persona cuiuscunquè status, & conditionis sit, audeat, vel præsummat scienter receptare, vel permittere quòd in suo, vel super suo receptetur aliquis bannitus, vel códénatus de aliqua ciuitate, vel terra huius dominij de aliquo crimine, ex quo pęna mortis, mutilationis mébri, seu ét alia pœna sanguinis veniat imponenda nec ipsis bannitis præbere aliquod consilium, nec auxilium. Quòd si contrafecerit, ipso facto incurrat similé pœná, quá bannitus pati deberet. ¶ Si fuerit cõmune,& collegiũ, vel vniuersitas, quæ bannitum vel cõdemnatum receptauerit, vel ei dederit auxilium, vel consiliũ, & intelligatur auxiliũ dedisse, cũ in eorũ locis banniti per biduũ steterint, condemnetur in pęna aureorũ ducẽtũ, & grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Feudatarij quantamcunquè latam concessionem,& exemptionem habeant, & ét Communia,& Vniuersitates, quæ gaudeant priuilegio immunitatis, vel exemptionis, non præsumant bannitos ex quauis causa, scienter in eorum domibus, terræ, villis,& castellis, ac iurisdictione, receptare, nec eis dare auxilium, vel consilium, sub pęna, si Feudatarij sint præsentes in loco, amissionis Feudi, priuilegij, immunitatis,& exemptionis concessorũ à Principe, etiam ex pacto, vel conuentione, vel aliter quouismodo, etiam quòd clausulam derogatoriã habeant, & alia pœna grauiori arbitrio Principis, vel Senatus, in quas ipso iure,& facto incurrant. ¶ Pęnis prædictis præmissi nõ tenebuntur, si bannitos detinuerint,& Iudici ad quem spectant, consignauerint ea

Hanc pœnã non incurrit dominus domus, in quam ipso inscio fuit recept' bannitus, ex ordine Sen. anni 1521. in 1. addit.

Mulieris ministrãtes bannito receptato per dominũ domus non debere molestari, sed dimittendas absque impensa sanxit Senatus anno 1590. die 23 Iunij in ordin. nou. fol. 17. in 2. addit.

ea die, vel sequenti. Et vbi ob potentiam bannitorum eis resisti non possit, sufficiat quòd in eo termino iusdicenti notificent. ¶ Vbi verò domini absentes sint, officiales, Potestates, & Castellani eorum, necesse habent bannitos ibi commorantes detinere, etiam quòd non sint banniti in dictis locis, & Feudis, & statim moneant Principem, vel Locumtenentē, aut Senatum, nec etiam audeant receptare bannitos, minùs eis dare auxilium, vel consilium, sub pœna qua suprà. ¶ Puniantorquè officiales præmissi priuatione officij, ità quòd intrà triennium non possint ampliùs ipsum officium exercere, & alia grauiore pœna, etiàm corporali, arbitrio Principis, vel Senatus.

Capitanei, tam peditum, quàm equitum, in eorum turmis, bannitos ex causa capitali in Dominio non habeant, quod si habuerint, & non expellant, vel Capitaneo Iustitiæ non consignent, eadem pœna, qua bannitus, omni exceptione remota puniantur.

Imputati de receptatione alicuius banniti, non excusentur ex eo, quòd probent toleratos esse bannitos, nisi probent tolerantiam à Principe, Locumtenente, vel officialibus Ciuitatum habentibus merum & mixtum Imperium.

Banniti ab officialibus eorum qui separatam iurisdictionē habent, intelligantur banniti à toto Dominio, & è contra.

Non possint iusdicentes procedere pro receptatione bannitorum, vel auxilio, aut consilio eis dato, contrà patentes pro filio, socerum, & socrum pro genero, & nuru, & è cōtrà, vxorem pro marito, aut è contra, nec contra fratrem pro fratre in eadem habitatione communionem habente, Principe, aut Senatu inconsulto.

DE

DE POENIS.

QVicunq; falsificauerit, vel falso mutauerit sigillũ, litteras, instrumẽta, vel scripturas Principis, Locũtenẽtisvè, vel Senatus, vel falsũ circa præmissa, vel aliquod præmissorum, commiserit, igne comburatur, ita ꝙ moriatur. ¶ Modoq; prẹmisso veneficos, & assassinos, puniri sancitũ est.

Latrones viatũ, & hostili more inuadentes territoria Principis, & vias publicas, si homicidium non cõmiserint, hoc modo puniantur, vt vinctis manibus ad caudam vnius equi alligentur, & per publica loca illius ciuitatis, vel loci, vbi pẹna imponetur, ducantur ad locũ Iustitię viui, horis quibus maior par. hominũ conuenire solet, & furcis suspendantur, laqueoquè inibi vitam finiant. ¶ Si verò robariã & homicidiũ commisserint, vel homicidiũ tantũ, grauiori pẹna plectendi sunt, nam postquàm ad locum Iustitiæ modo præmisso ducti fuerint, ibi cũ textura membrorũ suorũ in rota lignea intettexi debent. ¶ Occidens dolosè dominos, vel personas, cum quibus habitat, & moram trahit, vel vxorem, aut liberos, aut aliquem prædictorum, aut alicuius eorũ, eadẽ pœna puniatur. ¶ Dantes ad præmissa in præsenti sanctione compræhensa scienter, & dolosè ad id auxilium, vel consilium, eisdem pẹnis teneantur. ¶ Receptantes scienter prædictos, vel aliquem ipsorũ, ducantur viui ad caudam equi ad locum iustitiæ, & ibidem laqueis furcis suspendantur, donec animam emittãt. ¶ Hi tamen receptatores puniendi non erũt, si infrà secundã diem post receptationem delinquentes iudici cõpetenti consignabunt, vel operam efficacem nauauerint, vt consignentur. ¶ Bona, res & iura præmissorum omniũ ex tempore cõmissi maleficij ipso iure, & facto publicata, & confiscata sint, & esse intelligãtur fisco, secundũ formam aliarum constitutionum.

Quicunquè cuiusuis sexus in mortem alicuius coniurauerit, siue sequutus fuerit effectus, siue non, & quicunquè huiuscemodi coniurationis, & tractatus particeps erit, citrà spem remissionis laqueo vitam finiat, aut capitis amputatione puniatur, ità quòd moriatur, bonaquè omnia fisco, secundùm aliarum constitutionum formam deuoluantur. Si quis verò horum participum huiusmodi tractatus, & coniurationis, eã antequàm effectum sortiatur, detexerit, is qui primus detexerit, ab omni tam personali, quàm reali pœna, solutus & liberatus intelligatur, & ei in præmium quarta pars bonorum principalis, & auctoris coniurationis detur. ¶ Vbi tamen aliquis eorum, qui tamen principalis non sit, & ex causa prædicta exul fuerit, alterum ex ea causa exulem, tam in dominio, quàm alibi occideret, vel viuentem in potestatem Principis consignaret, ei quo ad personam gratia fiat, dùm tamen in casu, quo sequutum sit homicidium, pacem habeat, & si ipse exul non fuerit, possit alium ex pari causa exulem nominare, & liberare. ¶ Feudatarij, & quicunquè alij subditi scienter alicui ex huiusmodi homicidis auxilium dantes, vel vbi præsentes sint, in domo, vel in loco infeudato admittentes, incurrant eandem pœnam, quam homicida, feuda, iura, actiones, bona, & donata à Principe quocumquè tempore, ipso iure amittant. ¶ Sub eadem pœna tenentur eos capere, & officialibus consignare. Quod si facere non poterunt, in tempore detegant, aut denuncient.

Mandantes extrà rixam homicidium, aut aliud quoduis maleficium, committi, etiam si homicidium, vel aliud delictum nullo modo sequatur, nec attentetur, puniantur ea pęna, quę ipsi mandatario, casu quo delictum consumasset, imposita esset. ¶ Eadem quoquè pœna, teneantur Mandatarij, qui siue gratis, siue precio, vel alio quouismodo, mandatum suscipient extrà rixam homicidium, gladio, vel veneno, aut

alio quouis modo committendi, etiam si homicidiũ ipsum, non sequatur, seu attentetur, qua puniri deberent, si homicidium perpetrassent. ¶ Quòd si nec vulnus, nec consumatio criminis interuenerit, liceat mandantibus post factum mandatum pœnitere, & illud reuocare, modo tamen ex eo mandato, aut eius causa, factum, aut attentatum delictum non sit, aut antè mandati reuocationem Iudici delatio facta non fuerit; & reuocatio mandatario infrà illud tempus, re integra intimata fuerit. ¶ Mandatarijs quoquè permissum est, (vbi tamen homicidium commissum, vel attentatum non sit.) post susceptum mandatum pœnitere; & eam mandanti susceptionem reuocare. Quibus per mandantem, mandatariumvè, non seruatis, pœnitentia, nec reuocatio dati, vel suscepti mãdati allegari, nec ipsis opitulari possit. Ipsisq; mandantibus, & mandatarijs onus incumbat probandi pœnitentiam, & reuocationem dati susceptivè mandati modo quo supra. ¶ Si mandatarij crimen deferant, & ex delatione mandantes conuincantur, ea quæ conuenta erunt inter ipsos, & mandantes, & tantumdem de bonis mandantis in præmium delationis habebunt. ¶ Quòd si se gratis obtulerint condemnatione sequuta, tenebitur Fiscus ex bonis mandantis, eisdem viginti quinque aureos date, & etiam maiorem summam, arbitrio Principis, vel Senatus, inspecta qualitate facti, & personarum. ¶ Quòd si mandans mandauerit homicidium, vel aliquod aliud delictum committi, & mandatarius recuset; mandans puniatur etiam vsque ad mortem inclusiuè, arbitrio Principis, vel Senatus.

Homicida capite puniatur, ità quòd moriatur. Et tamquàm homicida puniatur quicunquè etiã non sequente morte, tantummodò vulnerauerit, aut insultum cum telo euaginario fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si nõ lædat, vel occidat. ¶ Pari modo intelligatur quicunquè hu-

iuscemodi pensato maleficio auxilium dederit, consiliumve, quamuis etiam is manus ad opus non extendat.

Quicunq; sciens aliquem velle cōmittere homicidiū, vel aliud delictū, pro quo veniat imponenda pęna mortis naturalis, eū receptauerit antè commissum delictū, vel aliter sciēs ad id auxiliū præstiterit, puniatur ea pęna, qua principalis puniendus esset. ¶ Receptans autem sciens post delictū puniatur pœna centum aureorum, vel trium ictuum funis, & grauiori, arbitrio Principis, uel Senatus. ¶ Si quis uerò auxilium in rixa ad delicta præmissa committenda dederit, puniatur arbitrio Iudicis iuxtà qualitatem facti.

Si quis verò auxilium &c. Qua pœna is plectendus sanxit Senatus anno 1583. die 7. Maij. f.78. in prima addit.

Si quis ex proposito aliquid fecerit, ut ex eo sequatur abortus, ubi fœtus sit animatus, puniatur pęna ultimi supplicij, & confiscationis bonorum. Quod si fœtus non sit animatus, puniatur secundū qualitatē facti arbitrio Principis, uel Senatus. ¶ Vbi uerò non ex proposito, ex quo sequatur abortus, sed alio modo aliquid fecerit, propter qđ abortus sequut⁹ sit pęna arbitraria, ēt usq; ad mortem: arbitrio Senatus puniendus est.

Iudæus carnali copula mulierem Christianam cognoscens capite puniatur, ita quòd moriatur, & eius bona confiscentur. ¶ Idem seruetur in Christiano Iudæam cognoscente. ¶ Mulieres uerò arbitraria pœna puniantur.

Mulier adulterium committens, puniatur secundum formam iuris municipalis: & ubi eo cautum non sit arbitrio Principis, uel Senatus punienda est.

Parentes filiā prostituentes, & quilibet eorum, uirgis cedātur, & etiam grauiori pęna, arbitrio Principis, uel Senatus puniantur.

Matrimonia clandestina esse non debent; sed cum interuentu parentum, & affinium vtriusq; partis facienda secundū antiquas, & bonas consuetudines. Verùm innotuit multa clādestinè in hoc dominio fieri. Ideo huic morbo occurrentes, san-

ſancitum eſt, neminem operam dare debere, vt puellæ nobiles minoris ætatis annorum decem octo, (quæ tamen viduæ non ſint) ſponſalia, vel matrimonium tractent, vel de facto contrahant, ſine licentia patris, & matris (vbi tamen mater ad ſecunda vota non tranſiuerit) & in ſubſidium, duorum ex proximioribus agnatis ſanguine coniunctis; & in eorum defectum, cognatis. Quòd ſi contrafactum fuerit, maritus dotē non lucretur, nec ante nuptialem donationem, nec quicquid aliud ex bonis, vel iuribus ipſius vxoris, virtute cuiuſcunquè contractus, vel vltimæ voluntatis, aut iuris municipalis, etiā quòd ex poſt conſenſus parentum, vel agnatorum, aut cognatorum acceſſerit. ¶ Idem habeat locum in muliere maritum filiumfamilias ducente, minorem annis viginti ſinè conſenſu patris. ¶ Omnibus prohibitum eſt in huiuſcemodi clādeſtinis matrimonijs ſe intromittere, vel intereſſe, ſine conſenſu parentum, & vt ſuprà, nec eos clandeſtina matrimonia contrahentes hoſpitari, ſub pœna aureorum ducentum, & alia grauiori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Notarij contractus aliquos in præmiſſis, uel occaſione præmiſſorum conficere non poſſint, ſub pœna priuationis officij, & alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus imponenda.

Carnali copula cognoſcens monialem profeſſam, incedētem tamen in habitu, in monaſterio, ſiuè extrà monaſterium, capite puniatur, ita quòd moriatur. ¶ Cuicumquè etiam layco interdictum eſt ſinè Epiſcopi, uel ſuperioris licentia ſpeciali, monaſterium monialium ingredi, de die, nec de nocte, ſub pœna aureorum centum pro prima vice; pro reliquis, pro qualibet earum in ducentis aureis condemnetur: & ictibus tribus eculei plectatur, pœnaquè prædicta pecuniaria pro duabus partibus Fiſco, pro tertia accuſatori cedat, & ſi quis monitus iterato acceſſerit, puniatur pœna cōfiſcationis bonorū, & etiam grauiori, arbitrio Principis, uel Senatus, iſq;

accuſator ſecreto tenebitur, ſi voluerit. ¶ Eademquè pœna tenebitur, qui ſinè ſuperioris licentia, monialem hoſpitio accipiat, vel in domo teneat.

Quicunquè enſem, vel gladium animo aliquem offendendi, ad præſentiam Principis enudauerit, capite puniatur, ità quòd moriatur, & bona omnia confiſcentur. ¶ Si verò id actum fuerit in loco vbi Princeps habitat, & exindè percuſſio cum ſanguine facta fuerit, eadem pœna puniatur, vbi vero ſanguis non exiuerit, etiam ſi delictum conſummatum non fuerit, ei manus, in qua magis poteſt, abſcindatur. ¶ Si autem quis in curia, in qua Senatus, & cæteri Magiſtratus reſident, & in platea, quæ è regione curiæ eſt, enſem, vel gladium enudauerit, & percuſſionem cum ſanguine fecerit, amputetur ei manus, in qua plus poteſt. Si verò non percuſſerit, amputanda ei manus eſt, in qua minùs poteſt. ¶ Quicunquè verò in præmiſſis locis, ſinè armis, pugno, vel manu, aliquem percuſſerit, & ſanguis exiuerit, ictibus tribus eculei plectendus eſt, & carceri per menſem mancipandus, & alia grauiori pœna, ſecundùm eorum locorum qualitatem, arbitrio Principis, vel Senatus, puniendus. Si ſanguis autem non exiuerit, ictibus duobus funis, & alia grauiori vt ſuprà plectẽdus eſt. ¶ Vbi autem fuſte, baculo, vel lapide, aliquem percuſſerit, & ſanguis exiuerit, præmiſſa pœna duplicanda eſt, & pari modo duplicanda eſt, ſi ſine ſanguine id factum ſit.

Abutentes armis, ſi fuerit de die, condemnetur in tribus aureis, ſi de nocte, duplicetur pœna.

Sodomitæ, tàm agentes, quàm patientes, igne cõburãtur.

Sodomitæ cauſa non eſſe bona confiſcanda decreuit Sen. anno. 1563. 14. Iulii. fo. 20. in prima addit.

Si quis fecerit robariam pecuniæ, vel rei valoris excedentis dimidiam vnius aurei, extrà ciuitatem, vel burgos, villasvè, & caſſinas ac domos habitatas, furcis ſuſpendatur, ità quòd moriatur, ſi vero fuerit minoris quantitatis, puniatur arbitrio Iudicis, in ære, vel perſona, conſiderata qualitate perſonarum,

&

& delicti. ¶ Si verò robariam fecerit, in ciuitate, burgo, villa, cassina, aut domo habitata, pecuniæ, vel rei excedentis summam quinq; aureorũ furcis suspendatur, ità quòd moriatur. A dicta summa infrà, puniatur pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria pro prima vice citrà mortem, pro secunda verò, vel pluribus, etiam vsquè ad mortem inclusiuè. ¶ Et quia per statuta ciuitatum, & locorum cautũ est, quòd communia teneantur ad resarciendum damnũ, vbi delinquens nõ reperiatur, & quibusdã alijs casibus, ideo sancitum est, quòd cõmunia prædicta, non teneantur ad resartionem damni in his, quæ tempore belli committentur, vel quando alias per homines ipsorum communium resisti non potest.

Quicunquè fecerit, vel fieri mandauerit cartam falsam, vel acta publica falsa, vel falsificauerit, aut falsificari mandauerit, cartam, vel condemnationem, aut attestationes, vel confessionem, aut testes, vel acta publica; vel alias scripturas, in toto, vel pro aliqua parte, super quantitate, re vel iure non excedẽte quantitatem aureorum viginti, condemnetur pro prima vice in quadruplũ, & per triduũ continuum mitra vinctus producatur in publicum. ¶ Pro secunda vice sit pœna amissionis manus, & pro tertia ignis. ¶ Ab aureis viginti vsque in quingentos auri, pro prima vice sit pœna amissionis manus potentioris, pro secunda ignis. ¶ Si quingentos aureos excedat, sit in arbitrio iusdicentis reum condemnare, pro prima vice, in amissione manus vel ignis, inspecta qualitate facti, & personæ, pro secunda verò vice omninò sit pœna ignis.

Si quis falsum testimonium dixerit, vt aliquis condemnetur in causa criminali, puniatur ea pęna, qua puniendus esset ille contra quem falsum testimonium dixerit, si delictum, de quo imputatus erat commisisset, modò pœna minor non sit, quàm linguæ abscisionis. ¶ Vbi verò pecuniaria pœna mulctandus esset, is testis mitra vinctus producendus est in publicum,

Testẽ falsò ad defensam deponentẽ duobus ictibus funis publice plecti iussit Senatus anno 1593. die 29 Ianuarij in ord. nou. f. 18. in 2. addit.

blicum,& lingua priuandus. E conuerso si quis in causa criminali falsum dixerit, vt quis nocens absoluatur, puniatur illa pœna, qua ille puniendus erat, vbi corpus afficiat, sin minùs, si pecuniaria sit, priuetur lingua. ¶ Eisdem pœnis teneantur, qui scienter,& dolosè in causa criminali falsum, vel falsos testes produxerint, vel eis scienter,& dolosè vsi fuerint, poteruntquè interrogari, si velint vti dictis testium, vel testibus, & interrogati, ad terminum per Iudicem statuendum, respōdere teneantur. Quòd si non responderint, habeantur perindè, ac si nollent vti. ¶ Vlteriùs testis falsum dicens,& eum scienter vt supra producens, insolidum teneantur, vnica tamē solutione sufficiente, realiquè & personali actione, ad resarciēdum damnum,& interesse causatum ex causa præmissa. ¶ Si quis verò falsum dixerit, vt quis absoluatur, vel condemnetur, in causa ciuili, amputetur ei lingua, eademquè pœna tenebitur producens, & vt supra; & quilibet eorum insolidum tenebuntur ad satisfactionem damni. ¶ Punientur etiam iisdem pęnis, qui solicitauerint, aut operam dederint, vel consilium, vt quis testimonium falsum dicat.

Omnibus ciuibus,& incolis ciuitatum,& locorum Dominij, quacunquè dignitate fulgeant, interdictum est, ne per se, vel per alium, directè, vel per indirectum creari se faciant ciuem, incolam, vel brugensem, socium, confęderatū, aut subditum, aliarum ciuitatum,& terrarum, huic Dominio nō suppositarum, neque etiam in eis ascribi. Quod si etiā motu proprio fiat, huiuscemodi priuilegium acceptari non possit, nec etiam eo vti, sinè diplomate Principis vel Senatus, sub pœna arbitraria Principi, in quam huic constitutioni contrafacientes, ipso iure,& facto, incurrant.

Omnis qui à Principe stipendium habet, si ab aliquo oretenùs, vel in scriptis requiratur, ad finem, vt se abdicet à seruitijs Principis, vel stipendijs, aut fidelitate, vt conducatur ad

alia

alia stipendia, vel seruitia, teneatur id notificare Principi, vel officialibus, ad finem, vt ad eius notitiam deueniat;& eo amplius, vbi tractetur de interesse Principis, requirentem capere, si possibile erit, nec sinè licentia Principis relaxare, sub pœna arbitraria Principis, vel Senatus, imponenda. ¶ Sub eademquè pœna omnibus, siue incolis, siue non, siue subditis, siue non, interdictum est, requirere, vel temptare aliquem vt remoueatur à seruitijs, stipendijs, fidelitate, obedientia, reuerentia, vel subiectione Principis.

Nullus fossam Ciuitatis Mediolani, nec aliarum ciuitatũ, locorumvè munitorũ, de die nec de nocte trãseat, nisi per portas cõsuetas, sub pœna aureorũ ducentũ, vel trium ictuũ funis, arbitrio Principis, vel Senatus, secundum casuum qualitatẽ.

Si quis non prouocatus nullavè contumelia affectus, verbo, uel facto, Doctori de Collegio cuiusuis ciuitatis, ex causa proueniente ab exercitio muneris Doctoratus, iniuriam intulerit, quicunquè is fuerit, puniatur, vltrà alias pœnas à iure comminatas, in aureis ducentum, pro medietate Collegio illius Doctoris,& altera Fisco applicanda, vel in ictibus tribus eculei,& in hoc credatur doctori cum vno teste fide digno; possitquè contra hos procedi, tam ad offensi querelam, quàm Collegij,& etiam ex officio, per quemcunquè Iudicem causarum criminalium. ¶Imputatus audiendus, non est, nisi se constituat, & non minùs in carceribus iusdicere tenetur, ac si imputatus esset pro alio delicto, ex quo pœna sanguinis esset imponenda. ¶ Si verò huiuscemodi iniuriam non prouocatus vt suprà,& ex causa proueniente à patrocinio causarum, in aliquem causidicum de Collegio Notariorum cuiusuis Ciuitatis huius Dominij intulerit, puniatur in aureis quinquaginta, pro medietate Fisco,& altera Collegio illius causidici applicanda, vel in pœnam corporalem, arbitrio Senatus. Pariquè modo procedatur, vt de doctore supradictum est.

T Offi-

Officiales condemnati ex aliqua violentia, extorsione, seu alio delicto in officio exercendo commisso, vel eius officij causa, in posterum ad aliquod officium non admittantur. Qd si placuerit principi admittere, id fiat per diploma manu Principis signatũ, in quo specificè exprimantur causæ condemnationis, nec alio modo impetrare possint officia, sub pęna priuationis officij, & confiscationis bonorum omnium, ipso iure, & facto, quæ si aureos centum non excesserint, carceri per annum includendi sunt.

Non potest creari ciues, nisi ea lege, quòd vbi bona immobilia acquisiuerint teneantur habitare ex ordine Senatus edito anno 1557. die 39 Maij. f. 50. in prima addit.

Collegijs, Vniuersitatibus, & denique omnibus, cuiusuis status, & conditionis sint, interdictum est, per se, vel per interpositas personas, directè, nec per indirectum, vendere, nec alienare, nec etiam per quamcunquè vltimam voluntatẽ expressam, aliquã rem immobilem alicuius Territorij huius Dominij mediatè, vel immediatè nobis subditi, nec annuum redditum, aut eorum vsumfructum, in personam huic Dominio non subditam, sub pœna amissionis rei, sic venditæ, vel alienatæ, vel precij eiusdem, bonaquè res, & precium ipso iure, & facto, in Fiscum perueniant, cõtractus, & alienationes non valeant, sintquè nullius momenti. ¶ Notarij contra formam præsentis constitutionis instrumenta rogare non audeant, sub eadem pœna. Quam si soluendo non erunt, puniẽtur in personam, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Per hanc tamen sanctionẽ non prohibetur, quin in contractibus faciendis inter subditum, & nõ subditum, hypotheca constitui possit. ¶ Non prohibetur etiam non subdito accipere bona debitoris sui insolutum, vel ab eo, vel à Iudice, dummodo intra annum subdito vendat, alioquin Fisco applicentur. ¶ Si cõtingat contrà, vel præter hanc constitutionem, per Principẽ, vel Senatum, dispensari, hæ dispẽsationes intrà decem dies apud Quæstores Extraordinarios registrari debent, alias nullius sint momenti. ¶ Eo amplius sancitum est, quòd non subditi huic

Do-

Dominio alicui subdito ab intestato succedere non possint.

Decuriones, aut alij, rebus Communitatũ huius Dominij administrandis præficiendi, eligantur probitate integritatequè idonei, nulla factionum habita ratione. Quod si secus fiat, electio sit nulla, puniènturque eligentes pœna arbitrio Principis, vel Senatus, imponenda, aliqua consuetudine (quæ potius corruptela dicitur) non obstante, & etiam iure municipali. Et eo amplius sancitum est, quòd vnus ex eis non possit sui loco subrogare alium; sed ad omnes subrogatio pertineat.

Si quis in tantam temeritatem proruperit, vt ausus fuerit, per se, vel alium, directè, vel per indirectum tentare, seu corrumpere officiales, vel iusdicentes huius Dominij, puniatur in pœna aureorum ducentum, vel trium ictuum funis, arbitrio Principis, vel Senatus.

Qui fallacibus ludis, & subdolis artibus euellunt, & quodãmodo rapiunt ex imperitorum manibus, pecunias alea luden tes, vel alio genere ludi, in quibus fallacias adhibent, item res vendentes adeò artificiosè, vt præciosas, quæ viles sunt, & pau ci valoris, (qui vulgo barri dicuntur) puniantur pœna pecuniaria, vel corporali, arbitraria pro qualitate, & modo delictorum, & non solum ipsi, sed ipsis dantes ad præmissa auxiliũ, aut consilium.

Prohibitũ est omnibus impedire, vel impediri facere executiones, quacunquè causa criminali, ex qua pœna corporis infligi posset, concessas per officiales quomodocunq; nec his, contrà quos esset concessa executio, dare auxilium, sub ea pœna corporali, qua imputatus detinendus puniendus erat, si im putatio vera esset. ¶ Quòd si id fieret pro causa ciuili, vel pecuniaria, etiam criminali, est pœna trium ictuum eculei; aut ducentorum aureorum, Fisco applicandorum, & hoc vltrà dãna, & interesse. Volumus tamen, quòd si maior pœna à iure communi imposita sit, illa seruetur, procedaturq; in præmis-

Ad depositionem vnius testis vltra familiæ relationē procedi posse contra impedien. executionem decreuit Senatus anno 1585. die 30. Martij. fol. 14 in secunda addit.

Condemnatos in pœna corporali pro delacione armorū prohibitorum iuxta formam proclamationum nō posse molestari sub prętextu arbitrij sibi reseruati à Principe in proclamationibus, declarauit Senatus anno 1597. die primo Aprilis in ord. no. fol. 14. in secunda addit.

Modo in executionibus &c. Idem statuit Senatus anno 1583 die 10. Februarij in nou. ordin. fol. 6. in secunda add.

sis per iusdicentes; modò in executionibus faciendis sit seruata forma ex aliis constitutionibus tradita.

In hoc Mediolanensi Dominio, nemini licet, siuè is subditus sit, siuè non, aliquem litteris, nuncijsvè, aut aliō modo ad duellum inuitare, vel prouocare, faciendum in Dominio, aut extrà Dominium, vel ad dictum finem in locis publicis, vel priuatis, litteras prouocationis affigere, vel affigi facere, sine licentia Principis, vel Locūtenentis, sub pœna capitis, ita quòd moriatur, & confiscationis bonorum. ¶ Qua etiam pœna teneatur quicunquè subditus, qui aliū Principem, vel rempublicam adiuerit, vel impetret locū duelli cū aliquo alio subdito, vel non subdito commorante in hoc Dominio. ¶ Et non solùm præmissi eis pœnis tenebuntur, sed etiā prouocatus, qui sine licentia Principis, vel Locumtenentis prouocationem, siue litteris, siue verbo factā acceptauerit; & hi qui litteras prouocationis præsentabunt, vel affigent aut oretenus alieno nomine aliquē requirēt, vel his ad id auxiliū, & cōsiliū dederint.

Non fiant ligæ, vniones, confœderationes, sectæ, & conuēticulæ, coniurationes, conspirationesvè, sub pœna corporali, vel pecuniaria, vsque ad mortem, arbitriò Principis, vel Senatus. Qua pœna etiam teneantur participes, nec non auxilium, & consilium, ad id dantes.

Causidici, & Notarij falsum committentes, si Principi placuerit eos in gratiam admittere, & à crimine liberare, ac ad pristinos honores restituere, nunquam restituti intelligantur ad officium causidici, vel tabellionatus. ¶ Hi quoque si palā, vel occultè, directè, vel per indirectum, fęnerati fuerint, priuentur officio tabellionatus, & causarum dicendarum, & ita priuati ampliùs restitui in pristinum non possint, & vbi restitutio fiat, non valeat, & pro nulla, & infecta habeatur.

Si Aduocati, Causidici, Notarij, & solicitatores, facient pactum de quota litis, applicetur res, & rei pretium Fisco. Et si

pe-

pecuniam facti fuerint, tantumdē pecuniæ per eos Fisco persoluendum erit. Et vlteriùs in aureis centum versus Fiscū cōdemnabuntur, & etiam in persona, arbitrio Principis, vel Senatus, & criminaliter procedetur. ¶ Præmissi cum cliente per mensem vnum antequàm patrocinium litis summant, nec durante lite, nec post finitam litem, per semestre, contrahant sinè licentia Principis, vel Senatus. Quòd si contrafecerint, cōtractus sint nulli, & incurrant pœnā amissionis rei, super quā contractum fuerit, à contrahentibus exigendam.

Si quis ausus fuerit Doctori, Magistratui, vel Cōmissario, coram quo litem habeat; minas inferre, incurrat pęnam aureorum centum, Fisco applicandam, totiens, quotiens contrafecerit, & grauiorem etiam arbitrio Principis, vel Senatus.

Si quis arma prohibita ferat, vel vltrà solitā familiam aliquos cum omnis duxerit coràm Doctore, Magistratu, vel Cōmissario eo die, quo sententia ferrenda est, & ad locum vbi ferrenda est sententia, incurrat pœnā ducatorū centum pro armis, quæ ipse portauerit. ¶ Quicumquè cū eo fuerint cum armis, pęna aureorum decem pro quolibet eorū teneantur, qui si soluendo non fuerint, ea pœna insolidū à principali exigenda est. Huius pęnæ duæ partes Fisco cedāt, reliqua accusatori.

Sancitum est, quòd ne quis Magistratus alicuius ciuitatis, vel terræ, vel quis ex communi opinione, & fama, reputatus ex potentioribus ipsius Ciuitatis, vel Terræ, audeat, per se, nec per interpositam personam, directè, nec per indirectum conducere Notarias, maleficiorum, vel damnorum datorū exercendas, vel custodias carcerum, nec participare cum conducentibus, sub pœna quinquè centum aureorum, Fisco applicanda pro quolibet, & qualibet vice, credaturquè accusatori, cum iuramento, & vno teste fide digno, lucrabiturquè tertiam partem pęnæ, & secretò tenebitur, si voluerit.

Seuerè puniendi sunt hi, qui salutis æternæ immemores, Deum,

Imputatum de delatione armorum prohibitorū post decessum Gubernatoris, & antequā publicentur cridæ confirmatoriæ in loco delationis, nō esse molestandum cēsuit Senatus an. 1586. die 27. Iunij in ord. nou. fo. 18. in secunda addit.

Venientem ex itinere cum armis in vrbe deferri vetitis non esse molestandum statuit Senatus an. 1595. die 24. Ianuarij in or. nou fol. 18. in secunda addit.

Pœnas dicentium al Dispetto di Dio, al dispetto della nostra Donna, Puttana di Dio, vide in ord. nou. Senatus anni 1551. 3. Ianuarij fol. 19. in prima addit.

Deum,& Gloriosam Virginem Mariam, Sanctosque conuitijs, & contumelijs, multis modis afficiunt. Ea propter sancitum est, hos blasphemos, & maledicentes, Deo, Virgini Mariæ,& sanctis, seu alicui, ex eis verbo, vel facto,& siue id faciāt irati, seu non,& in loco publico fiat, hoc modo esse puniendos, pro prima vice, in aureis decem, pro secunda, in aureis viginti, quos si intrà triduum non soluerint, virgis cedantur vel ictibus tribus eculei, pro tertia vero vice lingua secanda est. ¶ Intelliganturque loca publica hæc esse, Ecclesia, Platea, Via publica, Hospitium, Apotheca, vel alius locus etiam priuatus, in quo congregent se homines ad quoduis negocium, modò tamen sint numero quatuor vltrà familiam illius, cuius is locus est. ¶ Si verò in priuato factum fuerit, pro prima & secunda vice, medietate dictæ pœnæ puniendi sunt, pro tertia verò in aureis viginti. Quod si intrà triduū non soluerint, pœna corporali qua suprà puniendi erunt. Quod si reiterauerint, puniantur hi blasphemi pęna vltimi supplicij, vel triremium, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Eo ampliùs iusdicentibus permissum est, quòd si eis in quolibet casuum præmissorum atrox blasphemia, vel conuitium, visum fuerit, Senatum consulant, qui secundum qualitatem casuum dignam pęnam,& maiorem imponet. ¶ Mercatores,& qui artificiū exercent,& domini, qui famulos habent, & audiuerint aliquē vel famulū, vel artificem blasphemare, intrà vnam diem expellant,& item Iudici deferant, alias eisdem pœnis, quibus delinquentes, teneantur. ¶ Prohibitum est etiam, ne quis permittat in eius domo publicè ludere (vt vulgo dicitur à zarro) nec alio modo in Ludis prohibitis, sub pœna contrafacientibus,& ludentibus, ictuū trium eculei. ¶ Sacras autem imagines Dei, Virginis Mariæ, vel Sanctorū, percutientes vel cū iniuria deturpantes quomodocunquè manu destra, vel sinistra; in qua sint magis potentes, priuentur, & secundum qualitatem casus

gra-

grauiori pęna plectendi sunt, arbitrio Principis, vel Senatus, & hoc pro prima vice; in vlteriori autem, pœna ultimi supplicij, uel triremium, arbitrio utsupra puniantur. ¶ Antiani Parrochiarum, & Consules Terrarum, & locorum, qui prædicta in præsenti Constitutione cōtenta audiuerint, uel ab alijs intellexerint, teneantur sub pęna priuationis officij, & aureorum decem denunciare Iudici illius loci, in quo crimen commissum est. ¶ Iudices Mediolani super præmissis erunt Prætor, & Capitaneus Iustitiæ, in alijs Ciuitatibus, & locis, Prætores, & Iudices ordinarij: qui in prædictis criminaliter procedent, & ex officio, & prout in delictis; in quibus pęna sanguinis ingeritur procedi solet, & animose procedant, causasque intra mensem expediant, sub pęna soluendi pęnam ex suo ęre proprio, & alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Notarij eorum diligentes sint in præmissis, aliàs in eorum syndicatu, ratio habebitur, & de negligentia punientur, ac si delicta præmissa commisissent. ¶ Eo ampliùs Mediolani Notarij notificare intrà vnam diem necesse habent deputatis Sanitatis, quærelas, & denuntias eis porrectas, sub pęna quadrupli, & suspensionis ab officio per annum & in alijs ciuitatibus, & locis, deputatis illorum piorū locorū, quibus pęna applicanda est. ¶ Harum autem pęnarum in pecunia consistentium, medietas accusatori, alia medietas Mediolani officio Sanitatis cedet, & in alijs Ciuitatibus, & locis, illis locis pijs, quibus per Præsidentes Ciuitatum & locorum ordinatū erit esse applicādas. ¶ Accusatores secretò tenebuntur, & dictū præmium cōsequentur, ità demùm si intrà quindecim dies quærelam, vel denuntiam deferant, Quæ vltrà eū terminū deferri non possint. ¶ Sancitum est, in Ecclesia maiori Mediolani, & in alijs Ciuitatibus, & terris męnijs, vel vallo circundatis, in principalibus Ecclesijs capsam vnā clausam poni debere, cuius claues Mediolani erit penes deputatos Sanitatis Mediolani, in

Vide quod statuit Senatus circa exequutionum condēnationū factarū pro blasphemia in ord. nou. an. 1559. 17. Iulij f. 19. in 1. addit.

alijs

alijs penes ad id Præfectos, licitumque sit omnibus scriptulũ in ea capsa deferre, in quo contineantur nomina, & cognomina prædicta comittentium, dies, & locus commissi delicti, nomina, & cognomina testium. Habebunt medietatem pœnarum de quibus supra. ¶ Teneanturquè deputati singulis tribus, eam capsam aperiri facere, & videre an aliquam delata sint, ad effectum, vt iusdicentes secundum hanc constitutionem procedere possint.

Eruẽs oculũ alicui, vel faciem aliquomodo deturpans, vel membrum abscindẽs, vltrà pęnas à iure municipali irrogatas, puniatur grauiori pęna, etiam corporali, arbitrio iusdicentis.

Si quis cum duabus mulieribus matrimonium contraxerit, puniatur in quinquecentum aureis Fisco applicandis, vel in tribus ictibus eculei, & alia grauiori pęna, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus.

Si quis incendium posuerit, vel poni mandauerit in domo, vel loco habitato, puniatur pęna capitis, ita quòd moriatur, & confiscationis bonorum. ¶ Si verò id factum fuerit in domo, vel loco inhabitato, puniatur in quadruplum damni, de quo stetur iuramento damnum passi, præuia tamen iudicis taxatione, & etiam alia pœna grauiori, usque ad mortem inclusiuè, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Si quis autem ponat incendium in aliqua re, etiam sua; incendiumquè in alieno vagauerit, puniatur (vltra damnum, de quo stetur iuramẽto damnum passi, præuia taxatione vt supra) arbitraria pęna, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus, secundùm facti qualitatem, per detentionemquè procedi possit.

Faciens vt quis euadat è carceribus, puniatur ea pęna, qua carceratus puniendus erat, si pro delicto, pro quo erat imputatus, condemnatus esset. ¶ Si quis autem aliquid fecerit, propter quod ipse è carceribus euadat, puniatur pęnis à iure communi statutis.

Nul-

Nullus corporaliter puniatur, nisi ex præsentibus constitutionibus, vel statutis ciuitatum, & locorum (à Principe tamen approbatis) caueatur, nec extrà illos casus quis puniri possit corporaliter inconsulto Principe, vel Senatu.

Nullus officialis reos detentos Senatu inconsulto, absoluat, vel condemnet in casibus, in quibus pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, aut confiscationis bonorum, sequi potest. ¶ Quòd etiam ad officiales Feudatariorum extēditur. ¶ Hæc tamen constitutio non pertinet ad iam condēnatos, nam hos, cùm in eorum potestatem peruenerint, absq; eo quòd in Senatu referant, punire poterunt.

DE MVLCTIS.

MVlctæ, si ad instantiam partis factæ fuerint, ad Cameram non transmittantur, nisi parte instante. ¶ Omnique casu irritæ sint, casu quo inobediens antè earum transmissionē paruerit.

Non possit appellari à mulcta, sed à præcepto cominante mulctam, modò id tempore debito fiat. ¶ Possit tamen à mulctis recursus haberi ad Senatum, iuxta aliarum constitutionum formam.

DE CVSTODIA REORVM.

DEtenti ex causa debiti non possint retineri in alijs carceribus Mediolani, quàm malæ mansionis: & in alijs ciuitatibus in carceribus Communitatum, nisi appareat carceratos aliter voluisse.

Nulli officiales quicquàm extorquere possint directè, nec per indirectum, à carceratis. ¶ Nec etiam Vicarij generales du

rante eorum officio, tempore eorum syndicatus id facere possunt, sub pœna quadrupli ipso iure, & facto Fisco applicanda, & custodibus, & officialibus carcerum ictuum trium eculei.

Si aliqui in carceribus Capitanei Iustitiæ, vel alijs carcerib⁹ ꝑ impēsa tantū retineātur, Mediolani ad carceres malæ mansionis transmittātur, & in alijs ciuitatibus, ad carceres cōis.

Nullus custos carcerū, nec alius pro eis deputatus possit, nec valeat, accipere, consequi, nec habere, directè, nec per indirectum, ab aliquo carcerato pro introitu, exitu, consignatione, clauibus, compedibus, cippo, ligatura, lecto, vel aliter qualitercunquè præter expensas cibi, & potus, nisi tātummodo solidos quattuor imperialiū, & pro custodia cuiuslibet diei denarios sex, in quibus computetur dies consignationis, saluò ꝙ custodes carcerum Capitanei Iustitiæ pro prædictis introitu, & exitu, duplum accipere possint. ¶ Contrafacientibus pœna est aureorum decem Fisco applicanda pro quolibet, & qualibet vice; de qua contrafactione credatur ipsi carcerato, cum vno teste fide digno. ¶ Executio contrà prædictos fieri possit per quemlibet Iusdicentem; & eam facere teneantur, sub pęna aureorum decem, Fisco applicanda, & ab eis durante officio auferenda.

Si Prætores, & Iudices carceratā mulierem, etiam volentē, carnali copula cognouerint, incident pęnam priuationis officij, & grauiorem, arbitrio Principis, vel Senatus. ¶ Custodib⁹, & alijs officialibus id facientibus, pœna est trium ictuum eculei, & alia grauior, arbitrio Principis, vel Senatus.

DE IVRE, ET PRIVILEGIO FISCI.

OMnia bona & iura quorumcunquè debitorum Fisci, eorumq; fideiussorum, sociorum, participum, & cuiuslibet eorū, sint insolidū Fisco obligata, & hypothe-

thecata, ac si obligatio, & hypotheca fuissent, legitimè contractæ, in eaq; accedant ea omnia quæ in obligatione generali non veniunt, habeatq; Fiscus facultatem præmissorū bona propria auctoritate, apprehendendi sinè Iudicis auctoritate. ¶ Non possit tamen Fiscus, si ex eo iure cesso agat, vti nisi iure cedentis. ¶ Socij autem, & participes hi intelligantur, qui in vectigalibus, & eorum licitationibus quouismodò participauerint, aut ea vectigalia exercuerint, in toto, vel in parte, ad cōmodum, & incommodū proprium. ¶ Nulla facta excussione immediatè executio realis, & personalis fieri possit contrà quēlibet præmissorū, & eorum bona insolidū, ac si bona, eorumque possessio, tenutavè, essent penes principales debitores,

Statutoq; priùs termino competenti arbitrio Magistratus Ordinarij, principali debitori ad soluendum, vbi non soluerit debitor, teneantur Quæstores propria auctoritate, nulla facta excussione contrà bona principalium debitorum, possessionem bonorum immobilium huiuscemodi debitorū, sociorum, & participum, apprehendere, superindèquè publica documenta confici facere. ¶ Hisq; confectis, bona ipsa, & iura, ad cridas ponere, iuxtà formam aliarum constitutionum de bonis Fisci ad cridas ponendis disponentium, & iuxta earum formam (vt vulgò dicunt) liquidationes facere. A sententijsq; superindè per eos proferendis appellari, querelari, nec etiam supplicari possit, nec in integrum restitutio peti. ¶ Licitum tamen semper debitori erit, vel illi, cuius bona erunt, nedùm in termino per edictum ad contradicendum, statuto, sed in tempore ad liquidationem faciendam ex constitutionibus dato, soluto debito Fisco, vna cum expensis factis occasione appræhensionis bonorū, ea bona redimere, & eo casu bona cum fructibus per Fiscum relaxentur. ¶ Necesse habet Fiscus post factas liquidationes, si bona appræhensa fuerint

maioris precij,& debitum excedentia, facta eorum extimatione, ea,quæ supererunt,domino relaxare, vnà cum fructibus. ¶ Si autem bona mobilia,vel se mouentia,aut ea, quæ seruando seruari non possunt,huiusce modi debitorum,nomine Fisci capta,vel pignorata fuerint, Quæstores, quorum iussu id factum fuerit, per edictum omnes moneant,vt prætendentes ius in ipsis,vel super ipsis bonis,infrà terminum,per eos,inspecta qualitate facti, limitandum(modò mensem non excedat) compareant, & in scriptis iura deducant, superquè deductis summariè,simpliciter,& de plano, sine strepitu, & figura iudicij,sola facti veritate attenta,iustitiam faciant,vtsuprà. ¶ Nemine autem comparente, bona licitentur, plusquè offerenti dentur,pretio Thesaurario persoluendo, & debitori computando. ¶ Bonis autem fideiussoris, vel alicuius pro debito alterius,in toto,vel pro parte,nomine Fisci subhastatis, ipso iure huius sanctionis virtute intelligatur datus regressus contrà principalem,vel illum,pro quo bona subhastata fuerunt,tam quo ad capturam personæ,quàm quo ad bona,ac si contra eũ, & bona sua,à Fisco solemnem cessionem haberet. Et quilibet Iudex in præmissis ius faciat summariè,simpliciter, & de plano,sine strepitu,& figura iudicij, sola veritate inspecta, vsquè quo integrè eidem satisfactum erit,tam de quantitate precij bonorum subhastatorũ,quàm damnorum,interesse, & expensarum. ¶ Bonaquè illius intelligantur esse, & sint ei obligata sicut Fisco,qui subhastauit. ¶ Prædicta autẽ omnia fieri posse sancitum est quolibet die,etiam feriato,exceptis ijs qui in honorem Dei,& Sãctorum introducti sunt. Et hoc amplius,vbi periculum est in mora, appræhensiones, capturas personarũ, sequestrationes,contestationes, & deposita, de bonis debitorum Fisci fieri posse cautum est,etiam dictis diebus feriatis in honorem Dei.

Hi verò qui in terminis in memorato edicto annotatis cõpa-

pa-

paruerint,teneantur ad omnem Fiscalium petitionem,libros rationum suarum,vel eorum in quorum locum successerunt, in termino per Quæstores statuendò exhibere. Quòd si nõ exhibuerint,vel legitimam causam non adduxerint,quare nõ exhibeant,vel per Fiscum verificatum fuerit, instrumenta pducta esse vltrà veram sortem,vel instrumenta,aut iura producta esse fictitia,aut simulata,vel falsa, hi ipso iure, & facto, ab omni iure cadant,ratione dictorum bonorũ eis competente.

Id etiam ampliùs,comparentes pręmissi, & iura producentes,seruare habent,vt post primam comparitionem iurent in hanc formam,per se,vel ad id speciale mandatum habentes, Quòd in veritate ipsam comparitionem, ac iuriũ productionem non ferunt, nec faciunt per malitiam, nec in fraudẽ, sed credentes iustam fouere causam,& quòd instrumenta, & iura producta sunt vera,nec ficta,nec simulata,& quòd eorum causa sunt veri creditores, in toto, vel pro parte,partem exprimẽdo.¶ Quo iuramento omisso, comparitiones, & iurium productiones non valeant,& pro infectis habeantur.¶ Falsum autem scienter in prædictis iurantes non solùm à iure super dictis bonis competente, cadant; sed & ipso iure, & facto,absq; aliquo processu condemnentur in quadruplum valoris, seu extimationis eorum bonorum, quæ indebitè obtenturi fuissent,cuius pœnæ dimidia Fisco, reliqua accusatori cedat, habeanturquè semper periuri,& falsarij.¶ Sancitumquè est, ne post dictã appræhensionẽ bonorum,de dictis bonis, aut eorũ parte,aliqui contractus,distractus, instrumenta, vel quicquã aliud fieri possit,siue ad possessionem, siue ad proprietatem, pertineat,in præiudicium Fisci,vel habẽtium datum à Fisco. Quod si secus factum fuerit,sit ipso iure irritum, & inane.

Ius tertij sublatum esse nõ intelligatur per donationes, absolutiones,& quasuis concessiones,per Principem,tam factas, quam faciendas,quibusuis verbis conceptas.

Ab-

Absolutiones, liberationes, & abolitiones per Principē, tā factæ, quàm faciendæ, de quibusuis rebus, creditis, vel bonis, ad Fiscum spectantibus, non comprehendant credita, quæ Fiscus haberet, cum aliquibus Thesautarijs, Daciarijs, Gabellatoribus Salis, nec quæ cōtra alias personas, siue singulares, vel vniuersitates, haberet, occasione bonorū & rerū ad Fiscū spectātiū: sed tantū cōprehendat debita ex causa mulctarū, vel condemnationū pecuniariarum occasione, & pro delicto factatū, & hoc nisi de huiuscemodi re vel credito, in eis fiat specialis; & expressa mētio, cū huius sancionis particulari derogatione.

Nemini liceat capere, vel accipere indebite pecuniam, vel rem Principi, vel Fisco pertinentem, nec acceptam retinere, etiam si licite accepta foret, tamen restituenda, sub pœna quadrupli, in quam pœnam contrafaciens ipso iure incurrat. ¶ Hæc tamen constitutio non compræhendit personas ad id de publico deputatas.

Si quis vnam vel plures donationes fecerit bonorum suorum, vel partis eorum, quæ non sit minor dimidia, cuiuscūquè qualitatis existat, & post eam intrà duos annos animo deliberato delictum perpetrauerit, ex quo donantis bona confiscanda venirent, huiuscemodi donatio nullius sit valoris, & momenti, & pro nulla, & irrita habeatur, ad hunc dumtaxat effectum, vt bona donata ità in confiscationem veniant, ac si nulla facta fuisset Donatio.

¶ Nobiles quātūcunq; priuilegiati, & exēpti, & habentes merū, & mixtum imperium, non sint impedimento officialibus Principis prosequentibus Rebelles, Bannitos, vel condēnatos, aut delinquentes, cōpræhensos in constitutione Maioris Magistratus, vel debitores Fisci, & eorum bona; quinimò eis auxiliū & fauorem præstent, ac patientiam, & liberā facultatem ingrediendi eorū terras pro huiuscemodi hominibus detinēdis, & eorū bonis capiēdis, sub pœna indignationis Principis.

Lit-

Litteræ donorum, Remissionum, Indulgentiarum, Priuilegiorum, Ordinationum, Edictorum, Et gratiarum per Principem concedendæ, Senatui præsentari debent intrà annum à die earum concessionis, & per Senatum approbandæ, aut limitandæ, aut restringendæ, prout è re Principis, aut publica, esse cognouerit, quas si non approbauerit, nullæ sint, & inanes, ac si à Principe nunquàm concessæ fuissent.

Litteræ gratiæ nō concedantur, nisi facta condemnatione, vel nisi exprimant delictū cum qualitatibus ei adiunctis; huiuscemodiq; confessio habeat eundem effectum, ac si condēnatio sequuta esset. ¶ Non noceat tamen confitenti, nisi gratia obtenta sit. ¶ Et postquàm litteræ gratiæ concessæ erunt, impetrantes antè earum approbationem detineri possunt, & debent, & in eos agi, ac si gratias non impetrassent. ¶ Quòd si intrà annum approbationis detineantur ad corporalem punitionem deueniri non possit Senatu inconsulto.

Donationes, seu administrationes bonorum per Principē factæ vel faciendæ, antè condemnationem imputati, sint ipso iure nullæ. ¶ Post condemnationem, antè eorum bonorum liquidationem executioni non mittantur, nec effectum habeant, nisi fierent ipsi condemnato iam gratiam assecuto, vel eius ab intestato hæredibus.

Nullus Familiaris, Officialis, aut stipendiarius Principis, nullusvè Pater, Filius, Fratèr, vel fratris Filius, Socer, Gener; Ascendens, aut descendens cuiuslibet eorum, directè, vel per indirectum, conducat, uel conduci faciat, aliqua vectigalia Principis, eo inconsulto, & sinè eius speciali licentia, sub pœna confiscationis bonorum, & indignationis Principis. ¶ Quilibet accusare possit, dimidium confiscationis habebit, etiam si fuerit particeps, & secretò tenebitur, ita tamen si prius habita notitia non fuerit.

Habentes immunitates, & exemptiones, si eis aliquomodo abu-

abutantur in fraudem Fisci, ipso iure, & facto immunitatibus, & exemptionibus, priueutur, priuatiquè esse intelligantur. Contractusq; superinde facti, sint nullius valoris, & momēti.

Bona eorum, qui ob demerita notoria per manus iustitiæ necantur, propter quæ, si sequeretur sententia, veniret bonorum confiscatio, non minùs intelligantur, & sint confiscata, quàm si condemnatio præcessisset.

Vbi mors condemnationem delinquentis præoccupat non esse locū bonorum confiscationi, censuit Sena. an. 1553. die 11 Aug. fol. 25. in prima add.

Pro homicidio commisso extrà territorium in quo non confiscantur bona, non est locus bonorum confiscatione ex ordin. Sen. anni. 1548. diei 19 Decembris f. 25. in prima addit.

Omnium, qui in contumaciam, vel conuicti, condemnati erunt ad mortem, etiā si vltimo supplicio vita priuati fuerint; ex eo, quòd commisserint, vel committi mādauerint, aliquod ex his criminibus, scilicet, Læsæ Maiestatis, Fabricationis falsæ monetæ, Veneficij, Homicidij, Assassinamenti, Raptus Virginum, aut mulierum honestè viuentium, tam religiosarum, quàm non, Robariæ, Incendij domus habitatæ, Falsificationis, Aut falso mutationis sigilli Principis, Cancellariæ, aut Curiæ eiusdem. Item falsi circa instrumenta & scripturas Principis, inuasionis hostili more in dominium nostrum, & in vias publicas, & etiam alia delicta committentium, in quibus tamen de iure communi, municipali, vel ex præsentib⁹ constitutionibus, imponatur pœna confiscationis bonorum, bona, & iura ipsorum omniū malefactorū verè, vel fictè, vbiquè sita, vel reperta, Fisco publicentur, & ipso iure, & facto, publicata, incorporata, & confiscata Fisco, pariterquè apprehensa sint, & esse intelligantur, à die commissi criminis, etiā si per ignorantiam, vel negligentiam, aut impossibilitatē officialium, vel aliter, verè, & actu, non fuerint apprehensa, iure tamen legitimæ ascendentium, & descendentium reseruato, Saluò quòd in crimine læsæ Maiestatis disponatur de legitima, prout iure communi cautum est. ¶ Nec opponi possit, ꝙ non appareat de aliqua appræhensione, nec incorporatione, nec de aliquo processu, & quolibet tempore executio, & appræhensio fieri possint, nulla præscriptione admissa, nec obstante.

stante. ¶ Nec possint de huiusmodi bonis applicatis Cameræ fieri aliqui contractus, vel distractus, aut aliquod instrumentũ, nec aliquid aliud, quod proprietatem, vel possessionem respiciat, in præiudicium Fisci, vel habentis datũ à Fisco. Quòd si secus factum fuerit, ipso iure, & facto, sit irritum, & inane. ¶ Hæc tamen constitutio non compræhendit contractus ex causa onerosa factos bona fide post annum, à die commissi criminis numerandũ, & hoc quando crimen occultũ esset.

Vbi subditus Feudatarij delictum, ex quo confiscatio bonorũ veniat, committat in iurisdictione Principis immediata, vel vbicunquè in immediatè subditum Principis, bona ipsius vbicunquè sita sint in Dominio nostro mediatè, vel immediatè, Fisco Principis applicentur. ¶ Vbi verò extra Dominium, vel etiam in iurisdictione ipsius, vel alterius Feudatarij in non immediatè subditum Principis, & in casibus non cõpræhensis in constitutione de Maiori Magistratu, tunc bona illius ipsis Feudatarijs applicentur, in quorum iurisdictione sita reperientur, & isto casu Iudex Feudatarij, ad quem spectat de delicto cognoscat. ¶ Quæ verò reperientur sita in immediata iurisdictione Principis, eius Fisco applicentur.

Et quia cautũ est in pluribus casibus, quòd quicunquè Fisco detulerit, vel notificauerit, bona, vel iura, ad Fiscum spectantia, de quibus non habeat notitiam Fiscus, quòd quandã portionem habeat in notificationis præmium, idque non ad omnes casus extenditur, ideò sancitum est, quòd in omnibus alijs casibus, in quibus specialiter per alias constitutiones nõ sit prouisum, quicumquè, & quacunque causa notificauerit Fisco, bona vel iura Fisco spectantia, de quibus Fiscus notitiã non habeat, idque faciat intra sex menses à die, quo acquisitũ sit ius Fisco, tertiam partem eorum bonorum & iurium notificatorum habebitur, & secretò, si voluerit, tenebitur.

Nulla præscriptio contrà Fiscum allegari possit, nisi præ-

ſcriptio tanti temporis, cuius initij non ſit memoria in contrarium; quæ etiam in iuriſdictionalibus admittatur.

Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, & indeque omnibus perſonis prohibitum eſt, ne ædificent, ſeu de nouo conſtruant aliqua Fortalitia in hoc Dominio, nec ea, quæ non ſunt Fortalitia, reducere in Fortalitium ſine Principis ſpeciali licentia, ſub pœna contrafacienti confiſcationis bonorum, etiam grauiori arbitrio Principis. ¶ Fortalitia incępta, vel finita contra huius Conſtitut. formam, & omnia eiſdem adhærentia in Fiſcum perueniant. ¶ Officialibus neceſſitas imponitur contrafacientes in ſua iuriſdictione intra menſem notificandi, ſub pœna priuationis officij, ac etiã aureorũ quingentorum Fiſco applicanda, & alia grauiori, arbitrio Principis.

Omnibus, & ſingulis cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtant, hac Conſtitutione interdictum eſt, ne audeant, vel præſumant, quouis modo, directè, nec per indirectum, palàm, vel occultè, ſub aliquove prætenſo colore vendere, vel donare, pignori dare, vel inſolutum, nec ex cauſa dotis transferre, nec alio quouis modo, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, etiam ex cauſa dotis, vel alia quauis priuilegiata transferre, vel quouis modo alienare, infeudare, vel ad longum tempus locare, vel concedere, nec ex aliqua legitimatione incapaciũ, & inhabilium, quouis modo relinquere, dare, vel legare, aliqua caſtra, vel fortalitia, ſeu loca pro veris fortalitijs habita, & ædificata, vel aliquam partem eorum feudalia, vel allodialia, in quauis parte huius Dominij exiſtentia in quempiã ſubditum, vel non ſubditum ſine Principis expreſſa licentia. ¶ Si quis contra hanc Conſtitutionem fecerit, alienans, & transferens, vt ſupra, pretium, ſi quod habuit, & rem amittat, tàm ipſe, quàm emptor & venditor, & vterquè in aureis mille pro ſingulo eorum Fiſco applicandis, puniatur. & vlterius contractus, & omnes alienationes, & quælibet translationis actus irriti

riti sint,& inanes. ¶ Nolumus tamen aliquem incidere in pœnas prædictas,qui alienaret, vel transferret in eos, qui vocati essent ex priuilegijs,vel inuestituris, aut aliàs ab intestato successuri essent. ¶ Hæc constitutio non pertinet ad habentes castra, & fortalitia,quin ea possint ab intestato filijs legitimis, & alijs de agnatione propria, secundum formam iuris relinquere, dum tamen extra propriam agnationem nullo modo sine licentia Principis transferantur. ¶ Erunt propterea diligentes Magistratus ad notificandum contrafacientes huic sanctioni intra mensem, sub pœna priuationis officij, & aureorum ducentum Fisco applicanda.

DE PVBLICANIS, ET VECTIGALIBVS.

NOn est inter postremos huius Dominij redditus is, qui ex Sale prouenit. Ea propter omnibus prohibitum est,vllam Salis quantitatem,nisi è gabella Principis habita fuerit, portare, nec portari facere, ad aliqua loca huius Dominij, sub pœna amissionis Salis, animalium,& instrumentorum, super quibus veheretur, & item confiscationis bonorum,& alia pœna, etiam corporali, arbitrio Principis,vel Senatus. ¶ Quorum bonorum tertia pars in conducto res eius datij, tertia in accusatorem, & reliqua in Fiscum perueniat. ¶ In quam etiam pœnam incurrant omnes qui contrafacienti dabunt auxilium, consiliumvè, & item hi, penes quos (scientes tamen) sal repertum fuerit, & quicunque illud scienter emerint,seu scienter eo vsi fuerint. ¶ Portitores,Nautævè,aut aliæ personæ, non audeant sal prædictum, quod ex gabella Principis non sit,scienter traijcere,nec vehere per aliqua flumina,aut lacus,sub eadem pœna. Et scienter fecisse intelligantur, si dictum sal conducatur à regionibus, quæ vltra Padũ,Ticinũ,Abduã,vel lac⁹ sint,citra dictos lac⁹,& flumina.

Publicanis, & deniquè omnibus prohibitum est ex eo sale emere, sub pęna aureorum decem pro quolibet stario, & vbi emptor sit inhabilis ad soluendum si fuerit ætatis perfectæ, tribus ictibus eculei plectendus, & alia grauiori pęna, arbitrio Magistratus. ¶ Prætores, & alii officiales consentientes, palàm, vel occultè, aut consiliũ, auxiliũvè, dantes his fraudātibus vectigal salis, priuentur perpetuò ab omnibus officijs, eorũq; bona confiscentur. ¶ Et eò amplius oẽs Iudiees habentes merũ, & mixtũ imperium oẽs repertos in flagranti crimine detineant, Magistratuiq; notificent, ad finem vt debitis pœnis per eum Magistratum puniantur. ¶ Feudatarij, & iurisdictionem quoquomodo separatam habentes, se intromittere non possunt de pertinentibus ad dictum vectigal: imò etiam præstare patientiã tenentur officialibus, eorũ oppida ingrediendi, & contra eorũ subditos inquirendi, & procedendi, ac perquirẽdi, si vtantur alio sale, quàm Principis, eisquè auxilium requisiti dare tenentur, sub pęna confiscationis bonorum, etiã feudalium. ¶ Et eò amplius Feudatarij, & quicunquè alij exẽptiones, vel separationes habentes, cuiuscunquè dignitatis, status, & conditionis sint, in terris, & locis eis suppositis, non possunt vti alio sale, quàm Principis, & ad gabellas Principis empto, nec etiam permittant vel patientiam præstent, quòd per homines in eis habitantes vendatur sal non acceptum ad gabellas Principis, nec quòd vtantur alio sale, quàm sale Principis, sub pœna priuationis feudi, exemptionum, & priuilegiorum, arbitrio Principis.

Nullus ciuitatis, & suburbiorum Mediolani, ac corpora sanctorum, audeat emere sal, nisi in gabella Mediolani cõstituta, vel à venditoribus per publicanos in dicta ciuitate deputatis, sub pęna qua tenentur vectigal fraudantes, & aureorum decẽ pro stario salis empto, seu reperto in domo; cuius pœnæ medietas sit accusatoris, & ei credatur cum iuramento, & vno te-

ste

ste fide digno, reliqua in Fiscum perueniat. Nec compositio de parte accusatoris fieri possit. ¶ In præmissis pater pro filio teneatur, maritus pro vxore, & principalis domus pro tota familia, arbitrio tamen Magistratus.

Ementes sal ad gabellam Principis Mediolani nomine alicuius Communitatis, vel non habitantis intra ciuitatem, & corpora sanctorum, non possunt reponere dictum sal in aliqua domo ciuitatis, vel corporum sanctorum, sub pęna amissionis salis, & tam reponenti, quàm receptanti aureorum decem pro quolibet stario, & plurium arbitrio Magistratus, ipso iure & facto Fisco applicanda.

Qui deputati sunt à Principe, vel officialibus suis ad conducendum sal, possunt per quæcunquè loca huius Dominij, mediatè, vel immediatè subdita, quamcunquè quantitatem salis conducere, vel conduci facere cum plaustris, animalibus, nauibus, & alijs instrumentis ad gabellas Principis, tutè, liberè, & impunè, sine solutione alicuius vectigalis, pontis, vel portus, aut cuiuscunque alterius datij, quibuscunquè statutis, & ordinibus locorum non obstantibus.

Pecuniæ prouenientes ex causa cōdemnationū secutarum pro fraudibus commissis causa salis, in Thesaurarium generalem perueniant. ¶ Cōpositiones tamen per Magistratū ordinariū fieri possunt. Omnes patientiā officialibus salis præstare tenentur, in eorum domibus perquirendi, si sal habent in gabella Principis non emptū, vel haberi non permissum, sub pęna cuilibet particulari aureorū decē, Vniuersitati viginti, pro dimidia in cōductorē vectigalis salis, reliqua Fisco applicāda.

Institores publicanorum vectigalis salis (qui vulgò Posterij appellantur) non possunt executiones fieri facere, nisi ex causa salis tantum, & solutiones eis factæ, etiam si ex alijs causis creditores reperiantur, in causam salis, tanquam grauiorē, factæ sint, & esse intelligantur.

Frau-

Fraudanti vectigal Macinæ, vel panis albi quoquomodo, vel per se, vel per alium, pœna est amissionis iumentorum, & aureorum decem, pro dimidia Fisco, & reliqua publicanis applicanda, & vlterius quattuor ictibus æculei fraudans plectendus est, vltrà etiam alias pœnas ex ordinibus ipsius vectigalis limitatas. ¶ Non possunt hospites, etiam pro vsu suo, vti alio pane, quàm pane gabellæ. Et omnibus prohibitum est alium panem, quàm vectigalis venalem habere, sub eadem pœna.

Publicanis imbotaturarum omnes permittant in quibuscunque locis vina, & alia ad dictum vectigal spectantia perquirere, describereque, sub pœna aureorum viginti Fisco applicanda. Et eo amplius contrà recusantes possunt publicani ad eorum arbitrium æstimare eam quantitatem rerum, quæ eis videbitur; succedetque ea extimatio loco veræ descriptionis. Quibus peractis, temporibus debitis vectigal soluere omnes tenentur, exceptis exemptis.

Non exempti, qui ab exemptis cōducunt bona in emphyteosim, ad solutionem vectigalis Imbotaturarum teneantur, nec immunes seruentur; hoc tamen locum non habet, quando locator pro eis bonis exemptionem à Fisco soluto precio emisset.

Nemo conducat à locis obligatis ad solutionem datij imbotaturæ ad loca infeudata, exemptavè, aut (vt vulgo dicitur) conuentionata, aliquam quantitatem magnam vel paruam vini, & bladorum, in fraudem dicti vectigalis. Feudatarijs, & omnibus prædictis, præmissa receptantibus pœna est amissionis feudi, priuationis exemptionis, & reuocationis conuentionis, ac amissionis vini, & bladorum, vltrà alias pœnas ex ordinibus ipsius datij limitatas. Quilibet accusare possit, & tertiam partem pœnæ habebit.

Quicunque fuerit in quasi possessione non soluendi daciũ imbotaturæ per annos triginta, tutus sit eius temporis præscri-

ptio-

ptione, quoad preiudicium priuatorum tantùm, etiam immediatè à Fisco concessionem quouis titulo habentium, nec domino datij iuuet etiam exceptio, quòd negligentia vel dolo conductorum id euenerit, nisi de dolo constiterit.

Exempti non possint in eorum hospitijs, & (vt vulgo dicitur) tabernis vendere, nec vendi facere panem, vinum, & carnes, alijs personis, quàm his, quæ in dictis hospitijs moram trahunt, comedunt, & bibunt, nec Pistores exemptorum possunt alijs, quàm in dictis hospitijs comedentibus panem vendere, sub pœna aureorum viginti, pro medietate Fisco, reliqua accusatori, applicanda. ¶ Publicani aliquam compositionem cum præmissis facere non possunt contrà formam præsentis Constitutionis sub eadem pœna.

Per quamcumquè concessionem, quibuscunque verbis cōceptam, cuiuscunquè exemptionis, non intelligatur concessum datium panis, vini, & carnium, nisi specificè id concessũ sit. Ea propter sancitum est, exemptos sub prætextu generalis exemptionis, in qua datium prædictum specificè concessum non sit: panem, vinum, & carnes vendentes, vel vendere facientes, eorumque hospites per annum carceri includendos esse, bona eorum omnia confiscanda. Et si in bonis non habeāt vsque ad summam aureorũ centum, ictibus tribus æculei plectendos, exemptionibus priuandos, & domos vbi id actum sit, confiscandas, nulla penitus excusatione admissa.

Omnia mercimonia, reusvè, quæ vectigalibus, (vt vulgo dicitur) mercaturæ obnoxia sunt, & conducantur à partibus inferioribus, scilicet, Venetiarum, & Ferrariæ, Mediolanum, per Padum vehi debent, sed si terrestri itinere conducuntur, solui debent ea datiã perindè ac si per Padum conducta essent, sub pœna arbitrio Magistratus imponenda.

Nullus præsumat aliquo modo, directè, nec per indirectũ, de die, vel de nocte exonerari, vel reponi facere in aliquo loco

co

co suburbiorum, vel corporum sanctorum Mediolani, aliquam quantitatem rerum obnoxiarum vectigali Mercaturæ, Additionis, & Ripæ, sine licentia publicanorum, & nisi prius eis data notitia, & facta solutione eius vectigalis, sub pœna amissionis rerum, animalium, nauium, & aliorum instrumentorum, super quibus, & in quibus veherentur, ac aureorum xxv. toties quoties contrafactum fuerit. ¶ Eademq; pęna teneantur hi, qui sine licentia publicanorum eas res receptauerint. ¶ Non est permissum transire fossam Ciuitatis Mediolani, cum rebus obnoxijs dicto vectigali per cohærentia ædificia fossæ (quæ vulgò Sostæ appellantur) tam de die, quàm de nocte. Quòd si quis repertus fuerit transire, vel transire velle, res in commissum cadant, & publicanis applicentur. Ædificia verò præmissa, pro dimidia Fisco, & pro reliqua publicanis applicanda sunt, arbitrio tamen Magistratus, & hoc vbi bona sint habitantium. Si verò habitantium non fuerint, pęna aureorum centum habitantibus erit, pro qualibet vice, modo præmisso applicanda, & vlterius deferenti, vltra res, quæ in commissum cadunt, pro qualibet vice, aureorum xxv. pęna est, publicanis applicanda. ¶ Res, quæ ad solutionem præmissi vectigalis tenentur, per nauem conduci non possunt, nisi prius notificata vera quantitate rerum publicanis; & facta debita solutione vectigalis, sub pœna amissionis nauis, rerũ, animalium, & aliorum instrumentorum ad id paratorum, & aureorum xxv. toties quoties contrafactum fuerit. ¶ Nautæ non dimittant naues in fossa Ciuit. Mediolani noctis tempore, sub pœnis prædictis, arbitrio tamen Magistratus, secundũ qualitatem facti moderandis. Licitumque est publicanis eas naues submergere, vel comburere.

Habentes Mediolani ea ædificia (quæ Sostas appellant) qualibet die in sero consignare tenentur claues publicanis, vel fideiubere, quòd per eorum ædificia fraus vectigali non fiet,

fiet,ſub pœna amiſſionis ædificiorum.¶ Et eò amplius portas ſuper eis facere cum ſuis clauibus, & manutenere tenentur, conductoresq;, & emphyteotæ ad præmiſſa pro dominis teneantur.

Omnes res quæ vehuntur (vt vulgò dicitur) per tranſitum à Germania, vel à Venetijs,Genuam, cadant in commiſſum, niſi hi, qui illas conducunt, intrà quindecim dies poſtquàm publicanis notificatæ fuerint, & (vt vulgò dicitur) datiatæ; detulerint in ciuitate Derthonæ, ibi à publicanis deputato,fidem (vernacula lingua,il Retorno,appellant.) ¶ Simili modo in commiſſum cadant hæ res,quæ vehuntur per Genuam, eundo in Germaniam, niſi intra eum terminum eam fidem deputato in Como moranti conſignauerint. ¶ Qui verò conducunt res vectigali præmiſſo obnoxias, à Como Mediolanum à publicano eius ciuitatis litteras (quas Non impediantur appellant) accipere tenentur: aliàs res, & animalia, inſtrumentaq; ſuper quibus vehuntur,in commiſſum eunt.Sub eademque pœna tenentur id facere conducentes à ciuitate Vigleuani Mediolanum; ſed eas litteras à deputato publicanorum in ea ciuitate, vel in oppido Abiatisgraſſi habere debent. ¶ Rerum verò, quæ conducentur à Como Variſiũ, vel ad Plebem Incini, aut alia loca Ducatus,habendæ ſunt hæ litteræ à publicano in Como commorante, ſub pęna præmiſſa. ¶ Hæ litteræ gratis fiant.

Litteræ (quas vulgò appellant publicani Bulletas) quæ in Ciuitate fiunt,vel eius Ducatu,per publicanos vectigalis mercaturæ, vel eorum officiales,non valent niſi per tempus in eis litteris expreſſum,quo præterito,ſi res in Ducatu inueniantur hæ, plauſtra,animalia,& omnia inſtrumenta, cum quibus veherentur, in commiſſum cadant; Publicani ea accipiant,& nihil in contrarium deduci poſſit.

Nemini licet directè,nec per indirectum, de die, nec de

nocte, in aliquo oppido, vel terra, vbi sunt deputati publicanorum vectigalis mercaturæ, exonerare res obnoxias dicto vectigali, nisi prius eis facta consignatione, & ab eis habita in scriptis fide solutionis factæ, sub pęna aureorum vigintiquinque pro qualibet vice, & etiã res in cõmissum cadat vt supra.

Res, quæ acceptæ erunt in Ducatu Mediolani gratia conducendi ad oppidum Leuci, aut ad terras glareæ Abduæ, vel ad alias terras extra Ducatum, ita demum conduci possunt, si à proximioribus deputatis publicanorum litteræ habitæ fuerint, (quas ipsi Bulletas appellant) aliàs in commissum cadãt, & præmissam pœnam. ¶ Pro rebus verò quæ extra Ducatum acceptæ erunt, vel in Ducatu, vt Mediolanum conducantur, litteras [Non impediantur] vectores à deputatis proximioribus accipere tenetur; aliàs etiã repertæ super vijs tectis in cõmissum cecidisse, & in pœnam de qua supra ipso facto intelligantur. ¶ Non tñ hac sanctione cõpræhenduntur capitia telę.

Qui conducunt res obnoxias vectigali mercaturæ à Mediolano vltrà montes (vt vulgò dicitur per transito reale) tenetur intra quindecim dies deferre litteras [il ritorno appellant] deputatis illius loci, vbi flumen Ticini traijcient, alioquin res in commissum erunt, & pœna qua supra, punientur. Simili modo qui conducent à ciuitate Lugduni, & ab alijs locis vltrà Ticinum Mediolanũ, teneãtur accipere litteras [Nõ impediãtur] ab institoribus illius loci, vbi Ticinum traijcient, & publicanis Mediolani illa die consignare, qua in ciuitate, suburbijs, vel corporibus sanctis cõductæ erunt; alioquin in cõmissum res, & in pęnam quam supra, vectores cecidisse intelligatnur.

In suburbijs Mediolani, nec corporibus sanctis, nõ possint aliqui tenere aliquã quantitatẽ rerũ pinguium, nisi prius solutũ fuerit datium, & signata bullo illius portæ dictæ ciuitatis, in qua reperietur; aliàs in cõmissum cadat, & tenentes puniãtur pęna aureorũ decem pro qualibet vice publicanis applicanda.

canda. ¶ Nec deindè poterunt ea intra ciuitatem deferre, nisi per eandem portam, sub pœna qua supra. ¶ Nautæ verò conducentes præmissa ingredi fossam ciuitatis non possunt, nisi facta solutione ad portam Ticinen. & ad portam Cumanam congruè referendo; alioquin præmissa pœna tenebuntur, & res in commissum erunt.

Nullus audeat se tanquàm officialem publicanorum exercere, nisi litteras ab ipsis publicanis habuerit, sub pœna trium ictuum eculei, & maiori arbitrio Magistratus.

Mercimonia non conducantur ab oppido Pallantiæ versus Locarnum gratia conducendi Comum per saltum [appellant Manghinum] traijciendo lacũ Verbanum, nisi prius soluto vectigali ciuitatis, & Ducatus Mediolani, sub pœna amissionis eorum, nauium, animaliumque cum quibus veherentur, & aureorum ducentum pro qualibet vice.

Omnibus permissum est sine solutione vectigalis extrà ciuitatem ad quamcunque partem Ducatus, quæcunquè lignamina, ferrum, & alia necessaria ad fabricam domorum, vel pro vsu agrorum conducere. ¶ Pari modo conducere, & recõducere omnibus permissum est vestes, tam nouas, quàm veteres, supellectilem, & vtensilia domus pro vsu suo, & familiæ, in Dominio, & extra Dominium, sine solutione darij.

Forenses creati ciues Mediolani, & in futurum creandi, soluant datium Ripæ, & datium vetus Mercaturæ; nisi priùs tem pore concessæ ciuilitatis, continuè, seu pro maiori parte tẽporis, decennio habitauerint cum tota familia, & firmã habitationem tenuerint in Ciuitate, vel Ducatu, vel saltem cũ ea, cũ qua habitassent in loco originis; aut habeant, & possideant in ea ciuitate, vel Ducatu bona immobilia illius valoris, qui in litteris ciuilitatis exprimetur; oneraq; sustineant, vt alij ciues.

Arma vetera pro exitu ciuitatis Vectigal non soluunt, res obnoxiæ vect. gali, quæ conducuntur à regionibus Vercellensibus, & q̃ vltrà flumen Sicidæ sunt, per agrum Nouariensem,

Nouariæ, & non alibi vectigal pendere debent. Quòd si sine litteris publicanorum Nouariæ reperti fuerint, in commissũ cadant. ¶ Venientesque à ciuitate Vercellarum Nouariam, ad accipiendum eas litteras solutionis vectigalis, per vias rectas venire debent, aliàs si extrà illas reperti fuerint, res, quas deferent, in commissum cadant. ¶ Non possunt tamen conducere à dictis regionibus eas res per locum appellatum La Cremosina, sub pœna quingentorum aureorum, tàm mercatoribus, quàm vectoribus (saluo pro vsu hominum Vallis Sicidæ,) & item amissionis rerum. Quilibet accusare possit, secretò tenebitur, & medietatem pœnæ habebit.

Conducentes telam ex canapo factam ab oppido Creuacorij, & partibus circunstantibus, soluere Vectigal in Romagnano, & Burgo manerio tenentur, & si in Ducatum conducere voluerint, in Ducatu soluere possunt.

Si solutum fuerit Vectigal Nouariæ, & conduci voluerint res Mediolanum, vel per Ducatum, habeant litteras non impediantur, gratia traijciendi Boffaloram, Turbigum, vel Olegium, aliàs non accipientes, in commissum cadant, & vlteriùs intra quindecim dies fidem (il ritorno appellant) consignẽt. Alioquin ad solutionem Vectigalis teneantur.

Conducentes verò res à Como, & partibus circunstantibus per agrum Nouariensem, soluant pro eis Vectigal in loco Olegij, & non alibi. Quòd si id non fecerint, res in commissum cecidisse intelligantur.

Porrecta accusatione, vel denuntiatione, aut notificatione, ob fraudatum Vectigal, citari pars intra decem dies, & à die citationis infrà duos menses, causa diffiniri debet; alioquin vlterius procedi non possit. Quæ quidem denuntia, vel accusatio, nisi intra decem dies à die factæ fraudis porrigatur, admitti non debet, nec super eà procedi possit. ¶ Si tamen iusta impedimenta erunt. Magistratus ordinarius habet aucto-

ritatem

ritatem terminum duorum mensium ad finiendam causam, prorogandi per mensem vnum.

Omnibus iusdicentibus prohibitum est, ne contrà publicanos & officiales suos, vbi non ingeratur pœna sanguinis, procedant pro delictis per eos commissis in his dumtaxat, quæ in actu exercitij officiorum suorum contrafraudantes vectigal, vel resistentes, aut prohibentes ne officia sibi commissa exerceant; sed omnis cognitio ad Quæstores ordinarios pertineat. ¶ Vbi autem ingeritur pœna sanguinis, possit & ipse Magistratus, & alij officiales ad quos spectat cognoscere.

Herba est (quam vulgo gualdum appellant) ex qua tinctura conficitur, & vectigal fisco penditur, ea propter omnibus, siue subditis, siue non, inhibitum est conducere, portareve, nec conduci, portarivè facere, aliquam quantitatem gualdi, siuè in herba, siuè in puluere, vel vt dicitur in Pane, nec aliqua semina eius herbæ, extrà Dominium, nec per Dominiũ sinè licentia, & nisi priùs soluto vectigali solidorum sexdecim pro quolibet centenario gualdi, quod extrà Dominium conduceretur; & solidorum octo pro centenario eius, quod per Dominium conducatur gratia in eo consumandi. Hoc tamen non pertinet ad gualdum natum, vel nasciturũ in Ducatu Mediolani, quin tamen habita prius licentia à Quæstoribus ordinarijs, vel à publicanis huius vectigalis sine solutione per vias rectas Mediolanum conduci possit. ¶ Contrafacientes huic sanctioni, gualdum, semina, plaustra, animalia, naues, & deniquè omnia instrumenta, quibus veheretur, amittant, & in aureis tribus pro quolibet centenario puniantur, & omnes insolidum teneantur, cuius pœnæ duæ partes applicentur fisco, reliqua accusatori.

De vno Comitatu ad alium Comitatum huius Dominij, gualdum, nec semina, sine licentia, vel facta solutione vt suprà conduci non possint, sub pœna qua supra. ¶ Nec etiam

de

de vno loco ad alium locum eiusdem Diœcesis sine licentia, vel solutione vtsuprà, alioquin res in commissum cadant, & pœna duorum aureorum pro centenario puniantur.

Impunè, & sine licētia, & solutione vectigalis, licitū est omnibus gualdum natū in terris proprijs, vel conductis, portare in herba ad molas in Dominio tñ existentes, vbi gualda moli solent. Et postquā molitū fuerit, reportare ad ciuitatē, in cuius territorio natum est gualdū, dūmodò id fiat de die, & per vias rectas, & à locis, in quibus non sit manifesta fraudis suspitio, & in quibus verisimile sit eū moli fecisse, & dummodò tempus conductionis, & reconductionis quindecim dies nō excedat, alias in cōmissum cadant, & in pęnam aureorum duorum, pro quolibet centenario applicandam, vtsupra.

Si quis licentiam habuerit conducendi gualdum per vnā viam, & per aliam ab ea diuersam ire repertus fuerit, vel per vias rectas, & consuetas non fuerit, & se officialibus deputatis non consignauerit, in pęnam fraudati vectigalis incidat, quoad hoc, vt res in commissum cadant.

Concessa licentia, & facta etiam solutione vectigalis, non possit exportari aliqua quantitas gualdi de loco ad locum, nisi ponderata fuerit iuxtà ordines, & si repertus fuerit posteà saccus, in quo gualdum continetur, esse maioris ponderis (vt dicitur) vltra tres trombas, pro quātitate superabundanti dūtaxat in commissum cadat, & aureorum decem, pro quibuslibet libris centum gualdi ab vncijs duodecim superabundantibus detractis libris quartuor pro sacco.

Inhabiles ad soluendum pœnas pecuniarias, luant in corpus, arbitrio Magistratus.

Quilibet contrafacientes accusare possit, & accusatori credatur cum iuramento, & vno teste fide digno.

Commissarij deputati super fraudibus dicti vectigalis teneantur, & debeant, procedere summariè, & de plano, sinè

stre-

ſtrepitu, & figura iudicij, etiam iuris ordine non ſeruato, omnique ſolemnitate iuris omiſſa etiam per tormenta, & quæſtiones, legitimis tamen præcedentibus indicijs, & reos punire, iuxtà præſentis conſtitutionis formam.

Commiſſarij & officiales pro licentijs concedendis nihil accipiant, ſub pœna priuationis officij, & aureorum triũ pro qualibet vice. Credaturquè accuſatori cum iuramento, & vno teſte fide digno.

Facta deſcriptione gualdorum, intelligantur hi, quibus deſcriptio facta erit, contrà hanc ſanctionem feciſſe, & extrà territorium miſiſſe, niſi oſtenderint licentias obtentas, & fidem de ſolutione vectigalis pro quantitate gualdi deſcripti, vel fidem fecerint, ſe nominatis per eos emptoribus vendidiſſe.

¶ Vectores contrà ordines præmiſſos eiſdem pœnis teneãtur.

Sancitum eſt, quòd vectigal rerum obnoxiarum datijs ſoluatur ad loca ſolita ciuitatum, & locorum vbi vectigal exigitur, & quòd eas conducentes teneantur eas res nominare, ac manifeſtare ſpecificè publicanis, vel eorum officialibus ibi deputatis, in qua nominatione vnam rem pro altera nominare non poſſint. Quòd ſi præmiſſis contrafactum fuerit, res in cõmiſſum cadant, & puniantur arbitrio Magiſtratus.

Mercimonia obnoxia vectigali tradi non debent per venditores emptoribus, niſi prius ſoluto vectigali, alioquin res, & & precium in commiſſum cadant, & pœna arbitraria Magiſtratus punientur.

Caupones, & aliæ perſonæ commorantes in ſuburbijs, & corporibus ſanctis, non permittant conduci extrà hoſpitia, & domos in mercimonia in eis exiſtentia; niſi prius certi ſint datium ſolutum fuiſſe, ſub pœna arbitrio Magiſtratus imponẽda.

Mercimonia non poſſint ligari, nec diſſolui per mercatores nec etiã exonerari, niſi per prius res viſæ fuerint, & æſtimatæ per publicanos, vel eorũ officiales & de eis ſolutũ datiũ ſit;

alioquin

alioquin res in commissum cadant, & puniantur arbitrio Magistratus. ¶ Ligatores verò, qui contrà formam præsentis constitutionis facient, arbitrio Magistratus punientur.

Quicunquè tàm intrans, vel exiens ad portas ciuitatum, & loca solita, prohibuerit ne publicani, vel eorum officiales perquirant, an deferat aliquas res obnoxias vectigali, puniatur arbitrio Magistratus, inspecta qualitate facti, & personæ, detineaturquè, & si repertus fuerit res habere, quæ ad solutionē datij teneantur, in commissum cadant vnà cum iumento, super quo insideat, & ampliùs Magistratus arbitrio puniatur.

Si quis palàm conduxerit intùs, vel extrà portam ciuitatis, res pro quibus solui vectigal debet, in fraudem vectigalis fecisse non videtur, nec contra ordines, imputent enim sibi publicani si diligentiam non adhibent. ¶ An autem palam factum dicatur, arbitrio Magistratus relinquendum est.

Per has tamen constitutiones non intelligatur derogatum statutis, & ordinibus vectigalium, nisi in quantum præsentibus constitutionibus contraria essent.

DE ONERIBVS.

ACquirentes bona quocunquè titulo, etiam si esset ex causa dotis, vel priuilegiata, & siuè ex successione vniuersali, siuè particulari, etiam si hi acquirentes immunes, & exempti essent, teneantur ad solutionem omnium onerum, his modo, forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco vbi solui consuetum fuerat pro huiuscemodi bonis acquisitis onera quælibet sustinere; quia volumus bona cum onere suo transire debere. Nolumusque per dictas immunitates, nec exemptiones, afferri præiudicium tertio,

vel

vel Communitatibus, & locis, cum quibus onera ſuſtinebãt. ¶ Eoque amplius ſancitum eſt, quòd inter alienantes, & acquirentes, conuentiones aliquæ fieri non poſſint, effectus q alienans non obſtante alienatione teneatur, vel ad tempus, vel in perpetuum, pro bonis alienatis onera ſuſtinere; & ipſos acquirentes ab eis oneribus indemnes conſeruare ſub pœna confiſcationis eorum bonorum, & precij fiſco applicandi; & vlterius hæ conuentiones non valeant, ſintque irritæ, & inanes. ¶ Notarijs autem contrà formam præſentis conſtitutionis inſtrumenta rogantibus, pœna eſt ſuſpenſionis officij per triennium, & vlteriùs grauiori pœna punientur, arbitrio Senatus.

Communitates, Collegiavè, immunitatem aliquam quouiſmodo concedere non poſſunt Principe, vel Senatu inconſulto, ſub pœna quadrupli æſtimationis ipſius immunitatis, & alia grauiori, arbitrio Principis, vel Senatus imponenda: ipſaquè conceſſio nulla ſit, & pro non facta habeatur. ¶ Notarij inſtrumenta rogantes contrà hanc ſanctionem, pœna, qua ſupra, puniantur.

Quicunquè ciuis, etiam originarius, vel ex priuilegio etiã in ciuitate cenſitus, qui habitat cum familia, vel maiori parte familiæ à feſto Sancti Martini cuiuslibet anni, vſquè ad Calendas Maij ſequentes, vel aliqua parte ipſius temporis, quæ minor diebus viginti continuis non exiſtat, in aliqua Terra, Burgo, Loco, Villa, Caſſina, Hoſpitio, Molendino, mediatè, vel immediatè ſuppoſito, ſiuè ibi laborari fecerit terras (vt vulgò dicitur) ad manus ſuas, & ſiuè ibi fecerit aliquod exercitium, ſiuè non, teneatur pro toto illo anno ad onus ſalis, & ad omnia alia quæcunquè onera, pari modo, & in omnibus, & per omnia, prout rurales faciunt, & cum ipſis ruralibus.

Onera imponenda per Principem, vel communia debito modo inter habiles ad ſoluendum diuidi debent, Qua diui-

ſione facta, ſi vnus contingentem portionem ſuam ſoluerit, non poſſit pro reſiduo debiti oneris impoſiti moleſtari, nec etiam cogi ad contributionem alicuius occurrentis impenſę, ex cauſa dicti oneris, ſed ea impenſa cedat damno non ſoluẽtium. ¶ Hoc tamen ad onus ſalis non pertinet.

Vel quorum &c. vide omnino circa hanc præſcriptionem, declarationẽ Senatus editã ann. 1542. die 6. Octo. fol. 11. in 1. addit.

Oneribus taxarum equorum, & hoſpitationis militũ, vnuſquiſquè nemine prorſus excepto, pro rata, & debita portione, contribuere teneatur, etiam ſi exemptus, ſeparatusvè eſſet, aut alio modo priuilegiatus foret, & quacũquè dignitate fulgeat. His tamen exceptis, qui à Principe ſpeciales litteras cum ſpeciali derogatione huius ſanctionis habuerint, vel quorũ priuilegia ex vſu longiſſimi temporis hæc compræhendere interprætata fuerint. ¶ Quo caſu intelligatur facta detractio taxarum ad commodum illius Communitatis.

Teneantur etiam dictis oneribus taxarum pro rata, & debita portione, contribuere vniuerſa loca huius Dominij, tàm vnita cum ciuitatibus, quàm ſeparata, & in alios quacunquè dignitate fulgentes tranſlata; Etiam quòd in ea tranſlatione quantumcunquè latam conceſſionem, & exemptionẽ, à quocunquè onere, à Principe haberent, quia ab eis oneribus nullus penitùs exceptus, vel reſeruatus eſſe intelligatur. ¶ Et in tantùm prædicta loca teneãtur, etiam quòd hinc retrò ea, nec ſimilia onera ſoluiſſent, vel quòd eſſent in poſſeſſione libertatis non ſoluendi, nec ſuſtinendi onera.

DE AQVIS, ET FLVMINIBVS.

Declarationes quaſdã ſuper conceſſionibus aquarũ, vide in ordin. nou. Senatus anni 1555. die 25. Sept. f. 47. in 1 addit.

Niſi ea quę &c. circa hãc præſcriptionem, vide declarationem Sen. ann. 1542. diei 27. Oct. fol. 12. in 1. addit.

OMnibus interdictum eſt, ne directè, vel per indirectum vtantur aquis foſſarum manufactarum nauigabilium (vulgò nauilia appellant) nec etiam fluminum regalium, ſiue nauigabilium, ſiue innauigabilium, vel alijs aquis, ad vſum Principis, vel aliàs publicum deſtinatis, vbilibet exiſtentibus, & tàm in locis mediatè, quàm immediatè Principi ſubiectis, niſi titulum habeant, & oſtẽdant per litteras

teras

teras Principis continentes locum aquæ ducendæ, ipsiusque quantitatem & ad quem vsum, nulla præscriptione admissa, a nisi ea: quæ sit tanti temporis, cuius initij, in contrarium memoria non existat. ¶ Extrahens aquam contra formam huius constitutionis, incidat in pœnam aureorum decem pro qualibet vncia, & qualibet vice, nisi fuerit in quasi possessione pacifica aquam extrahendi, per triennium. ¶ Isquè contrafecisse intelligatur, ad cuius commodum compertum fuerit aquas decurrere. Eoquè casu dominus pro familia teneatur. Saluo tamen iure domino contrarium probandi.

Quicunquè repertus fuerit transire aquæ ductum, siue rugiam Principis, seu Fisci, alibi quàm per pontes, & loca consueta, ipso iure & facto puniatur, si pedes fuerit, in solidis viginti pro qualibet vice, si eques, in quadraginta: si cum plaustro & bobus, in aureo vno: si fuerint animalia de per se, in solidis decem pro quolibet. ¶ Qui verò ripam, vel aggeres eorum aquæ ductum, vel canale deiecerint, aut fregerint, vel canum, aut clausam, vel aliud impedimentum fecerint, vel fieri mandauerint; ipso iure, & facto incurrant pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice; innouataque reficere, & in pristinum restituere proprijs expensis teneantur. ¶ Domini proprietatum, & conductores, pro famulis, partiaris, colonis, vel inquilinis, & alijs, qui prædicta fecerint, teneantur, ac si mandassent. ¶ Pœna in tres partes diuidatur. Cãpario, seu accusatori vna, reliquæ Fisco cedant. ¶ Campario, seu accusatori, cum iuramento pro ijs, qui pedibus transeunt, credatur. Pro alijs verò, cum iuramento, & vno teste fide digno. Saluo tamen ijs iure contrarium probandi. ¶ Contrafacientes, si inhabiles fuerint ad soluendum pœnam, puniantur aliquo pœna corporali arbitrio Quæstorum extraordinariorum imponenda. ¶ Dantes verò alibi damnum in agris, & bonis Fisci in duplũ puniantur eius, quod p ordines & statuta

locorum,cautum est,credaturquè camparijs,& accusatoribus cum iuramento.

Concessio facultatis aquæ ducendæ comprehendit et scolatitia ex ord Senatus edito an. 1553. die 3. Martij f. 48. in 1. addit.

Omnibus habentibus ius & facultatem aquæ ducendæ, tã ex fontanilibus, quam ex fluminibus, & aliter quomodocunque liceat aquam ducere per agros & possessiones cuiuslibet personæ, communis, vel vniuersitatis, huius Domitij, etiam secùs vias publicas, fossas, clusas, & alia necessaria faciendo, ad minus damnum, & incommodum partium, ipsis tamen aquã ducentibus per priùs soluentibus precium terræ, quæ in his occupanda erit, quartamquè partem vltrà æstimationem veri precij, & damnum, si quod inferri continget, arbitrio duorũ virorum in similibus peritorum, qui tamen respectu damni, illud plusquàm in duplum veræ æstimationis æstimare non possunt. ¶ Eoque ampliùs præmissi aquam ducentes facere, & manutenere pontes tenentur, ageresque (& vulgò dicunt soratoria,) aliaque necessaria, prout expediens fuerit, ita quòd ex aqua ducenda, prædia aliorum, maximè pluuiarum tẽpore non inundent, nec exinde aliquod damnum priuatis, vel vijs publicis inferatur. ¶ Possuntquè duci aquæ, & subtus, & suprà rugias aliorum, modò tamen fiant ædificia de lapidibus, & cæmento, & modò quòd ducens aquas sub alienis aquis ità fistulas struãt, ne aquæ superiores in inferiores decidant. Aquę ductumquè firmum, & stabilem, manuteneant, ita quòd superius ducens nullum damnum sentiat, nec vltrà solitum alueus eleuetur, sed aquæ consuetum decursum habeant.

DE VIIS PVBLICIS MVNIENDIS, Et Pontibus manutenendis.

BOno publico conducit, vt viæ publicæ viatoribus commodè sternantur; pariquè modo vt pontes manuteneantur, ideo sancitum est, omnes cuiuscumquè gradus,

dus,& conditionis sint, qui vel de iure, aut consuetudine tenentur,cogi debere pro rata portione ad reparationem viarum,& refectionem,& manutentionem pontium, omni priuilegio immunitate,& exemptione cessantibus.

Quia oriebatur controuersia inter dominos directi domorum ciuitatis huius Dominij,& emphyteotas, quisnam eorũ ad impensam aptationis viæ è fronte domorum existentis,teneretur: ad eam tollendam hæc constitutio pertinet, vt cum id fieri contingat, dominus directi pro tertia parte, & pro alijs duabus partibus emphyteota, impensam soluant.

Ad tollendas extorsiones,quas faciebant Iudices,& officiales viarum huius Dominij, sancitum est,per eos Iudices & officiales fieri non posse aliquas condemnationes contrà Communia, & homines vicorum huius Dominij, nisi prius legitimè citati fuerint. Et si contingat, eos homines, vel communia,condemnari,executiones fieri non possint,nisi prius condemnatis iterum citatis,qui, si probare voluerint, se temporibus debitis vias pro sua contingenti portione aptasse,admittantur eorum defensiones,& probationes, si Mediolani id actum sit, coràm Vicario Prouisionum ipsius vrbis,in alijs autem ciuitatibus, coram Prætore, vbi id munus aptandarum viarum ei competat,sin minus coràm Referendario. Et si ꝓbatum fuerit vias debitis temporibus aptatas, vel non egere reparatione, condemnatio per iudicem, seu officiales facta, annulletur, & pro nulla, & irrita habeatur, isquè, qui condẽnauerit,condemnatus sit, & esse intelligatur in summa in eiusmodi condemnatione contenta. Quæ pœna, Communitatibus Ciuitatum,vbi agi contigerit applicetur, vltra expensarum reffectionem ad quam omninò iudices, & officiales,erga condemnatos teneantur. ¶ Eo ampliùs sancitum est, ꝙ si comperiatur ipsos iudices, vel officiales, compositiones cũ aliquibus iniisse ante sequutam condemnationem, non aptatis

uijs; priuentur officio & alia corporali pœna, arbitrio Senatus, puniantur & pecuniæ compositionis applicentur Communitati. Et si ille, qui compositionem fecerit, primò notificauerit pecuniæ datæ pro compositione restituantur, & nihilominus viæ, pro quibus hæ cõpositiones factæ sunt, reficiendæ, & aptandæ erunt. ¶ Post sequutã autem condẽnationem cõpositiones fieri non prohibetur, modò Mediolani Vicarius, & Syndici, cõmunis, in alijs ciuitatibus Prætores interueniant. ¶ Iudices, & officiales pecunias ex quibuscunquè condemnationibus, & cõpositionibus modo quo suprà faciendis, exactas cõsignare teneantur Thesaurarijs Cõmunitatum, qui posteà eis Iudicibus salarium iuxta ordines persoluent, sub pęna iudicibus contrafacientibus amissionis salarij trium mensium, pro qualibet vice, pro duabus partibus Communitati, pro tertia accusatori applicanda. ¶ Hique iudices singulo mẽse, & in fine mensis condemnationes, quas facient, transmittere tenentur Mediolani Vicario Prouisionum, in alijs ciuitatibus, Prætori earum, sub pœna qua supra.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

Qvicunque in aliqua ex Ciuitatibus huius Dominij lautè ædificare voluerit, & domum, aream, locumvè alium priuatum contiguum habuerit, qui nouo ædificio quoquomodo vsui ad eius lauticiam esse possit; teneatur, & debeat is, cuius domus, area, locusvè, cuiusuis fuerit, ea vendere ædificare volenti, si tamen is vltrà iustum pretium quartum plùs exponere, & dare sit paratus. ¶ Eo quoquè casu iusdicentes venditionem faciant, & possessionẽ tradant, consultò tamen prius Principe vel Senatu.

Possidens, & tenens tertiam partem, vel minorem alicuius domus, seu sediminis, & in ea seu eo habitare nolens, teneatur,

tur,

tur,& debeat ipſam tertiam partem, vel minorem, conſortibus ſuis,vel alias duas, vel plures partes habitantibus locare ꝓ tanta penſione, quàm ab alio percipere poſſet,ſeu pro portione per duos amicos communes, vel duos vicinos taxanda. Quòd ſi id facere recuſauerit, Iudex facto per prius per conſortem eas partes habentem,& poſſidentem,depoſito penſionis taxatæ pro anno vno, citata parte eum inducat ad tenutam bonorum. Quod depoſitum de anno in annum donec habitauerit, reiterandum eſt. ¶ Per hoc tamen non intelligatur,nec ſit factum in reliquis præiudicium domino.

Cautum eſt,ne quis in poſterum poſſit in vlla ciuitatum huius Dominij, vico,& ſuburbijs eiuſdem, ædificia, quæ ſe protendāt extra muros domorum in vias publicas facere, nec erigere. Quòd ſi contrafactum fuerit, ædificium per priùs deſtruatur,& ædificans pœna aureorum viginti quinquè plectatur, Communitatibus ciuitatum applicanda.

DE IMMVNITATE, ET IVRE duodecim liberorum.

Qvicunquè numerū duodecim liberorū habuerit,ita quòd in eis duodecimus ſi in ventero matris fuerit,etiam comprehendatur, inter quos tamen non comprehendantur illegitimè nati (præter legitimatos per ſubſequens matrimonium) nec nepotes, ſeruentur immunes quoad vixerint, etiā ſi exinde filij ipſi decederent antè patris mortē, ab oībus oneribus extraordinarijs, & item ab Imbotaturis,pro omnibus fructibus natis ſuper bonis ꝓprijs,cuiuſcunq; quātitatis fuerint. Et vbi ex fructib⁹ ꝓprijs nō habeāt,& aliundè pro vſu ſuo q̄ſiuerint,immunes ſeruētur vſq; ad ſummā modiorū triū furmenti, & metretarum ſex

Defuncto patre, & ſi liberi ad minorem numerum 12. redigantur, durat adhuc immunitas modò in communione viuant, & habitent. Sic cenſuit Senatus anno 1563. die x. Nouembris fol. 52. in prima addit.

Defuncto patre ſuperſtitibus vndecim liberis,& ventre pregnante Senatus admittit eos ad ius 12. liberorū anno 1545. die 7. Martij fol. 52. in 1. addit.

Nonnullas alias declarationes circa hanc immunitatem vide in ordinibus nouis. Senatus Excellentiſſimi in cip. Defuncto patre &c. dicto f. 52.

sex vini pro qualibet persona parentum,& filiorum. ¶ Hæc immunitas etiam post mortem patris perseueret, vbi & donec ipsi omnes duodecim liberi superstites fuerint, & in communione viuant. ¶ Pro mercatura autem nullam habeant exemptionem.

DE GYMNASIO TICINENSI, & in eo studentium immunitate.

INter cætera, quæ in Mediolanensi Dominio admiranda sunt, Ticinense gymnasium est omnibus ætatibus, illustre, amplis priuilegijs, etiam à summis Romanis Pontificibus decoratum, ad quod non solùm huius dominij subditi confluunt, sed etiam alij exterarum gentium, & nationum ad bonas artes, & scientias addiscendas. Et quia hæc studia quietem desiderant,ideò sancitum est,quòd omnes, & singuli in eo gymnasio studijs operam dantes, togati incedant,vestibusquè longis vtantur, seq; omninò à breuibus abstineant: vt sicut in scientijs profitētur animi integritatem,& grauitatem, ità etiam in habitu, & incessu præseferant. ¶ Abstineant etiam ab armorum delatione, cum studijs non armis vacare habeant, sub pœna contrafacienti aureorum viginti pro singula vice, fisco applicanda; & item amissionis vestium, & armorum, quæ executorum sint.

Omnibus huic Dominio subditis prohibitū est, ne se causa studiorum in alijs gymnasijs, quàm Ticinens. conferant, sub pœna indignationis Principis, & aureorum quadringentorum ipso facto fisco applicanda, si contrafaciens sui iuris fuerit: si verò in alterius potestate constitutus sit,is, qui eum in potestate habuerit si de eius consensu factum sit,in pœnam

da-

ducentorum aureorum incidat: sin minus incurrat pœnam pecuniariam arbitrio Senatus imponendam, & ipso facto fisco applicandã. ¶ Eademq; pœna tenebuntur ij, qui insignia Doctoratus alibi, quàm in Ticinensi gymnasio assumpserint.

Possunt omnes Doctores, & Scholares quarumcunquè nationum modo non sint banniti, nec rebelles nostri, liberè, & omni impedimento cessante Papiam ire, in ea habitare, stare, & conuersari, ab eaq; recedere cum sua familia, vestibus, libris, vtensibilibus, pannis, laneis, lineis, sericeis, & alia suppellectili necessaria, & opportuna pro vsu eorum, sinè solutione alicuius pontis, portus, gabellæ, aut cuiusuis datij, cuiuscunquè ciuitatis, aut loci huius dominij. Quòd si in dubium vocaretur aliquod prædictorum non esse ipsorum doctorum, scolariumvè, vel ad eorum vsum non spectare, standum est iuramento Doctoris, scolarisvè, qui ea conduci faciet. ¶ Eisq; scholaribus nulla molestia inferenda est, etiam si superueniret bellum inter nos, & eos, quibus ipsi subditi sunt: modò contra statum, vel honorem nostrum, non moliantur.

DE MERETRICIBVS, ET LENONIBVS.

NOn satisfactum videbatur decori publico ex eo, quòd meretrices in vnum locum, veluti intrà septa clausæ habitarent, ni etiam certis legibus infœlix id genus mulierum coerceretur, earumquè præsidio, ad impuritate lenonum tutæ essent. Ea propter sancitum est, nemini licere aliquam domum extrà prostibulum publicum existentem locare alicui meretrici publicè quæstum agenti, directè, nec per indirectum, sub pœna amissionis domus sic locatæ, quæ ipso iure, & facto, in fiscum perueniat. Et intelligatur etiam locata domus, vel conducta,

quotienscunquè reperiatur meretricem publicam esse, vel morari, de die, vel de nocte, in aliqua domo, vel hospitio, vel in ea habere lectum, vel utensilia domus, nam & his casibus domus, vel hospitium ipso iure, & facto in Fiscũ perueniat. ¶ Huiusque sanctionis executio Mediolani, ad Capitaneum Iustitiæ pertinet, in alijs ciuitatibus, ab ordinarios Iudices.

Omnibus interdictum est sub pœna trium ictuum funis, vel triennium & alia maiori arbitrio Senatus, per se, nec per interpositas personas sub aliquo quæsito, vel quærendo colore, aliquos contractus, vel quasi, cuiuspiam generis inire, per quos aliqua mulier ducatur ad postibulum, vel alibi prostituatur. Quòd si facti fuerint, sint nullius valoris, & momenti, & pro infectis habeantur, & de eis ius non reddatur. ¶ Notarij, nec aliæ personæ, non audeant de prædictis instrumenta, nec aliquam scripturam facere, sub pœna priuationis officij notariο, & cuilibet personæ aureorum quinquaginta fisco applicanda. ¶ Et eo ampliùs nemini licitum est in postibulo aliquam mulierem tenere, nec ab ipsa more lænonum aliquid recipere, sub eadem pœna. ¶ Et èconuerso nulla meretrix prostibularia tenere possit aliquem lænonem, sub pęna prædicta. ¶ Quilibet eos lænones, & meretrices contrafacientes, accusare possit, & habebit pœnæ medietatem.

Qui publicè lænoniam artem exercent, pœna ictuum trium funis, vel triremium, & alia maiori arbitrio Senatus puniantur.

Nemo audeat, nec præsumat mutuare pecunias meretricibus, ut ex quæstu corporis sui lucrum percipiat, nec ea de causa eis vestes commodare, vel dare, quia super eis ius reddi non debet; imò plus, si eas dederint, dehinc eas, vel alias abstulerint sine licentia Iudicis, contra eos de robaria procedetur.

Meretrices publicè quæstum sui corporis facientes, per Ciuitatem Mediolani, nec eius suburbia, ire, stare, morari audeant,

deant, alio die quàm sabbathi sine licentia Iudicis, sub pœna aureorum decem, pro dimidia accusatori, & reliqua fisco applicanda, & plùs, & minùs arbitrio Iudicis. ¶ Eoque casu, vt ab alijs mulieribus dignoscantur, teneantur deferre vestem, (quàm vulgò mantelletum vocant) confectam est bene bice albo, adeò latam & patente, vt humeros, & pectus cooperiat, & omnibus pateat, sub eadem pœna. Et vlterius contrafacientes fustigentur, & per vnam diem ad catenam ponantur. Liceatque vnicuique meretricibus contrafacientibus vestes per vim auferre, tutè, liberè, & impunè.

Quilibet possit accusare contrafacientes, & credatur accusatori cum sacramento, & vno teste fide digno.

Antiani parochiarum teneantur Iudicibus notificare contrafacientes in eorum parochijs, omnibus præmissis infra tres dies, ex quo verisimile fuerit eos de prædictis noticiam habere, sub pœna aureorum trium. Et intelligantur habuisse noticiam, postquam in parochia de prædictis est publica vox, & fama, & inuentæ conducantur ad postibulum publicum.

Iusdicentes ordinarij ciuitatum, & locorum, executores erunt horum ordinum, & iusdicere habent inter meretrices. Et si oriatur lis vel controuersia inter ipsas meretrices, seu cū alijs personis cuiuscunquè conditionis sint, tam ciuilis, quàm criminalis, ipsi soli, & absquè consilio sapientis causam cognoscant, & sine debito terminent, procedendo, exequendo, & puniendo, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, omnique iuris, & statutorum solemnitate omissa, etiam diebus feriatis, & non feriatis.

Et eò ampliùs, iusdicentes præmissi in iurisdictionibus eisdem commissis, inquirere habent, si in aliqua parochia, præterquam in prostibulo, stet, vel moretur, aliqua fœmina quæstum corporis faciens, & si fuerit per tres ex vicinis ipsiùs parochiæ, maiores tamen annis triginta, præfatis Iudicibus delatum,

Quod hospites Merularũ,& Magdalenæ non teneãt Meretrices mandat Senat° in eius ordine ædito an. 1556. die 20. Septembris fo. 16. in prima addit.

latum, teneantur ipsam fœminam ex ea parochia expellere, etiam si domus esset eius fœminæ propria. ¶ Expulsæ describantur per Notarium causarum criminalium in vno libro particulari, cum nomine, cognomine,& parochia,anno,mẽse,& die, quibus expulsæ fuerint. ¶ Et postquam expulsæ erunt,non possunt in publicum deferre vestes sericeas, nec aurum, nec argentum impunè, si repertæ fuerint, deprædari possint. ¶ Et item fęmina ter expulsa,pro publica meretrice habeatur,& ad prostibulum conducatur.

LI-

LIBER QVINTVS Conſtitutionum.

DE OFFICIO VICARII Prouiſionum, & pertinentibus ad ipſum officium.

MAximo eſt commodo Mediolanenſi Ciuitati Vicarij, & Duodecim Prouiſionum Officium, ad ea tum ſeruanda, tum in dies ordinanda, quæ vtilitati, ac decori publico conueniunt. Itaquè conſtitutum eſt Vicarij, & duodecim Prouiſionum officiũ, quod tamen annhale ſit, hocque modo Vicarium eligi debere, vt ſexaginta viri, qui deni ex ſingulis portis generale ciuitatis cõſilium repræſentant, ſingulo anno antè Calendas Ianuarij cõueniant, & collatis ſuffragijs ſex Doctores ex Collegio Iuriſperitorum Mediolani eligant, quorum electionem Principi, vel in eius abſentiam, Locumtenenti, præſentabunt, qui vnum ex ipſis doctoribus, quem maluerit, pro primo anno in Locumtenentem Principis ad id officium Prouiſionum deputabit, iſquè Locumtenens in ſequentem annum pro Vicario Prouiſionum electus eſſe intelligatur, & ſic de anno in annum ſucceſſiuè ſeruandum eſt, vt qui vno anno Locumtenens fuerit Principis in eo officio, ſequenti anno Vicarius ſit, & in fine anni is Vicarius omninò ſyndicandus eſt. ¶ Duodecim verò Prouiſionum hoc modò eligendi ſunt, vt cum dicti ſexaginta viri antè Calendas Ianuarij conueniant, pari

Locumtenẽtes Vicarij Prouiſionũ nõ excludũt quin ei cauſæ ad formã Conſtitutionũ cõmitti poſſint ex ord. Senatus anni 1542. diei 14. Martij. f. 31. in 1. addit.

Modum deputandi Syndicatorẽ Vicarij prouiſionum dat Senat⁹ in eius ord. nou. anni 1559 die 24. Ianuari fol. 57. in 1. addit.

pari modo collatis suffragijs, decem octo viros videlicet tres qualibet porta ciuitatis eligent, eaque electione Principi, vel Locumtenenti præsentata, decem ex eis, inter quos sit secundum morem vnus Physicus, deputabit, qui vnà cum duobus Doctoribus à Collegio Iurisperitorum Mediolani eligendis, secundum iam approbatam consuetudinem, numerum duodecim implebunt, & eorum officium annale erit, ex quibus tamen decem electis duo, in sequenti anno vsque ad sex menses continuabunt, nec alij duo electi per dictum tempus eorum loco admittentur, & sic successiuis annis seruandum est. ¶ Eligent etiam prædicti sexaginta viri modo præmisso tres viros pro officio stratarum, & totidem pro officio Victualiũ, Principiq; electionem præsentabunt, qui vnum ex eis tribus pro Iudice stratarum, alterum ex alijs pro Iudice Victualium, eliget, & eorum officium annale erit.

Horum Vicarij & duodecim prouisionum Mediolani illa imprimis cura est, omnem diligentiam adhibere, vt ea, quæ, concernunt victum hominum Ciuitatis Mediolani, & suburbiorum, iustis, & decentibus precijs vendantur, iuxta ordines, & prouisiones. ¶ Hisque solliciti, & vigiles erunt, vt Iudices, tàm ille, qui victualium dicitur, quam stratarum benè se in eorum officijs exerceant, cum Iudices ipsi necesse habent omnia communicare, & participare, cum ipsis Vicario, & Duodecim, maximè in ijs, quæ victũ concernunt, & exequi id, quod per eos prouisum fuerit, pro vtiliori commodo ciuitatis. ¶ Insuper habent diligenter examinare rationes quorumcũque reddituum communis Mediolani, singulo mense, & expensas, quæ pro ipso Communi fiunt, & disponere prout eisdem videtur: ¶ instareque cum syndicis, vt condemnationes communi spectantes transmittantur.

Erit quoque officij Vicarij prouisionum, vna cum Vicario Archiepiscopi Mediolani curare, quòd Ecclesia maior

ior Mediolani rectè, & benè administretur.

Vicarius prouisionum in causis ciuilibus motis, & mouendis nomine communis Mediolani contra quoscunq; debitores, & occupatores, seu detentores bonorum, & iurium ipsius communis, sit iudex ordinarius, & competens, easque terminere, & decidere habet absque consilio sapientis, & summariè, vel ordinariè, prout eidem melius videbitur. ¶ A sententijsq; per eum ferendis non possit appellari, quærelari, nec de nullitate dici.

Causæ coram Vicario vertentes nullam habeant instantiam. Et circa eas seruandum est id, quod in causis coram Quæstoribus vertentibus sancitum est ¶ Et eo amplius, quòd in omnibus, & per omnia faciendum est contra debitores cōmunis, prout contrà debitores fisci fieri debet.

Erit quoque Vicarius iudex in causis bonorum quæ Mediolani ad proclama ponuntur iuxtà ordines.

Pertinet ad Vicarium Prouisionum constituere, & approbare seruitores communis Mediolani. ¶ Et item procedere, & punire ludentes ad ludos illicitos, vel in eis fraudem committentes. ¶ Cognoscet etiam de causis vertentibus occasione laterum; & Tegularum, & eorum quæ circa illud artificium committuntur in damnum publicum, & contrà ordines.

Est etiam eius Vicarij, & duodecim Prouisionum iurisdictio, deputandi officiales ad perquirendas fraudes, quæ committuntur per artifices, & homines, (vt vulgò dicitur de paratico) Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & contrafacientes, & fraudes committentes puniendi, mulctandi, & cogendi debitores eorum paraticorum ad solutionem, & ipsis ius ministrare, tam in controuersijs inter eos vertentibus, quàm inter alios occasione paratici, seu artis, & ex paratico tantùm: saluis tamen ordinibus ipsorum paraticorum.

Omnes

Omnes inuentiones fraudum, & contrauentionum, quæ fient ordinibus, & prouisionibus communis Mediolani, si fiat in dicta ciuitate, vel intra corpora sanctorum eiusdem, eadem die, vel sequenti, deferendæ sunt per officiales ad officiũ Prouisionum in scriptis, similes illis, quæ deferuntur ad Iudices Victualium, & stratarum, qui iudices non possint delatos reos absoluere quoquomodo, sine participatione Vicarij, & Duodecim Prouisionum. ¶ Si verò factæ fuerint extra ciuitatem, intra sex dies deferentur, sub pœna officiali aureorum trium pro qualibet vice. ¶ Officiales nihil recipiant ab imputatis, sub pœna præmissa, etiam corporali, secundùm qualitatem facti, Arbitrio Vicarij & Duodecim, pro prima vice, & pro secunda priuetur officio, & publicè ponatur ad catenam, vel tribus ictibus funis plectetur, arbitrio illius, qui dederit eum iuramento, & vno teste fide digno. Et vlteriùs, si ille, qui pecuniam dederit nocens sit, & ipse officialem accusauerit, ad aliquam pœnam non teneatur. ¶ Terminus defensionis imputatis, si in Ducatu habitabunt, minor trium dierum, nec maior quindecim à die inuentionis, dari non debet, in ciuitate autem ad arbitrium Vicarij.

Syndici communis videre habent omnes inuentiones, & accusationes, etiam ad officia Victualium, & Stratarum, & causas earum intra mensem expediri facere, sub pœna retentionis salarij sex mensium. ¶ Et item curare habent, vt omnes condemnationes factæ per dictos Iudices, & etiam quæ fient per Iudices maleficiorum, spectantes tamen communitati, intra quatuor dies transmittantur rationatoribus communis, sub pœna amissionis salarij vnius mensis. ¶ Exindè earum fiat exactio, & pecuniæ Thesaurario communis numerentur, qui de dimidia parte earum condemnationum faciat solutionem salarij illis Iudicibus, qui eas condemnationes fecerunt. Reliqua in alios vsus ad beneficium communis conuertenda est.

¶ Non

¶ Non licet Iudicibus eas pecunias condemnationum exigere. ¶ Nec etiam licet Thesaurario alicui pecuniam soluere, nisi præcedente iussu inscriptis Vicarij, & Duodecim Prouisionum, sub pœna resarciendi de suo damnum communi.

Vicarius & Duodecim Prouisionum non possunt congregare alios ciues sinè licentia Principis, sub pœna confiscationis bonorum, & alia pœna etiam corporali; arbitrio Principis.

Pertinet ad Vicarium, & Iudicem Victualium, & vnicuique eorum, tàm coniunctim, quàm diuisim accedere, vel mittere ad quascunque partes Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, tam mediatè, quam immediatè subditas, ad inquirendum, & inuestigandum fraudes, quas Pistores, Caupones, Macellari, & aliarum rerum venditores, & negociatores committunt, præsertim ob iniqua, & adulterina pondera, & quoscunquè alios defectus; & errores, qui in præmissis omnibus, & singulis dependentibus, & connexis admittentur. Nec non ad metiendum pondera, & mensura. ¶ Eritque eorum officij delinquentes punire iuxta iuris municipalis, & ordinũ formam.

Et quia per agentes Communitatis Mediolani locabantur iura exigendi condemnationes contra vendentes panem, & carnes, & etiam ab eis quædam honoraria percipiendi, ideò huic morbo occurrentes, sancitum est, has locationes in futurum fieri non posse, sed Iudicem victualium Ciuitatis Mediolani curam habere debere omnium pistrinorum, & macellorum, tàm in hac vrbe existentium, quàm extra, etiam in terris separatis. ¶ Et auctoritatem, habet cum duobus officialibus à Vicario, & Duodecim Prouisionum eligendis, quos secum habebit inuentiones faciendi, & item condemnandi, condemnationesquè ad Communitatem Mediolani applicãdi, modò tamen has condemnationes faciat cum interuentu

Bb Vi-

Vicarij, vel Locumtenentis in eo officio. ¶ Is Iudex Victualiũ pro præmissis exequendis, & ad eius officium spectantibus salariũ menstruũ habebit librarum sexaginta, à Thesaurario Cõmunitatis ex primis pecunijs prouenientibus ex dictis cõdẽnationibus; nec quicquã aliud percipere possit à pistoribus, & macellarijs, vel alijs quacunquè ex causa, etiã à spontè dantibus, sub pœna priuationis officij, & aureorum quinquaginta Cõmunitati applicanda, & maiori arbitrio Principis, vel Senatus. Huiusquè rei in syndicatu, & antè syndicatũ ratio habẽda est exactissima, nulla excusatione admissa, & non solũ ipse Iudex accipiens puniendus est, sed etiã eisdẽ pœnis is qui ei dederit contra huius cõstitutionis formam. ¶ Potestq; hic Iudex cũ interuentu tamen Vicarij Prouisionum, vel ibi in eo officio Locũtenentis nostri, moderari, alterare, & augere pœnas, & condemnationes eorum, quæ ad eius officium spectant.

Eo ampliùs sancitum est, prẽmissas sanctiones locum habere vltrà ea, quæ ex iure municipali Ciuitatis Mediolani sancita sunt, modò his sanctionibus contraria non sint.

DE CONSVLIBVS IVSTITIÆ MED.

Consules Iustitiæ Mediolani, qui doctores non sunt, nõ possunt in contractibus consensum præstare, nec auctoritatem interponere, quando contractus summam aureorum ducentum.

DE OFF. ABB. ET CONS. MERC. MED.

Y etiam &c. vsq; ad ver. & item. Vide declarationẽ in ord. nouis Sen. Excell. æditã anno 1542. die 20. Nouembr. conquæsti &c. f. 31. in 1. add.

Abbatum, & Consulis Mercatorũ Mediolani Iurisdictio illa est, cognoscere de omnibus causis vertentibus inter negociatores, vel mercatores, seu eorũ fideiussores, & contrahentes cũ eis, ex causa mercimonij tantùm, quod exerceatur per mercatores descriptos, vel alios, qui diuersimoda mercimonia exercent, (qui vtentes stratis vulgò appellati sunt.)

ſunt (Et etiam quotienſcumquè de ipſo mercimonio agitur, Et item pro aliqua remuneratione, ſeu mercede ex cauſa mercimonij debita. Et etiam inter ipſos mercatores, occaſione cõtractuum, in quibus alter alteri ſoluere pecuniam promittit, cùm cauſa hæc inter eos mercatores mercantilis præſumatur. Cognoſcent etiam de depoſitis factis penes mercatores, vel campſores, & de litteris cambij, & intelligantur mercatores ij, qui pro talibus ad dictum officium deſcripti ſunt, ſecundum formam ſtatutorum ſuorum. ¶ De his cauſis alij Iudices, quam Abbates præmiſſi ſe intromittere non poſſunt.

Cauſæ vertentes, & quæ verti poſſunt corã Abbatibus, & Conſule Mercatorum Mediolani inſtantiam viginti dierũ vti liũ habeant à die petitionis inchoandorũ, intrà quos, dies eas cauſas decidere, & terminare habent iuxta ſtatutorũ ſuorum formam, ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, abſq; conſilio ſapientis, niſi cauſa eis videatur ardua, & dubia, quo caſu, datis priùs per partes diffidentibus de Collegio Iuriſperitorũ Mediolani vſque ad numerũ octo pro parte, Abbates ſecreto conſiliũ aſſumant. ¶ Si verò cõtingat in aliqua cauſa dilationẽ dari ad probandũ extrà ciuitatẽ, vel Ducatũ Mediolani, eo caſu durante dilatione, non currat inſtantia; ſed ea finita partes ſint in eo gradu & ſtatu, prout erãt antè dilationẽ datã. ¶ Quæ tñ dilatio dari debeat parte per priùs teſtes nominãte, & iurãte, ꝙ ipſam dilationẽ nõ petit calũniosè, nec in fraudem; ſed quòd credit ipſis teſtibus indigere ad probationem iuris ſui.

De his &c. Hoc declarat Senatus in ſupra notato ordine incip. conqueſti dicto f. 31.

In caſibus, in quibus poteſt appellari à ſententia, ſiuè interlocutoria, ſiuè diffinitiua, ferenda per Abbates mercatorũ, appellationes non admittantur, niſi termino dierum quattuor continuorum à die Intimationis ſententiæ interpoſitæ fuerint. ¶ Is tamen appellans, ſiue actor fuerit, ſiue reus, niſi termino aliorum quattuor dierum immediatè ſequentium depoſuerit omne, & totum id, in quo condemnatus fuerit, vel

pecuniam æquiualentem,& integrè soluat oēs,expēsas,in quibus fuerit condēnatus,& tantundē deposuerit,pro expensis faciendis in causa appellationis,ad appellationē prosequendam non admittatur; sed sententia mittatur executioni. ¶ Poterit tñ postquā sententia executioni demandata fuerit in termino à iure concesso ipsam appellationem prosequi, facto per prius deposito expensarum faciendarum in causa appellationis pro eadem summa,pro qua in causa principali condemnatus est.

Abbates mercatorum in hoc tanquā delegati Principis causas appellationum seruatis præmissis cōmittent duobus, vel tribus mercatoribus partium confidentibus, vel alteriùs tātū in contumaciā,seu renitentiā eius partis, quæ suos confidentes non dederit,vel recusauerit. ¶ Hiq; confidentes in causis eisdē cōmissis habeant eandem Iurisdictionem, & potestatē, quam habebant Abbates in causa principali,& pari modo iudicare debeant summariè,& sola veritate inspecta: & prout in causa principali iudicare possunt. ¶ Instantia causæ appellationis viginti dies vtiles habet à die commissionis tñ numerādos. ¶ Nec de causis ipsis appellationū alij Iudices quā Abbates,seruatis tñ his de quibus supra, intromittere se possunt.

Si quis merces emerit adiecta die solutionis faciendæ pactusq; cū creditore fuerit instrumentum obligationis facere, idque postquā merces habuerit, non fecerit, eo citato statuatur per Abbates terminus ad faciendum creditori instrumētum obligationis iuxtà conuenta,& cum iuramento,ad statutorū Mercatorū formam in quo termino,si debitor nō paruerit,eo casu asserente creditore cum eius iuramento merces vēdidisse debitori,& ad id accedat fides Proxenetę descripti qui medius fuerit,cogatur debitor omnibus iuris remedijs etiam per personalem detentionem,ad satisfaciendum creditori in pecunia numerata in præsens ac si terminus conuentus ad soluendum statutus non fuisset.

Quo-

Quotienſcunquè requiſitus fuerit debitor ex cauſa litterarum cambij cum proteſtatione non factæ ſolutionis iuxtà morē,& conſuetudinē litterarū cambij,intimationesq; factæ fuerint medio Proxenetæ deſcripti ſi iurauerit creditor illud cābium verè,& realiter factū fuiſſe,& non fuiſſe cambiū(vt vulgo dicitur)mortuū, Abbates oībus iuris remedijs,etiā per perſonalem detentionē,debitorem cogant ad ſoluendum. Et hoc niſi debitor fideiuſſorem idoneum dederit, quòd intra octo dies ſoluet. ¶ Eò ampliùs ſancitū eſt,quòd litteræ cambij veri, & realis,& non(vt vulgo dicitur) mortui hypothecā habeāt.

Si quis prima facie debitor ex cauſa mercimonii apparuerit per inſtrumentum,vel condemnationem,vel per litteras, non poſſit dare libellum (vt dicitur) præuentorium, vel aliquod iudicium intentare ad impediendum executionem: ſed ea omninò concedatur ſeruatis ordinibus.

Aduocati,& cauſidici,nō poſſint pro aliquo debitore corā Abbatibus ſinè eorum licentia comparere, ſub pœna ſuſpenſionis officij per annum. ¶ Eademq; pœna tenentur notarij eorum Abbatum, ſi coram Abbatibus directè, vel per indirectum, patrocinium aſſumant cauſarum.

Si concedantur per Principem litteræ ſalui conductus, per eas derogatum eſſe non intelligatur iuriſdictioni, & ordinibꝰ Abbatum,& mercatorum quo minùs agere poſſint,& procedere iuxta eorum ordines,conſuetudines,& ſtylum,niſi in ipſis litteris in ſpecie prædictis omnibus fuerit derogatum. Nō tamen ad executionem perſonalem deuenire poſſunt contra earum litterarum formam.

Omnibus mercatoribus,Artificibus, Magiſtris apothecæ, & eorum operarijs cuiuſcunq; exercitii interdictum eſt recedere à Ciuitate Mediolani,vt in alijs locis extrà Dominium habitent,ad finē vt ibi artē exerceāt, ſine licentia ſpeciali Principis,vel Senatus,Quòd ſi contrafactum fuerit, Mercatori, &

ma-

pecuniam æquiualentem,& integrè soluat oẽs,expẽsas,in quibus fuerit condẽnatus,& tantundẽ deposuerit,pro expensis faciendis in causa appellationis,ad appellationẽ prosequendam non admittatur; sed sententia mittatur executioni. ¶ Poterit tñ postquã sententia executioni demandata fuerit in termino à iure concesso ipsam appellationem prosequi, facto per prius deposito expensarum faciendarum in causa appellationis pro eadem summa,pro qua in causa principali condemnatus est.

Abbates mercatorum in hoc tanquã delegati Principis causas appellationum seruatis præmissis cõmittent duobus, vel tribus mercatoribus partium confidentibus, vel alteriùs tãtũ in contumaciã,seu renitentiã eius partis, quæ suos confidentes non dederit,vel recusauerit. ¶ Hiq; confidentes in causis eisdẽ cõmissis habeant eandem Iurisdictionem, & potestatẽ, quam habebant Abbates in causa principali,& pari modo iudicare debeant summariè,& sola veritate inspecta: & prout in causa principali iudicare possunt. ¶ Instantia causæ appellationis viginti dies vtiles habet à die commissionis tñ numerãdos. ¶ Nec de causis ipsis appellationũ alij Iudices quã Abbates,seruatis tñ his de quibus supra, intromittere se possunt.

Si quis merces emerit adiecta die solutionis faciendæ pactusq; cũ creditore fuerit instrumentum obligationis facere, idque postquã merces habuerit, non fecerit, eo citato statuatur per Abbates terminus ad faciendum creditori instrumẽtum obligationis iuxtà conuenta,& cum iuramento,ad statutorũ Mercatorũ formam in quo termino,si debitor nõ paruerit,eo casu asserente creditore cum eius iuramento merces vẽdidisse debitori,& ad id accedat fides Proxenetę descripti qui medius fuerit,cogatur debitor omnibus iuris remedijs etiam per personalem detentionem,ad satisfaciendum creditori in pecunia numerata in præsens ac si terminus conuentus ad soluendum statutus non fuisset.

Quo-

Quotienscunquè requisitus fuerit debitor ex causa litterarum cambij cum protestatione non factæ solutionis iuxtà morē,& consuetudinē litterarū cambij,intimationesq; factæ fuerint medio Proxenetæ descripti si iurauerit creditor illud cābium verè,& realiter factū fuisse,& non fuisse cambiū(vt vulgo dicitur)mortuū,Abbates oībus iuris remedijs,etiā per personalem detentionē,debitorem cogant ad soluendum.Et hoc nisi debitor fideiussorem idoneum dederit, quòd intra octo dies soluet.¶ Eò ampliùs sancitū est,quòd litteræ cambij veri, & realis,& non(vt vulgo dicitur) mortui hypothecā habeāt.

Si quis prima facie debitor ex causa mercimonii apparuerit per instrumentum,vel condemnationem,vel per litteras, non possit dare libellum (vt dicitur) præuentorium, vel aliquod iudicium intentare ad impediendum executionem: sed ea omninò concedatur seruatis ordinibus.

Aduocati,& causidici,nō possint pro aliquo debitore corā Abbatibus sinè eorum licentia comparere, sub pœna suspensionis officij per annum. ¶ Eademq; pœna teneantur notarij eorum Abbatum, si coram Abbatibus directè, vel per indirectum, patrocinium assumant causarum.

Si concedantur per Principem litteræ salui conductus, per eas derogatum esse non intelligatur iurisdictioni, & ordinib⁹ Abbatum,& mercatorum quo minùs agere possint,& procedere iuxta eorum ordines,consuetudines,& stylum,nisi in ipsis litteris in specie prædictis omnibus fuerit derogatum. Nō tamen ad executionem personalem deuenire possunt contra earum litterarum formam.

Omnibus mercatoribus,Artificibus, Magistris apothecæ, & eorum operarijs cuiuscunq; exercitii interdictum est recedere à Ciuitate Mediolani,vt in alijs locis extrà Dominium habitent,ad finē vt ibi artē exerceāt, sine licentia speciali Principis,vel Senatus,Quod si contrafactum fuerit, Mercatori, & ma-

magiſtro apothecæ pœna confiſcationis bonorum erit. Inſuperq; ciuilitatē,& facultatem artē exercendi amittāt. Operarii autē pœna quinquaginta aureorū Fiſco applicanda teneātur, quam ſi ſoluendo non erunt, tribus ictibus æculei plectātur.

Quicūq; in Dominio Med. mercator, & in mercatorū matricula deſcriptus,& quilibet negociator, & artifex, vel à mercatura & negotiatione depēdentiā habens, priuatorūq; pecunias,& bona, in mercaturis exercens, per fugā actualē à Dominio à fide defecerit,& eā ob cauſam creditoribus ſuis nō ſatisfecerit, is cuiuſcunque ætatis ſit, etiā ſi ſexagenariā exceſſerit, ſi detineri potuerit, furcis ſuſpendatur, vel ad triremes perpetuò mittatur, arbitrio tñ Principis, vel Senatus. ¶ Hæc tñ pœna itā demū locum habebit, niſi fidefragi intrà tres menſes à die publicationis factæ de eorū fuga cōcordes erunt cū creditoribus ſuis ad formā ſtatutorū mercatorū. ¶ Omniū officialium cura erit, ſi aditi fuerint à creditoribus conſtito priùs de credito, vel per ſummariā informationē, etiā parte non citata factā, & quolibet die, ēt feriato, nō ſeruato etiā aliquo iuris ordine, vel p ſolū creditoris iuramentū, cuius etiā iuramento de fuga credatur, oēs hos debitores detinere, diligenterq; eos cuſtodire, nec relaxare, niſi priùs creditoribus ſatisfecerint, vel cū eis concordes fuerint, aut ad luēdas meritas pęnas mittātur. ¶ Hæ tñ probationes hoc modo factæ in cauſæ cognitione præiudicare non habēt ipſis detentis, vel iuribus eorum, niſi poſtmodum legitimè factæ fuerint, & alio modo quàm per iuramentum. Et ſi copertum fuerit quem indebitè detentum fuiſſe, puniatur is, qui eum detinere fecit in quinquaginta aureis pro dimidia parti,& p dimidia Fiſco applicādis,& alia maiori pęna arbitrio Abbatū, inſpecta qualitate perſonarū. ¶ Quòd ſi officiales itā preſtò nō eſſent, vel eſſent inhabiles ad hos detinendos, licitū erit creditoribus,& agētibus,& mandatarijs eorum cū auxilio priuato vſq; ad numerū decē hominū, cū debitorē

fide-

fidelio priuato vsq; ad numerũ decẽ hominũ, cũ debitorẽ fidefragum detinere auctoritate propria, & Iudici consignare. ¶ Hæque in oĩbus locis huius Dominij fieri possunt, & quibuscunque alijs diebus, tã feriatis, quã non feriatis etiã in honorẽ Dei, & etiam in ecclesia, in foro, & in domo propriæ habitationis debitoris, etiã in domo vbi Princeps residet, ita vt nullum locum tutum habeant. ¶ Hæc quoque sanctio respectu capturæ modo præmisso faciendæ, etiam pertinet ad hos, qui dolosè sui copiam non faciunt, vel pro fugitiuis habentur.

Postquam Abbatũ mercatorũ mandato debitor publicatus fuerit pro fidefrago, quæ publicatio sono tubæ in locis publicis, & solitis, facienda est, tenentur oẽs, qui habẽt penes se, aut sciant penes quem sit, de bonis, rebus, instrumentis, libris rationum, scripturisvè eius debitoris fidefragi, termino quindecim dierũ ea Abbatibus notificare, sub pęna trecẽtũ aureorũ cuilibet contrafacienti, pro tertia Fisco, pro tertia accusatori; & residua creditorib⁹ applicãda, & quilibet accusare possit.

Huiusq; debitoris fidefragi debitores in Dominio habitãtes, & præsentes, in eo quindecim dierũ termino debita notificare in scriptis necesse habent Abbatibus, sub pęna quadrupli, applicanda vtsuprà. Si verò absentes fuerint, id termino trium mensium facere habent; & pari modo si debitũ ex re acta extrà Dominiũ causatum fuerit, modo tñ quindecim dierum termino eo meliori modo, quo fieri poterit, notificetur. ¶ Nec exindè possunt hi debitores creditori suo fidefrago soluere, aliàs ad iteratam solutionem teneantur. ¶ Creditores pari modo fidefragi eorum credita notificare habent, sub pœna amissionis iurium, & actionum, super bonis immobilibus cõpetentium quo ad beneficium aliorum creditorum. Et plus vero credito notificantes in quadruplum puniantur. ¶ Error tamen in præmissis librarum sexdecim Imper. pro cẽtenario, præiudicio non erit notificantibus quo ad pęnam.

Con-

Contractus quicunquè, & quæcunquè conuentiones factæ cum his fidefragis, aut eorum procuratoribus, vel negotiorũ gestoribus; postquam fugam arripuerint, siue contineant cõfessionem debiti, aut partis eius, vel dilationem, aut terminũ ad soluendum, & item obligationes, vẽditiones, alienationes, translationes cessionesvè bonorum, iurium, & actionum, vti bono publico præiudiciales inquantum creditoribus præiudicant, sint nulli, & nullæ, nulliusquè valoris, & momenti, etiam quòd iuramento (tanquã in fraudẽ facto, vel simulatè interposito,) vel alijs solẽnitatib⁹, muniti sint, aut litteris Principis confirmati, nec per Iudices executioni mittendi sunt.

Quod Capitanei Marthesanæ, & Serij iurisdictionem non exerceant in certis Villis.

Capitaneus Seprij, & Bulgariæ, & Capitaneus Marthesanæ, & Batianæ, qui in dictis regionibus iurisdictionem criminalem exercere habẽt, & maiorem Magistratum, se tamen intromittere aliquo modo nõ possunt, nec iurisdictionem exercere in infrascriptis Plebibus & Terris; quia huius constitutionis vigore, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus de iurisdictione Prætoris Mediolani esse declarantur. Quæ loca sunt hæc, videlicet.

In Seprio, & Bulgaria.
Plebs de Cisano.
Plebs de Treno.
In Plebe de Corbetta.
Locus de Cisliano.
Locus de Sidriano.
Locus de Baregio.
Locus de Santo Vito.
Locus de Bestacio.
Locus de Santo Petro ad Bestaciũ, cum suis Cassinis, & Territorijs.
In Plebe de Neruiano.
Locus de Garono.
Locus de Vdrugio.
Locus de Poliano.
Locus de Venzago.
Locus de Pregnana.
Locus de Cornaredo.
Locus de Rhaude.
Locus de Lusernate.
Cum eorum Cassinis, & Territ.
In Marthesana, & Baciana.
Plebs de Bruciano.
Plebs de Bolate.
Plebs de Desio, cum Burgo Desij, exceptis Serenio, Blasono, Vedano.
Locus de Machario.
In Plebe de Gorgonzola.
Locus de Vignate.
Locus de Campo ricco.
Locus de Retenate.
Cassina de Villafranca, siue de Pechijs.
Cum Cassinis, & eorum Territorijs.
Plebs de Mezate tota.

In

In Plebe de Vicomercato.
Burgus de Concorretio.
Locus de' Gradi.
Locus de Carugate.
Locus de Caponago.
Cum suis Cassinis, & Territorijs.
Cassinæ de Baracia.
Curia de Modoetia.
Plebs de Segrate.
Plebs de Sancto Donato.
Plebs de Sancto Iuliano.
Plebs de Locate.
Plebs de Rosate.
Plebs de Decimo.
Plebs de Septara.

DE OFFICIO PROTECTORVM CARCER.

PRotectores Carceratorum possunt cogere, & condemnare quoscunque, qui non ritè aliquem detinere fecerint, ad satisfactionem expensarum factarum per ipsos non ritè detentos, & habito prius sermone cum Iudice.

DE OFFICIO IVDICIS, ET COMMISSARII Fluminis Olonæ, & pertinen. ad ipsum officium.

COmmissarius Fluminis Olonæ vltra biennium officium exercere non possit: & antequàm de officio se intromittat, apud acta Magistratus extraordinarij iurare teneatur. & idonee fideiubere ad summam ducētum aureorū se bona fide officiū exerciturum, ordines seruaturū, & syndicatui pariturū.

Nec possit memoratus Commissarius directè, nec per indirectum, ab habentibus ius in Flumine Olonæ, nec eorum partiarijs, vel conductoribus etiam sponte dare volentibus, quicquàm accipere, nec esculentum, poculentumvè: sed contentus sit annuo salario: quod aureorum centum & viginti erit, modo de quo infra, persoluendo; aliàs officio priuetur, aliaq; pœna mulctetur, arbitrio Senatus imponenda.

Is quoq; Cōmissarius, si in rē pñtē accesserit ab aliquo vtēte aquis fluminis pdicti cōductus, vel ꝑ visitanda, vel moderāda bucca, aut collaudandis pratis iuxta ordines, à cōducente, pter solidos 50. singula die nihil vlterius exigat, sub pęna pmissa.

Cōdēnare aūt debet ordinibus cōtrafacientes ad eorū ordinum formā, adhibitis tñ duobus Fiscalib⁹ deputatis, vel altero

corũ ꝓcedẽdo sũmariè, sine strepitu, & figura iudicij, ẽt ad petitionẽ cuiuslibet accusantis aliquẽ ordinib⁹ cõtrafecisse, & cõdẽnare, vtsupra, si delatio ꝓbata fuerit p iuramẽtũ accusatoris legitimè, & p vnũ testẽ fide dignum, aliàs absoluere teneatur.

In primordio quoquè officij flumẽ ipsũ visitabit, curabitq; ꝙ oẽs buccæ ad formã ordinũ reducantur. Quòd si negligens fuerit, ẽt durãte officio, syndicari, & puniri possit, inspecta qualitate facti, pęna arbitrio Senatoris ad id deputãdi, imponẽda.

Eligãturq. per Cõsules molitorum, seu ipsos molitores à Rhaude inclusiuè infrà, vnus, à Rhaude verò vsq. ad Neruianũ exclusiuè alter vtsuprà, q tñ nõ habeãt prata super flumina Olonæ, nec vtantur aquis eiusdẽ, nec sint cõductores inquilini, seu pensionarres ipsorũ vtentiũ, nec sint agnati, vel attinẽtes alicuius, qui vtatur aqua dicti fluminis, vsq. ad tertiũ gradum, qui per Vicariũ prouisionum approbentur, iurentq; & apud acta Magistratus Extraordinarij ẽt idoneè fideiubeãt vsque ad summã aureorum decẽ, ꝙ officium suũ bona fide exercebunt, ordines obseruabũt, cõtrafacientes denuntiabunt, cõtẽtiq; erunt salario mẽstruo aureorũ duorum, qđ super cõdẽnationibus faciendis persoluetur, nec quicq̃ aliud accipient, nec ẽt esculentum, potulentumvè, etiam à dare spontè volẽtibus, nec aliquẽ falso accusabunt, vel accusandum ꝑmittẽt, sub fustigationis pœna, & alia arbitrio Senatus imponẽda, Credaturq. accusationi vnius ex cãparijs prædictis cũ iuramẽto.

Eligatur etiã per Vicarium, & Duodecim Prouisionum notarius probus, & legalis, apud dictum commissarium, qui pari modo apud Vicarij acta iurabit officiũ suũ bona fide factur ũ.

Deputabit Senatus vnum Senatorem, cui Commissarius, & notarius, bis in anno, & vltra, ad omnem eius Senatoris requisitionem teneantur rõnem reddere gestorum in officio, sub pęna priuationis officij, & alia arbitrio Senatus imponẽda. Senatorq; deputandus omnino bis in anno acta per Commissarium, Notarium, & camparios, intelligat: faciatq; quòd contenta

tenta in hac noua sanctione obseruentur.

Cæterum, si quis reclamare, & querelã porrigere cõtra aliq̃ cõdẽnationẽ p Cõmissarium factam, voluerit, id facere possit apud Senatorẽ deputandum intra quatriduũ post factã cõdẽnationem cõdemnato præuia citatione peremptoria, & specificè monito. Senatorq; ad id deputat⁹ summariè videat causas grauaminum, & Senatui referat, qui attẽta qualitate casus, prouidebit, prout conueniens putauerit. Interim tñ condemnationes ad Cameram non transmittantur, nec exigantur. Quòd si non curauerit cum effectu termino quindecim dierum causam expediri, nõ impediatur cõdẽnationis executio.

Alueus fluminis Olonæ à loco de Cerciate, vsque ad locũ de Castignate reducatur in formã, quòd latus sit ad minus per brachia duodecim, ad brachium lignaminis, eaq; aluei ampliatio fiat ab ea parte, quæ ipsi Cõmissario videbitur; & ista Commissarius exequi procuret, nisi videatur, plus, & minus faciendum, arbitrio Senatoris deputandi.

Nemini liceat rugiã eleuare, nec incilia ponere, per quæ duci possit aqua ex flumine Olonæ ad irrigationẽ pratorum, nisi prius habuerit ius id faciendi, & idoneè satisdederit apud acta Cõmissarij singulo anno, & in principio anni pro summa decem aureorum, de non vtendis aquis contra formam ordinũ. Hácq; fideiussionẽ singulo anno renouare teneatur. Sufficiatque si dñs pratorũ fideiubeat pro se, colonis, & cõductoribus, nec ab eis vlterior fideiussio requiratur. Notariusq. p dicta fideiussione, nisi solidos quattuor pro mercede accipiat. Teneaturq; ducere volens aquã vt supra, vltra pręmissa habere dictã rugiã, seu incilia, in formam infrascriptam, videlicet q habeãt pedẽ, cum suis (vt dicitur spallis) lapidibus & cemẽto factis, altum à fundo aluei Olonæ per tertias duas vnius brachij ad brachium lignaminis, capiẽdo mensuram per mediũ aluei, & nõ sit lata vltra brachia duo cum dimidio dictæ mensuræ. Et qui contrafecerit, puniatur prò quaibbet vice in scutis decem Ca-

meræ applican. ¶ Liceatq; habentibus dictas rugias modo pmisso aquã ducere ex flumine prædicto per ipsas rugias ad irrigationem pratorũ suorum, videlicet à terra Canegrate inclusiue supra ab hora vespertina vniuscuiusq; diei Sabbathi, vsq; ad horam vespertinam diei Dñicæ seq. & sic per diem naturalem 24. horarũ: Ijs verò qui habent rugias à loco Canegrate exclusiuè infra, vsq. ad locum de Rhaude exclusiuè, ab hora vespertina diei Dominicæ vsque ad horam vespertinam diei Lunæ sequentis. Et sic per alium diẽ naturalẽ vt supra. Residuis verò habentibus rugias à loco Rhaude Mediolanum, ab hora vespertina diei Lunæ, vsq; ad horam vespertinam diei Martis sequentis. Et hæc oĩa incipiendo à medio mense Martij vsque ad medium mensem Septembris cuiuslibet anni. Alijs autem mensibus & diebus, prohibitum sit prædictis aquã ducere ex dicto flumine, saluo quod à die vigesima quarta Decembris inclusiuè vsq; ad decimã septimã Ianuarij, & sic p viginti quattuor dies cõtinuos, possint aquã ducere vt supra hoc mõ vt qui superiores sunt primis octo diebus vtantur, medij sequẽtibus octo, & vltimi residuis octo. Pariq; modo vtantur partitis diebus hebdomadæ sanctæ, & octauæ Pascatis resurrectionis. Alternique se se statis diebus non impediant. Quod si quis in aliquo præmissis contrafecerit, irremissibiliter condẽnetur pro qualibet vice à perticis quinque prati supra vsque ad omnem quantitatem in scutis viginti quinque cameræ applicandis, A perticis verò quinque infrà in aureis quatuor, pro qualibet vice. Et intelligatur quemlibet contrafecisse in cuius pratis; vel agro reperta fuerit aqua defluere ad irrigationem bonorũ in die, vel hora, aliter quam sit concessum vt suprà.

Omnesque qui ducunt aquam vt supra teneantur habere (vt vulgò dicitur soratorem) per quem scolatitia dictarum aquarũ reuertantur in alueum Olonæ, ab ea parte aluei ex qua aqua ducitur, antequam attingant tertium molandinum, & hoc à terra Parabiaghi infrà. Supra verò ante quartum in ordi

ne molandinum. Quòd si aliqua rugia habere foratorem non competiatur statim obturetur, nec aperiri possit, nisi facto foratore collaudato per Commissarium, & habens rugiam tertio monitus, iure ducendæ aquæ priuetur.

Nemini quoq; liceat facere, tenere, nec habere clusam, vel impedimentum, pro deriuandis aquis ex ipso flumine, sub pœna cõtrafacienti aureorũ quattuor pro singula vice, & singulo impedimento. Hoc tñ locũ non habeat in molendinis, nec causa molendinorũ tantũ illorũ, qui habẽt ius vtendi dictis aquis.

Molitoribus liceat irrigare omni die impunè eorum insulas, quæ non sint maioris quantitatis perticarum quinque pro singulo molendino. Teneanturque dicti molitores cum habuerint aquam ad suum molendinum, tenere hostia canaliũ aperta quæ fuerint necessaria ad molẽdinũ, ita quod aqua libere possit fluere per alueũ Olonę. Et qui cõtrafaciet, punietur ꝑ qualibet vice, & quolibet ostio, í aureo vno applicádo vt supra.

Molandina quoque existentia super flumine Olonæ aptari debeant expensis illorum, quorum sunt, ità vt liberè defluere possit aqua ad Ciuitatem Mediolani, arbitrio Commissarij.

Si superfluitas aquarum fuerit propter excrescentiam fluminis Olonæ, quæ excrescentia intelligatur, si flumen intrà ripas non contineatur, liceat eo tempore omnibus habentibus rugias super flumine Olonæ, durante excrescentia deriuare aquam ex dicto flumine liberè, & impunè, & omni die, & nocte.

Vniuersitas locorũ Parabiaghi, & Rhaude quacunq; die, & hora, liberè, & impunè, ducere possit aquam ex Olonæ flumine, & ea vti, modo non vtatur ad irrigationẽ pratorum, & hoc per incilia, ꝑ quæ ducere aquã solitũ est, hoc mõ, quod singula vniuersitas pforari faciat lapidẽ marmoreũ, seu siliceũ, in formã, qui per foramen fluat in cauum ad id factum, in quantitate vnciatũ sex s. per tertiam vnius brachij, ad brachium lignaminis in longitudine dicti foraminis, & mediam quartam

in altitudine eiusdē. Isq; lapis claudi debeat in ripa aluei fluminis Olonæ, lapidibus, & cęmēto, ità tñ φ foramen in dicto lapide existens remaneat altū à fundo aluei Olonæ per tertiā vnius brachij. Quibus sic peractis, si qs ausus fuerit lapidē remouere, vel ordinē p̄dictū aquæducēdæ impedire, incurrat pœnā aureorū viginti Cameræ applicādā, & suis ip̄ēsis oīa i pristinū reducat. Idq. obseruet̄ mō, vt dictū est, ex aqua mō p̄misso ducēda, nō irrigentur prata, & reuertat̄ in alueū fluminis Olonæ.

Cōmissarium Olonæ, & camparios, nullus offendat, nec offendi faciat, nec impediat, quominus officia sua exercere possint, sub pęna etiam corporali arbitrio Senatus imponenda. Teneanturq; Cōmissarius infrà quindecim dies, postq̃ notitiam habuerit, aliquem vi, & potentia, ducere aquam ex flumine Olonæ cōtra ordines, eum condemnare in aureis 25. pro singula vice, & cum auxilio officialium arari facere eius prata, in modum, φ mutet̄ facies loci, & nō videant̄ ampliùs prata.

Cōmunia quoq; Burgorū, Locorū, cassinarū, & molēdinorū ꝓpinqua flumini Olonæ ad tria millia passuū, teneantur semel ī anno, si requisiti fuerint à Cōmissario, ire cū instrumētis necessarijs ad implēdū fossas, p quas duci possit aqua ex dicto flumine cōtrà formam ordinum, impēsis tñ dñorum eorundē

Ducentes aquam ex flumine Olonæ teneantur construere, & manutenere pontes necessarios super aquæductibus.

Cæterū si reperiri mod⁹ poterit, p quē augeri possit aqua in flumine Olonæ, & videat̄ Cōmissario, habita tñ participatione cum Senatore deputādo, opus fore bonum, & vtile, id opus fiat cum cōsilio peritorum eligēdorum p Senat. deputādum.

Teneantur quoque cōmissarius, quàm primùm fieri possit, cum consilio sex virorum habētium prata in valle Olonæ purgari facere fontes veteres, & nouos, ex quibus aqua fluat, vel defluxerit in alueo Olonæ, in eis locis, in quibus videbitur expediens, & vtile pro augendo aquam in dicto flumine, idque fiat expensis habentium prata, & molendina, super dicto flu-

mi-

mine,& quarum expensarum distributionem faciat Commissarius cum participatione dictorum sex virorum.

Et si quis diuerterit aquas dictorum fontium, vel aliter impediuerit, quominùs in flumen Olonæ decurrant, puniatur in aureis centum, & maiori pœna, arbitrio Senatus.

Liceat etiam dealbatoribus fustaneorum, aciarum, & draporum, & conficientibus lateres, & tegulas, quocunque die, & tempore pro arte sua exercenda tantum ducere aquam necessariam, & vtilem, ex flumine Olonæ, ea tamen lege, ne ad alios vsus diuertant, sub pœna aureorum quinque.

Deniq; si contingat plures personas habere ius in eodem aquæductu, & aliquæ fuerint diligentes in faciendis impensis circa prædicta, & aliquæ renitentes fuerint, vel negligentes ad contribuendum pro rata portione dictis impensis, eo casu diligentes tota aqua vtantur dictis renitentibus, vel negligentibus spectante, nec vti aqua possint, donec soluerint ratam suam portionem dictarum impensarum. Eo ampliùs, quòd si per annum steterint, quòd non soluant, iure aquæducendæ in perpetuum priuentur, & illud ius diligentibus, qui fecerint impẽsam, accrescat ipso iurè, sinè aliqua Iudicis declaratione,

Cõdemnationes, quas faciet Cõmissarius, ad Cameram Extraordinariam transmittat, & pecuniæ, q̃ ex eis exigentur, penes vnum p Magistratum extraordinariũ eligendũ deponantur, de quibus quantũ sit respectu dimidiæ partis, nihil disponi possit, nisi à summa salarij p̄fati Cõmissarij, & cãpariorum suprà, q͞a sup ea dimidia parte oĩnò satisfaciẽdũ est salario dictorũ Cõmissarij, & campariorum. Et ꝑpterea nullę cõpositiones fieri possint, q̃ sint infrà dimidiam partem earum. Nec aliquę assignationes de eis cõdenationibus fieri possint, respectu dictæ dimidiæ partis, & factæ nullius sint effectus, & momenti. A dictis verò salarijs suprà disponat Fiscus, prout eidẽ videbitur.

Et quia in moderandis buccis necessaria est opera architecti, seu ingenieri, ideò sancitum est, p Senatorẽ deputandum vnum ex Ingenierijs Cõmunis Mediol. vel Fisci eligi debere.

DE OFFICIO GVBERNATORVM STATVTORVM.

OMnes Officiales Ciuitatis Mediolani tenentur omnes cridas, ordines, prouisiones, limitationesque pręcia taxanda carnibus, piscibus, lignis, & alijs victualibus rebus, & quæcunque decreta, & statuta facienda, & quæ seruari debeant, liberè, & sine aliqua exceptione, statim deferri, & consignari facere ad officium Gubernatorum statutorum dictæ vrbis. ¶ Tubicines tenentur, publicatis præmissis eas originales dicto officio consignare, sub pœna officiali, & tubicini contrafacienti priuationis officij.

Eo amplius sancitũ est, ꝙ quibuscunque Decretis, Statutis, litteris prouisionibus, cridis, & alijs scripturis, de quibus in præcedenti constitutione fit mentio, siue publicum, siue priuatum commodum concernant, ad dictũ officium Gubernatorum registratis, plena, & indubitata fides adhibeatur, tàm in iudicio, quàm extrà, quemadmodum originalibus, & publico instrumento adhiberetur.

Sancitum ē et est, quòd citationes & quæcunquè aliæ scripturæ, quæ publicantur sono tubæ ad scalas Palatij Ciuitatis Mediolani, ea die per copiam ad officium Gubernatorum statutorũ Mediolani dimittãtur qui sine impensa partium in filo ponant, ad finem, vt quilibet notitiam habere possit, & copiam, cui credatur, vt in præcedenti constitutione cautum est.

Cridæ, citationes, & aliæ scripturæ, quæ ex forma harum constitutionũ consignari debent officio Gubernatorũ statutorum Mediolani, si saltim intrà vnam diem non consignentur, sint nullæ nulliusque valoris, & momenti, nec exequantur. ¶ Et eo amplius officiales contrafacientes teneantur ad refectionem expensarum, damnorum, & interesse, damnum passo.

M. D. XLI. adì 3. Ottobre in Milano.

ESsendosi per la Maestà Cesarea firmati, & stabiliti tutti i Decreti di questo suo Stato di Milano à grandissima vtilità & beneficio de' sudditi, come appare per lettere di S Maestà Dat. à Milano a' 27. d'Agosto prossimo passato, quali insieme con l'originale d'essi Decreti sottoscritti di man propria di S.M. & sigillate, sono all'vfficio de' Panigaroli, acciò si possano vedere, & volendo l'Illustris. & Eccellentis. Sig. Alfõso d'Aualos d'Acquino, Marchese del Vasto, Cesareo Capitaneo genera e in Italia, & Luogotenente nello Stato di Milano, che questo venga à notitia d'ogni persona, & che siano osseruati.

In nome di sua Eccellenza si ne fà per la presente crida, & notitia ad ogn'vno, & che da quì inanti si haueranno ad osseruare per tutto questo dominio di Milano, incominciando da Calende di Genaio 1542. prossimo inanti, certificando ogn'vno, che di presente dette constitutioni con diligenza si imprimeno, accioche inanti detto tempo ogni persona ne possi hauer copia, & saper la loro continenza. Signat. Il Marchese del Vasto cũ sigillo præfati Illust. Marchionis. Vidit Taberna. Aug. Mont.

PVblicata super platea Arenghi, & in Broleto Communis Mediolani per Oliuerium de Marliano Tubetam die Mercurij quinto mensis Octobris 1541. sono sub trum premisso.

ORDINES

Ac Decreta,

CONSTITVTIONVMQ.

DECLARATIONES

AB EXCELL.^MO SENATV MEDIOLANI

EDITÆ.

In quibus non solum Ordines illi, sub nomine Nouæ Additionis, aliàs impressi, sed etiam multa alia Decreta, quæ separatim cusa fuerant, & alia antehac non impressa, nuncq. conquesita, & in vnum, secundum materias, ferè redacta, habentur.

Cum Indice alphabetico copiosissimo.



MEDIOLANI,

Apud Io. Baptistam Bidellum. M.DC.XVII.



INDEX ORDINVM EXCELLENTISS. SENATVS.

Mer-

F I N I S.

ORDINES AC DECRETA CONSTITVTIONVMQ.

Declarationes

AB EXCELL.^mo SENATV MED. EDITÆ.

INDVLTVM LEONIS DECIMI PONTIFICIS MAXIMI.

LEO Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etsi Apostolica Sedes, ad quam, tanquã omniũ piam Matrem, & Iustitiæ administratricem ex vndecunq; mundi partibus magnus Christi fidelium pro consequendo iustitiæ complemento cõcursus in dies fieri solet, plenam habeat auctoritatem omnibus de oportuno iuris remedio prouidendi; solet tamen aliquando Sedes ipsa Christianissimorum Regum votis, illis, præsertim, per quæ subditorum suorum dispendijs obuiari, & litigandi materia amputari dignoscitur, annuere, & Pastoralis officij partes fauorabiliter impendere; prout personarum, rerum, temporum & locorum, ac alijs qualitatibus diligenter pensatis, in domino conspicit salubriter expedire. Sanè exhibita nobis nuper pro parte carissimi in Christo filij nostri Francisci Francorum Regis Christianissimi, & Mediolani Ducis petitio continebat, quod licet ipse Franciscus Rex, & sui officiales Ducatus Mediolanensis, cunctis conquerentibus, in omnibus & singulis causis coram suis ordinarijs, coram quibus alias de iure, vel consuetudine tractari consueuerunt, sint parati iustitiæ complementum ministrare; tamen sæpe contingit suos subditos, & vasallos, ratione dicti sui Ducatus Mediolanensis, ad diuersarum personarum, & locorum, etiam religiosorum instantiam extra terri-

torium, & dominium dicti sui Ducatus ad iudicium euocari, propter quod ipsi subditi, & vasalli sæpe diutina incommoda, grauesquè expensas incurrunt. Quare pro parte dicti Francisci Regis, & Mediolani Ducis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt ne præfati subditi, & vasalli sui indebitis vexationibus extra dominiũ dicti Ducatus fatigentur, & extra illud trahantur, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaquè, qui singulorum nobis, & Sedi prædictæ deuotorum filiorum indemnitatibus, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, huiusmodi supplicationibus eiusdem Francisci Regis, vtporè de nobis, & Sede prædicta in vrgentissimis ipsius Sedis rebus benemeriti, inclinati, Apost. auctoritate, tenore p̃ntium perpetuò statuimus, & ordinamus, Quòd prædicti subditi, vasalli, laici, & eorum singuli, cuiuscũq; dignitatis, status, gradus, vel conditionis, de dicto Ducatu Mediolan. & illius districtu existentes, pro quibusuis causis ꝓfanis, ꝑ quasuis ꝑsonas, Cõseruatores, & Iudices Ecclesiasti. quauis auctoritate fungẽtes, quarumcũq; literarum, & rescriptorum Apostolicorũ in posterum impetrañ. prætextu, extra Ciuitates, diœceses, terras, castra, & loca Ducatus, & districtus Mediolan. huiusmodi, ad quaruiuis personarũ, vniuersitatum, seu collegiorum tã Ecclesiast. quã secularium instantiã citari, aut cõueniri, vel alias ad iudiciũ quoquomodo euocari non possint, nec debeant: sed huiusmodi causæ profanæ, quæ hactenus ad Ro. Cur. aduocatæ, seu in illa commissæ non fuerunt in partibus ipsis, & dominio præfato cognosci, & decidi debere, nisi vbi Curia Romana daret Iudices de consensu partium, vel vbi laici litigãtes spontè adirent Iudices deputatos per nos, & Sedem eandem, prout in rescriptis in forma Significauit impetrari solitis fieri consueuit. Et insuper quia multoties contingit inter ecclesiasticas personas Ducatus, & districtus Mediolanensis huiusmodi litigari super bonis patrimonialibus, vel etiam ecclesiasticis, maximumq; subditorum eorundem incommodum, sit in eadem Rom. Cur. desuper litigare; pariter statuimus, & dicta auctoritate decernimus, quòd omnes, & singulæ causæ, quæ sunt fori ecclesiastici, Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium & beneficiatis duntaxat exceptis, in quacunque instantia in partibus videlicet Ducatu, & districtu huiusmodi, Iudicibus ecclesiasticis committi, delegari, & decidi debeant, nisi illæ quæ excederent summam sex millium ducatorum auri, aut fructus bonorum, de quibus agetur, ad valorem annuum trecentorum ducatorum similium ascendat, quo casu saltem in vna sex instantijs possint in eadem Rom. Cur. committi, & agitari. Quòdq; à sententijs interlocutorijs desuper in partibus proferendis, vel à grauaminibus, nisi talia forent, quæ nisi per appellationem a difinitiua reparari non possent, appellari non possit, sed eorum cognitio in fine litis reseruari debeat. Quòdquè à duabus sententijs diffinitiuis conformibus per tempora proferendis appellari pariter non possit: sed debitæ executioni demandari debeant. Necnon iudices delegati pro tempore existentes ad petitionem alterius partium assumere teneantur assessorem neutri partium suspectum, & de quo partes ipsæ confidere possint, & Iudices ipsi eiusdem assessoris consilium sequi debeant, & in contrarium gesta per ipsos iudices sint ipso iure nulla. Quòdq; processus super præmissis omnibus, & eorum circunstantijs, ac dependentib. vniuersis in partibus huiusmodi habendi, ac sententiæ desuper in partibus pro tempore latæ, prætextu alicuius nullitatis, nisi eadẽ nullitas ex defectu citationis omissæ, vel iurisdictionis prouenirer, reuocari, seu alias impugnari non possint, nec debeant. Et insuper statuimus, & ordinamus, quòd causæ

ciuim-

criminales contra clericos, & laicos, ac personas ecclesiasticas, præterquàm vbi ratione alicuius criminis in Bulla Cœnæ Domini contenti contra eos, vel etiam laicos agi, deberet, ordinarijs vel alijs Iudicibus ecclesiasticis in partibus & dominio, ac districto Ducatus huiusmodi committi, cognosci, decidi, & terminari debeant, nec de cætero ad Rom. Cur. aduocari, & in ea tractari, vel extra Ducatum Mediolanensem, & districtum huiusmodi committantur, nisi ad effectum priuationis beneficiorum, quatenus beneficia obtinẽtes propter delicta, pro tempore perpetrata, priuari possent, quo casu causa priuationis beneficiorum huiusmodi, etiam alibi quàm in dicto Ducatu, & districtu, & per alios iudices tractari possint. In causis verò homicidiorũ, mutilationum alicuius membri, vulnerum animo deliberato occidendi illatorum, raptus mulierum, furtorum, depopulationis agrorum, & incendiorum, ob grauitatem criminum, volumus, & dicta auctoritate statuimus, quòd Archiepiscopus Mediolanen. pro tempore existens, & eius Vicarius in spiritualibus generalis, possit se intromittere, & de illis cognoscere, & contra clericos, & personas ecclesiasticas totius Dominij, districtus Ducatus Mediolanen. aliquod ex dictis criminibus perpetrantes procedere valeat, eo casu dumtaxat, vbi ordinarij delinquentium intra mensem à die perpetrati delicti, & per quem perpetratum fuerit notitia huiusmodi saltem per famam habeatur, computandum, contra ipsos delinquentes procedere neglexerint, & inceperint. Et præmissa omnia sic per nos decreta, statuta, & ordinata, præterquàm in casu denegatæ iustitiæ, de quo iuxta formam moderni Concilij Lateranensis constare debeat, perpetuis futuris temporibus, modis, & formis præmissis, obseruari debere volumus, & pari auctoritate decernimus: districtis inhibentes personis, & iudicibus quibuscunque, quauis auctoritate fungentibus ne prætextu literarum quarumcunque apostolicarum, etiã sub quibuslibet fortioribus, & insolitis, ac præsentium, & derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusquè, & alijs decretis concessarum hactenus, & in posterum concedendarum contra præmissa, subditos, & vasallos pro tempore existentes dicti Francesci, & pro tempore existentis Regis Franciæ, & Mediolani Ducis, extra Ciuitates, loca, terras, & dominium dicti Ducatus Mediolanensis, in causis respectiue superius expressis, & vltra, & præter formam præsentis nostri Indulti, trahere quoquomodo præsumãt: ac decernentes omnes, & singulos processus, nec nõ excommunicationis, suspensionis, & interdicti generalis, aliasq; censuras, & pœnas ecclesiasticas; quos & quas contra præsentium tenorem, & formam, quauis etiã apostolica auctoritate ferri, ac promulgari, & sententiari; nec non quicquid alias secus à quoquam, etiam per nos, & Sedem eandem scienter, vel ignoranter contigerit attentari; nullius roboris, vel momenti existere: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon in prouincialibus & Synodalibus concilijs, edictis generalibus vel specialibus, priuilegijs quoque, Indultis, etiam literis Apostolicis, personis, locis quibuscunque, sub quibusuis verborum formis hactenus concessis, & in posterum concedendis; quæ, quo ad hoc eis nolumus in aliquo suffragari: Et quibus, illorũ tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti essent, hac vice duntaxat specialiter & expresè derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quòd interdici, suspendi, vel excommuuicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, Ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo decimo octauo, decimo septimo Cal. Iulij, Pontificatus nostri Anno sexto. Signat. Ia. Sadoletus, Ia. Questenberg. cum sigillo plumbeo more Romanæ Curiæ, & Cordono gialdo, & rubeo. A tergo Registrata apud me Ia. Sadoletum.

ORDINES SERVANDI CIRCA *Proclamationes, quæ fiunt pro rebus Cameræ.*

DVX MEDIOLANI, ETC.

DILECTE noster, quas nuper ordinationes fecimus, & quas vim legis, & perpetui decreti habere volumus, his inclusas ad vos mittimus, volentes, & vobis committentes, vt eas in locis consuetis publicari faciatis, & in volumine decretorum nostrorum registrari. Data Mediol. die 5. Iunij. 1523. Sign. Iulius. clausa cum sigill. solito. A tergo Iure consulto Vicario Prouisionum Mediolan. nostro dilect.

M D XXIII. DIE XXI. MAII.

FACTA propositione coram Excell. Duce nostro Francisco secundo Sfortia assistente frequentissimo Excellentiæ suæ Senatu, de eo quod hactenus sæpe contigit, & in futurum verisimiliter continget, vt scilicet proclamationibus, quæ pro rebus Cameræ fiunt, aliquando per aliquos in tempore debito contradicatur, sed non in tempore producantur instrumenta facientia in fauorem contradicentiũ, sed exinde petatur dispensatio à Senatu, vt ea instrumenta possint produci, & admittantur ac valeant perinde, ac si in tempore debito producta fuissent, cùm similes dispensationes fiant passim contradicentibus alijs publicis proclamationibus, quæ fiunt per officium prouisionum communis Mediolani in rebus priuatorum, & ius videatur assistere, licet rigor ordinum proclamationum obstet: re hac maturè discussa, & consideratis meritò considerandis.

Censuit prælibatus Illust. Dux noster ex Senatus consulto, vt post hac fieri possint, & debeant prædictæ dispensationes, vt modò contradictum sit debito tempore, admittatur etiam post lapsum termini productio instrumentorũ & valeat productio perinde ac si in tempore producta fuissent.

Factaq; etiam mentione, quòd sæpe contingit testes, qui producuntur per contradicentes in causis cridarum Cameræ, & supradictarum prouisionum communis Mediolani, & aliarum ciuitatum vtentium beneficio dictarum proclamationum, iuramentum præstare de veritate dicenda in tempore, sed non in termino eos deponere; & postea in dubium refricari, an depositio facienda extra terminum valeat vel nè.

Cen-

Censuit prælibatus Excell. Dux noster, dispensari posse & debere, vt testes, qui in termino iuramentum præstiterint, deponere possint etiam post lapsum terminum, & eorum depositio valeat & teneat, ac si debito in termino deposuissent. Dictum insuper fuit, cùm nonnulli absentes, & impediti iusta causa. maximè ex benemeritis de prælibato Excell. D. Duce nostro, & eius Statu, exclusi sint, possintquè in futurum excludi iure bonorum suorum ex proclamationibus factis, quibus ipse contradicere non potuerunt, prouidendum meritò esse, vt ipsę proclamationes, nec eis, nec alijs, qui posthac in simili erunt casu obsint.

Circa hoc prælibatus Excell. Princeps, habita notitia eorum, quæ in tali casu obseruabantur per Illust. Principes prædecessores suos, Requè hac maturè discussa, & omnibus bene consideratis, & quid bono publico conducat.

Censuit ex Senatus consulto, non esse apponendam manum ad hanc rem contra ipsas proclamationes, & earum obseruantiam, sed erga fideles suos, & de Excellentia sua benemeritos, prout tempora ferent, liberalitate vtetur, & munificentia, sicuti sibi conueniens videbitur.

Additum fuit etiam, dum supradicta memorarentur, & discuterentur, quòd aliquando contingit, quòd in proclamationibus, quæ fiunt pro rebus Cameræ, & etiam in alijs quæ fiunt ad officium prouisionum pro rebus priuatorum, nisi ij, qui habent directa dominia super bonis, quæ ponuntur ad ipsas proclamationes contradicant, cùm tamen directa vendita non fuerint, aut confiscata, sed solum vtilia, eis incommoda, & dispendia permagna inferri, tanquàm ne iure suo directi ceciderint ob non factas contradictiones.

Indignum, & minus iuridicum existimans hoc prælibatus Excell. Dux noster, & prouisione dignum.

Censuit ex Senatus consulto, ac declarauit, & declarat, decreuitquè & decernit, vt iura dictorum dominorum directorum intacta, & illæsa sint, licet prædictis proclamationibus, tam Cameræ, quàm priuatorum, non contradicatur, vbi directa dominia specificè, & expressè non sint vendita, vel confiscata, & è conuerso. Idē intelligatur de dominis vtilium dominiorum, vbi directa dominia pleno iure venderentur vel confiscarentur. Quæ omnia suprascripta vult, & decernit prælibatus Excell. Dux noster vim legis, & inuiolabilis decreti perpetuò habere debere. Mandans, & præcipiens omnibus, & singulis iuidicentibus, officialibus, & subditis suis, mediatis & immediatis, ad quos spectare quomodolibet possit, vt ipsa obseruent, & obseruari faciant. Signata Iulius.

DECRETVM GRATIOSVM

Pro ijs, qui obsidionem cum Duce pertulerunt.

FRANCISCVS secundus Dux Mediolani, &c. Hoc edicto, quòd de consilio Reuer. & Magn. Senatus nostri vim decreti obtinere volumus, Iustitiæ, clementiæ, & liberalitati partes suas, ita attribuisse speramus, vt quanquā inter se pugnare videantur, tamen citra alicuius offensam vnicuique eorum cumulatè satisfactum arbitremur: cum ijs iuris, qui diuturnam difficillimam, & egentissimam arcis portæ louis obsidionem constantissimis animis nobiscum pertulerunt, aliquali in parte faciendum esset satis, & illis, qui postmodum duro, & intestino bello auspicijs

nostris

nostris militarunt, vltra stipendia aliquid condonare statuissemus; quæ in partibus clementiæ, & liberalitatis continebantur; non tamen sic indulgendum erat, vt iustitiam, ad quam semper respicimus, post haberemus. factum igitur est, dum huic cogitationi animum intendimus, vt rationem iniremus, qua omnibus, vt iam præmisimus, partes suas daremus. Quod ergo bono publico, & subditis nostris fœlix, faustumquè sit, in primis omnibus qui prædictam obsidionem nobiscum superauerũt, oĩa delicta, peccata & excessus, omnesq. pœnas, & cõdénationes quas incurrissẽt, aut cõmisissent ante diẽ, quo in ipsa arce inclusi fuimus quouis noĩe cẽseantur, quotiescũq; pacẽ ab offensis impetrauerint, remittimus, & condonamus. illis verò militibus qui post eam obsidionem stipendia nomine nostro meruerunt, omnia delicta, & pœnas meritas vsque ad Calendas Ianuarias præsentis anni remittimus vt supra, vbi remissionem ab offensis obtinuerint; modò non sint homicidia animo deliberato, & pensato facta, aut raptus, vel vis in mulieres. Quòd si pacem non habuerint, volumus prædictorum omnium neminem beneficio præsentis gratiæ vti posse. Ne tamen in totum expertis sit clementiæ, liberalitatis nostræ, volumus quòd si agatur de bonis ablatis, vel pecunijs extortis, in quibus tormenta non interuenerint, quòd ciuiliter tantùm agatur: Ita quòd læso omnino satisfiat. si verò tormenta intercesserint, processus criminalis fiat, sententia verò ciuiliter feratur. Mandantes omnibus, & singulis, quibus spectat, & spectabit, vt omnes processus banna, condemnationes, & sententias factas & latas contra prædictos omnes, & eorum vnumquemque, qui in hanc gratia, seu edicto nostro comprehendentur cassent, & annullent. quod in locis consuetis publicari volumus, vt ad vniuersorum notitiam deuenire possit. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas fieri iussimus, & registrari, nostriquè sigilli impressione muniri mandauimus. Dat. Vigleuani 13. Septembris 1530. Signat. Francisco, &c. cum sigillo solito.

ILLVSTRISSIME D.

POST conditum ab Eccell. V. Decretum, per quod militibus delicta patrata remittuntur, comparuere plerique, qui exhibito instrumento pacis, voluere per testes probare se fuisse milites: quas probationes ob timorem subornationis admittere nolui. Sed iussi, vt fidem autenticam ab altero ex Magn. Collateralibus loco probationis mihi exhiberent. Nonnulli etiam comparuerunt, qui adhuc condemnati non sunt, vel quia legitima indicia contra eos non existant, vel quia indicia, quæ aliàs assumpta fuerunt, combusta sunt; istiquè exhibito pacis instrumento, in quo res ad eorum libitum descripta est, petunt se absolui à delictis in eis contentis, quò ad istos videretur mihi conueniens, quòd se constituerent; & facto de eis examine, probationes cœptæ perficerentur: & vbi aliqua indicia non essent scripta, ea, quæ haberi possent, assumerentur; vt sciri possit, an sint in casu decreti; & maximè circa homicidia: quæ licet quandoque deliberata sint, tamen in instrumento pacis plerunque in rixa fuisse proponuntur: & demum figito progressu, pro more Reuer. Senatui res exponeretur. Accedit quòd ex ipso decreto non videtur clarè decisum, vtrum bona ipsorum militum, tam per Cameram apprehensa, quàm appehendenda; remissa sint, & nõ parum Excell. V. interest ad notitiam Magistratuum suorum id deduci, tam ob descriptiones fiendas, quàm ob multa alia. idcirco ad tollendas has difficultates, visum fuit Excell. V. scri-

ſcribere, vt quid in prædictis caſibus ſeruari, & pronunciari velit, committere dignetur. Et me Excellen. V. humilimè cõmendo. Cremonæ penultimo Septembris 1530. Eiuſdem Excell. D. V. humilimus ſeruus Ludouicus Porrus. à tergo, Illuſt.& Excell. D. Duci Mediolani D. meo ſemper obſeruãdiſs. In manibus Mag. Cattanei Ducalis Secretarij.

Prætori Cremonæ. Laudamus diligentiam, & circũſpectionem veſtram in ijs, quæ proximè ſcripſiſtis circa diploma militare per nos ſuperioribus diebus æditum: maximè in ea parte, qua probationem militiæ non per teſtes, ſed per Collaterales, ſeu per aliquem eorum fieri vultis: quòd cùm nobis placeat, & iam, dum illud conderemus, animo nobis ſederet; volumus, & ordinamus, vt indiſtinctè ſeruetur, ne aliquis ſub adornatis teſtibus ad munus gratiæ noſtræ obrepat. Ad ſecundum autem caput indiciorum non ſumptorum, aut combuſtorum, Decernimus quòd detur ijs, qui beneficio edicti noſtri vti ſatagũt, terminis viginti dierum, intra quem vos, & curia veſtra ſe informare poſſit de qualitate homicidij, & ſecundum informationes caſus incidentes apponere, & concordare ad illud caput edicti, ad quod melius, & congruentius applicandum erit: ita vt eo tempore milites non moleſtentur. Quo termino elapſo, & nullis habitis informationibus de qualitate prædicta, poterunt ſecundum tenorem gratiæ noſtræ abſolui ſecundum expreſſionem facti per eos dandam: Quam ad bona etiam, ſeu confiſcata ſint, ſeu non extendi volumus, modo per nos donata, aut alienata non fuerint; Nam in ijs caſibus ſuperſederi volumus, donec re cum Senatu noſtro participata ſtatuemus quid ſeruandum ſit. Dat. ex itinere Veneto 20. Octob. 1530.

CAPITANEO IVSTITIAE.

DILECTISS. noſter, in ampla materia omnes caſus primo aggreſſu diſtinctè prouidere, diuini potius quàm humani ingenij eſt. hoc liquido cõprehendi poteſt eo edicto, quo multa militibus remiſimus, & indulſimus. Nam quamuis plura capita habeat, & approbatione per Senatum de illo facta aliqua adiecta fuiſſent, poſtmodum etiam neceſſariò quædam declarationes ſubſequutę eſſent; tamen in dies emergunt noui caſus, qui liberalitatem noſtram in maius tollant, & clariorem reddant. vnus quorum huiuſmodi eſt, accuſatur de robaria, aut rebus ſubtractis (militem cùm dicimus, vnumquemque intelligimus, qui ſtipendia, etiam hoſtilia, ſequutus ſit) in robaria autem nulla tormenta interceſſerunt, is ſi remiſſionem ab offenſo, & fidem Collateralis autenticam produxerit, vobis mandamus, vt ipſum illico in pace dimittatis, nec pro ea imputatione vlterius moleſtetis, & quoniam videmus maximi referre circa fidem faciendam, quòd quis miles fuerit, cùm ſępe ob ſtipendia non ſoluta nullus computus militum tenetur, & aliquando vrbe aliqua, oppido, vel loco clauſi milites ſine collaterali viuerent, & ob hoc maxima difficultas ſit imputato fidem de militia facere; militari diſciplinæ etiam hoc condonantes, volumus, quòd in illis caſibus, in quibus Collateralis fides haberi non poſſet, accuſatus huiuſmodi militiam legitimè probare teneatur, erit tamen per vos diligenter aduertendum, ne fraus in ſimilibus probationibus interueniat. Dat. Vigleuani xxij. Decembris. 1530.

ORDI-

ORDINI DI VORMATIA.

Don Carlo per la Diuina Clementia Imperatore de Rom. semper Augusto, &c.

PERCHE come le guerre portino disordini, & inconuenienti al buon gouerno della giustitia, & viuer politico, cosi hauendo inteso tanto dal Marchese del Vasto nostro Gouernat. del Stato di Milano, & da altri nostri Officiali, & Ministri, come che siamo stati informati da altri, che vi è necessità di reformatione in detto Stato; del quale volemo hauere quella cura, che siamo obligati, & à Dio, & alla nostra dignità Imperiale, & à quello ch'è di ragione: Per adesso, & sino à tanto, che si possa più intieramente ordinare, prouedere, & remediare a quello, che più si cognoscerà conuenire; Comandiamo, ordiniamo, & vogliamo, che si osserui precisamente quello, che in questa Ordinatione si conteneràː & che il Gouernatore, Senato, Gran Cancelliero, Capitano di Giustitia, quelli del Magistrato, & tutti gli altri Officiali, Vasalli, & Sudditi l'osseruino, ogniuno di loro per quello che gli toccarà; sotto pena d'incorrere nella nostra indignatione, & comandiamo, che siano puniti quelli che contraueranno, secondo la qualità del caso, & dell'eccesso: & che tutto quello, che contra questo si faccia, in qualunque maniera, sia irrito, & nullo, come per la presente vogliamo, & declaramo, che sia.

Il Senato hà d'hauere grandissima vigilantia, e speciale cura, che le cose della giustitia, che in esso si trattano & si deuono trattare, siano determinate, guardando gli ordini, & statuti de lo Stato, con quella equalità, che conuiene alla buona ammministratione d'essa giustitia, di maniera che per rispetto d'alcuno non si faccia se non quello che di ragione, & giustitia si dè fare. Et anchora che alle volte noi scriuiamo qualche lettere in cose di giustitia, sappia il detto Senato, che la nostra intentione non sarà di pregiudicare in cosa alcuna alla ragione delle parti, ne alla amministratione della giustitia, ancorche le dette lettere fossero scritte in fauore del nostro Patrimonio, & cose della Camera: perche, anchora che noi vogliamo, & sia nostra volontà, che le dette cose d'esso nostro patrimonio, & Camera siano guardate, & trattate con gran cura, e diligenza, per la conseruatione, & aummento d'esso nostro patrimonio; questo si hà da intendere senza pregiuditio della ragione del terzo, & della giustitia. Et dicendo noi questo delle nostre lettere, & di quello che noi comandiamo, debbono, & hanno da intendere, che il medesimo, & più espressamente ha da essere, & vogliamo che così se intenda, in quello, che i nostri Gouernatori nel detto Stato comandaranno, di questa qualità. Et quello, che in tali cose si ha da fare, & vogliamo che si facci, e obedire le lettere, & comandamenti nostri, ne i quali sarà il detto pregiudicio, & supersedere in mandargli ad effetto, & auisarci, e consultarci delle cause, per le quali si lascia di essequire, & il medesimo si ha da intendere, quando quelle tali lettere, & comandamenti fossero in preiudicio del nostro Fisco, & Camera, in fauore de particolari, ò siano in cause giudiciali, & di lite, ò cose di gratie, ò di qualunche altra maniera.

Il Pre-

Presidente, & quelli del Magistrato Ordinario, & Straordinario, & delle Biade, & Thesoriero dello Stato, tengano grandissima, & speciale cura, & diligenza nell'amministratione delle intrate, rendite, & ragioni della Camera, così ordinarie, come straordinarie; & in vedere. & guardare come si beneficiano, & guadagnano, & spendono, non potendo il nostro Gouernatore, per la occupatione d'altri negotij, & cose, attendere particolarmente à questo; & guardino, & osseruino bene li rolli, bilanci, & ordini, che toccano alla robba, & patrimonio, & alla amministratione, & distributione, & spesa d'essi: & non passino, nè essequiscano alcuno augumento de salarij, ne noue mercedi, gratie, ò essattioni, nè remissioni di quello che può, ò debbe peruenire à nostra Camera, & Fisco, nè per via di aiuto di cosa, nè per altra qualunche maniera, alienationi d'intrate, nè di cose della Camera fatte in alcuna maniera contra li detti nostri ordini. Declarando, come per la presente declariamo, che tutto quello che senza espresso ordine nostro d'altra maniera si farà, ò passarà, sia nullo, come si è detto, e non si admetta, riceua, nè passi in conto.

Et quanto al pigliare li conti de Thesorieri, Dacieri, & qualunche altri officiali, & persone, che si occupano nell'amministratione delle intrate, redditi, & dritti dello Stato, tengasi grandissima cura, perche si facci con ogni diligenza, & buona essaminatione, & senza eccettione di persone; & che li guadagni si essequiscano; & vengano in Theforeria, senza dilatione, & dissimulatione, il medemo delle confiscationi, le quali vengano intieramente, & senza diminutione alcuna in la detta Thesoreria, in beneficio della nostra Camera, & Fisco.

Il Gran Cancelliero, per quello che toccarà al suo officio, hà da tener la medema cura così nelle cose della Giustitia, come in quello che tocca all'intrate ordinarie, & estraordinarie, dritti, e ragioni della Camera, & confiscationi, perche il tutto vada rettamente, & finceramente, & si guai di l'ordine ch'è stato dato, & si darà, & ciò che nelle presenti ordinationi si contiene, & in pregiudicio di questo non si intrometta, nè si occupi, segni, nè passi cosa alcuna di niuna qualita che sia: perche le cose della giustitia sono, & hanno da essere a carico del Senato, ilquale ha da dare conto & ragione à noi di quello che toccarà ad essa giustitia, in quello che tocca alla robba nostra, vogliamo che si osserui quello che si è detto di sopra in quello che tocca al Magistrato.

Et quanto alli Officij biennali dello Stato, tocca al Senato l'approbare persone, nelle quali doueranno esser conferiti essi officij, così le segurta che si daranno per il sindicato: & se'l Gouernatore si vorrà informare dal Gran Cancelliero delle dette persone, esso Gran Cancelliero lo informarà come vederà che conuenga, perche essi Officij siano prouisti come conuiene al nostro seruitio, buona amministratione delli officij, e bene dello Stato, per meriti di persone, & non per altro niuno rispetto: & che non riceuano danari, nè presenti per la prouisione d'essi officij.

Et nelli altri officij più biennali, che non si metta prouisione alcuna perche il Gouernator hauerà cura di auisarci quando vacaranno, perche facciamo là prouisione come conuenga.

Il medesimo si intenda nelli beneficij di nostro Iurispatronato, perche sono riseruati à nostra prouisione.

Et perche dal farsi remissioni, & gratie de delitti, che nō si deuonò perdonare, come rebellione, falsificatione di moneta, homicidij pensati, & delitti atroci, ne

seguono grandi inconuenienti, & si diminuisce molto l'autorità della giustitia: la nostra volontà è, che non si faccino, se non prima consultati con noi, & il detto Gran Cancelliero non segnerà, ne passarà niuna di queste cose, se non fosse in alcuno caso necessario, che importasse à cose di Stato; nel qual caso il Gouernatore, non sofferendo la dilatione di consultarci, possa fare quello, che gli parerà che conuenga, & dare di ciò auiso à noi, con le cause che occorreranno per farlo.

Medemamente non si hanno da passare, nè spedire alcune supersedentie, nè moratorie in cose di giustitia, in alcuna maniera, nè in cose di debito, senza gran causa, & informatione, & dando segurtà al creditore, che passato il tempo della moratoria sarà satisfatto del debito.

Et perche ad instanza di quelli che ci dimandano, che gli facciamo pagare, di ciò che se gli deue, non possiamo negare di scriuere lettere al Gouernatore, che si paghi loro ciò, che se gli deue giustamente: Però si hà da intendere, come la nostra intentione è, che ciò si habbi à fare, essendo primieramente prouiste le cose necessarie per la sustentatione dello Stato: & hauerà cura di auuertire di questo il Gouernatore, perche non si facci il contrario. Et specialmente si hà da intendere, che per pagare debiti, gratie, salarij, nè prouisioni, non si hanno da vendere alcune intrate, nè cose della Camera, nè darsi di esse in pagamento.

Il detto gran Cancelliero ci hà da rispondere, & dar conto, & ragione di tutto quello, che si è detto di sopra che tocca a lui.

Li Fiscali hanno da mettere ogni diligēza, & cura in quello, che tocca a' suoi officij; & proseguir le cause fiscali, facendo tutto quello che si cōuiene, & sono obligati, senza rispetto, nè eccettione di persona; & quando vederanno che sia necessario, così in lo toccante alla giustitia, come in lo toccante al patrimonio, auisaranno il Gouernatore di quello che conuenerà, perche se gli proueda, che seruino, & facciano quello che doueranno: & se mancaranno in lo sopradetto, comandiamo che non se li paghino li suoi salarij.

Il Fiscale Spina vsara dell'officio di Fiscale, come vno de gli altri officiali; senza, che pretenda altra prerogatiua, ne specialità sopra gli altri Fiscali, nè in Senato, nè in altro tribunale alcuno.

Et perche molta parte della giustitia tocca al Capitano d'essa giustitia, che stà in Milano; il Senato hà da tenere special cura, che in questo tribunale si faccia, & administri intieramente giustitia, come conuiene. Et benche habbiamo tolerato che questo officio sia stato tanto tempo in persona di Gio. Battista Speciano, però il Vicario che tiene, non conuiene, nè è nostra volontà, che duri più di due anni, & che finiti quelli stia à sindicato, come gli officij biennali dello Stato: & che'l Capitano di giustitia presenti questo Vicario nel Senato, & essendo persona che habbia le qualità che conuengono, & approuandola il Senato, & il Gouernatore lo proueda, come gli altri officij biennali de lo Stato, & faccia la solennità che si ricerca inanti al Senato: & che conforme à questo si proueda di presente il detto Vicario.

Il Gouernatore tenerà grande, & continua auertenza, & cura, che così il Senato, come il Magistrato, & gli altri tribunali, & ministri di giustitia, & officiali delle intrate, & robba, & qualunche altro, cadauno in suo officio, grado, & qualità, vsino del suo officio, con l'autorità libera che conuiene, & guardino li suoi ordini, & forme d'amministratione, che si sono guardate, & vsate nello Stato, &

che

che conuengono precipuamente quello che per lo presente Ordine si comanda, & determina; ilquale è nostra volontà che sia inuiolabilmente osseruato, & essequito: & che il Gouernatore per alcuna maniera, nè per alcuna causa ò ragione faccia cosa in contrario.

Et vogliamo che non si mettano nello stato generalmente, nè in alcuna Città, nè populo particolarmente, datij, ne impositioni alcune, per niuna causa, di niuna qualità, che non sia per nostro seruitio, ò beneficio particolare del medesimo Stato, & populo, & senza consulta nostra; nè si scodano altre impositioni, nè seruitij, in alcuna maniera.

Et in quello che tocca al Conseglio che si chiama secreto, per il presente, fino à tanto che meglio informati, se vederemo che conuenga, comādiamo altra cosa, il Gouernatore vsarà delle persone, che son solite à radunarsi con lui per li negotij che in esso Conseglio si deuono trattare: li quali sono il Presidente del Senato, il Gran Cancelliero, il Capitano di Giustitia, Gio. Battista Speciano, il Thesoriero dello Stato, con liquali, & vno Secretario, quello che sarà più sufficiente, & conueniente per esso Conseglio, ascoltarà, guardarà, & prouederà quello, che conuerrà nelle petitioni, & cose che iui si doueranno trattare: non impedendo il corso, & buon'ordine della giustitia, laquale tocca à fare, & amministrare al Senato: & in quello che tocca alla robba, & patrimonio, & in altre cose, guardando quello che di sopra è stato ordinato, senza che in alcuna maniera se gli vada, ò passi contra, & tutte le lettere, & prouisioni, che si ordinaranno, & faranno di quello che resultarà, & vscirà, & si prouederà nel detto Conseglio secreto, i detti Presidente, & gran Cancelliero le segnaranno.

Et perche tutto il sopradetto s'osserui cosi, & non si vada contra à questo, hauemo comandato espedire quattro ordini di questo tenore, vno perche resti in potere del Gouernatore, l'altro si tenga nel Senato, l'altro nel Magistrato, l'altro il gran Cancelliero. Dat. in Vormes. a 6. d'Agosto. M. D. X L V.

DECLARATIO SENATVS

Super Præscriptionibus.

MDXLII. DIE IOVIS XXVI OCTOBRIS.

IN Nouis constitutionibus editis super materia præscriptionis daciorum, iurisdictionalium, fluminum, aquarum, taxarum equorum, & aliorum regalium, vna est sub titulo de iure, & priuileg. Fisci, incip. Nulla præscriptio contra Fiscum allegari possit. alia sub titulo de oneribus, incip. oneribus taxarum equorum. tertia sub titulo de aquis, & fluminibus, quæ incip. Omnibus interdictum est. Has agentes pro Fisco in Senatu recitarunt, dixeruntq; rem ipsius ex illis lædi posse, cùm ex ipsis caueatur quòd nulla præscriptio contra Fiscum admittatur, nisi temporis, cuius initij non sit memoria: & vt sup. apertam enim viam videri multis fraudibus, cum vsu compertum sit testes, aduersus Fiscum facillimè adinueniri. vnde qui de Principibus nunquam benemeriti fuerunt, poterunt

runt sibi hoc modo priuilegia quærere; etiam in ijs, quæ non solent Principes, etiã benemeritis, concedere, & quæ ex decretorum tenore non censentur priuilegijs comprahendi; cùm etiam ij, qui quandoque priuilegia obtinuerunt, sub colore veræ, vel fictæ amissionis priuilegiorum vsum probare conabuntur longè pinguiorem, quàm ex tenore priuilegiorum eis concessum fuerit.

Senatus autẽ, qui scit Constitutiones matura consideratione promulgatas, & si rectè intelligantur, & iustitiam, & æquitatem comites habere; ab eis recedendum non putauit. Ne tamen ex sinistra interpretatione ius Fisci quandoq; læderetur, dictas constitutiones infrascripto modo intelligen. declarauit, videlicet. Quòd volens præscriptionem illius temporis probare, cuius initij non sit memoria, non audiatur in ijs, quæ contra Priuilegium sunt, aut priuilegio non continentur. Nec qui titulum habuerit, audiatur, nisi eo exhibito, aut amissione ipsius, vel impedimento exhibendi legitimè probatis. Nec in aliquo casu audiatur in his, quæ ex decretorum dispositione non intelligantur, nec intelligantur concessa, virtute decretorum antiquorum.

Quò ad taxas equorum nemo audiatur, nisi titulũ ostenderit, cùm dictæ præscriptioni locus esse non possit, cùm nec adhuc annus octuagesimus effluxerit à die oneris impositi: qui autem titulum ostenderit habitum ante introductum ipsum onus quibuscunque verbis loquatur, etiam quòd de taxis mentionem faceret, non audiatur, nisi titulus in specie de hospitatione militum, in cuius locum subrogatæ sunt taxæ equorum, loqueretur. Qui autem titulum ostenderit, habitum post dicti oneris impositionem non audiatur, nisi priuilegium expresse, & in specie concedat immunitatem ab ipsis taxis equorum, vel nisi in ipsa concessione concederentur etiam datia ordinaria: inter quæ fieret mentio de taxis, etiam quòd non diceretur de taxis equorum. & in casibus, in quibus probationes assumendæ essent, Magistratus ante admissionem capitulorum, à seipso tam ex libris Cameræ, quàm publicanorum, & omni alia via, de capitulis se informabit, necnõ de testium qualitate, & modo eos examinandi: & si probabiliter suspicionem de eis habuerit, Senatum ante eorum admissionem consulet, & prædicta nedum in Datijs, veruntamem in Iurisdictionalibus, & alijs locum habeant, congrua congruis referendo: & saluis semper quibuscunq; exceptionibus, tam interruptionis præscriptionis, quã alijs iuridicis; saluisq; decisis per Senatum. Super alijs autem per alios decisis, si quæ reperientur, Senatus prouidebit. Quò autem ad flumina, & aquas fiant proclamata, quòd quilibet termino duorum mensium exhibere velit priuilegia, & iura aquarum sub pœna priuationis priuilegiorum: & vbi aliquis comparcat cum priuilegijs, & iuribus, quæ habere prætendit, Magistratus termino aliorum duorum mensium Iustitiam faciat; illo semper intellecto, quòd ij, qui ius aquarum extrahendarum ex nauigio magno prætendunt, propter aliam immissionem, nihil plus iuris propter aliquod solitum ex allegatis Constitutionibus quæ fuisse intelligantur, quàm prius haberent.

Quòd si in prædictis, aut alijs super interpretatione dictarum constitutionum, vel præsentis declarationis dubitari contingeret. Senatus consultus prouidebit.

Emendatio cap. Et quia cautum est, in tit. de iure, & priuil. fisci.

M D X L V. DIE XXIII. OCTOBRIS.

IN Constitutionibus anno 1541. per nos editis, in titulo de iure Fisci, in versiculo,

ficulo, Et quia cautum est intra sex menses &c. Manifestus error impressorum ignorantia, seu negligentia commissus est verbo intra, Nam vltra scribi debuisset: conuenit enim rebus Fisci nostri, vt illas curantes competens tempus habeant ad perquirendum ius illi spectans, cum multa intra semestre inueniri per eos possint, quæ non ita facile in primis diebus, in quibus bona, aut iura Fisco applicantur, retegi aut reuideri possint. Cùm autem de huiusmodi errore in Senatu sermo habitus esset, & vnus ex aduocatis Fisci exposuisset, Illust. Locumtenentem; quem in Dominio Mediolani habemus ad instantiam agentium pro Fisco sæpe concessisse, vt sex mensibus elapsis denuntiari posset, & denuncians tertiam partem per antiquum decretum assignatam consequeretur: Suppliciterq; petijsset vt error corrigeretur: Nos ex Iudicio præfati Senatus per has nostras ipsum errorem sustulimus. Decreuimusq, quòd denuntians ius Fisco competens, effluxis sex mensibus, à die, quo ei competierit, & quandocunque post dictos sex menses, tertiam partem vt supra assequatur.

Quod Fiscales pro Descriptione bonorum Delinquentium nihil accipiant.

CAROLVS QVINTVS ROM. IMPERATOR. ETC.
Prætoribus Cremonæ, Papiæ, Lauda, & cæteris.

INtelleximus, post Constitutiones promulgatas nomine nostro in Statu Mediolani, Fiscales perseuerare in exactione quadam pecuniaria, quando fiunt descriptiones bonorum delinquentium nomine Cameræ nostræ. Id nobis summopere displicuit, cùm velimus eos contentos esse stipendio suo ordinario. Et idcirco, ne huiusmodi abusus serpat, eis nomine nostro inhibebitis; & de inhibitione facta nos certiores facietis. Mediol. 15. Iulij. 1546. B. Patell.

De Mercede debita, vel non debita, Iudicibus pro visitatione cadauerum.

PHILIPPVS HISPANIARVM REX. &c.
Dux Mediolani, &c.

DIlecte noster; Lectis in Senatu nostro his, quæ ad nos rescripsistis in executione literarum nostrarum ad vos datarū die 24. Octobris prox. præteriti, ad visitationem Infantis oppressi, non esse dubitandum quin honorarium pro solitis visitationibus Cadauerum debitum, vobis quoque debeatur, postquàm apparet seuerè processum fuisse contra dicti infantis matrem, tanquàm suspectam quòd ipsa ipsum viuum necasset. Quo verò ad secundam visitationem memorati Ghini, casu à vase vini oppressi, nullum de iure, vobis honorarium deberi, cùm iam id alias pluries per eundem Senatum fuerit ordinatum. cui sententiæ nos quoque accedentes, mandamus vobis, vt ita exequamini. Mediolani die 24. Nouembris 1573. Octauianus Rob.

A tergo, Sapienti Iureconsulto Commissario Aronæ nostro dilecto.

Quòd

Quod visitationes delictorum non fiant nisi à notarijs maleficiorum.

M D L VII. DIE VI. NOVEMBRIS.

INnotuit Senatui, aliquos Notarios, ad officia Maleficiorum non deputatos, nec descriptos, facere visitationes delictorum, quæ in dies committuntur, easq. postea deferre ad notarios maleficiorum, tanquam ab eis huiusmodi commissiones habentes: ex quo sequuntur controuersiæ, & disputationes inter Magistratus de præuentione, in dispendium etiam priuatorum, ideo re bene perpensa.

Senatus censuit, nullos Notarios, nisi ad Maleficia descriptos, posse visitationes delictorum facere; sub pœna nullitatis processus, & alia ipsis Notarijs, non descriptis, irroganda, ad arbitrium ipsius Senatus.

Quod Inquisitiones possint reformari non obstante Statuto.

M D L VIII. DIE VLTIMO OCTOBRIS.

EXposuit in Excell. Senatu D. Vicarius Iustitiæ Mediolani, plures ad officium suum reperiri Inquisitiones formatas, nõ seruatis aliquibus solennitatibus de iure municipali requisitis: caueriq; statuto, ne inquisitiones eo modo formatæ iterari possint. ac propterea consuluit Senatum, quid in ijs seruendum esset.

Senatus re maturè considerata, ne delicta impunita remaneant, censuit, inquisitiones, de quibus suprà, iterum reformanda esse, allegato statuto non obstante.

Subscrip. *Annib. Cruceius: & sig. &c.*

Ordo, quòd præstantes auxilium ad homicidia, in contumacia, condemnentur in eandem pœnam, in quam condemnatur ipsi homicida.

In ordo nunc abolitus est, vt per alium ordinem.

FOrmata Inquisitione contra homicidas, & alios de auxilio, & assistentia cum armis ad homicidium in rixa cõmissum; dubitatum fuit per dominum Vicariũ Iustitiæ, an præstantes auxilium in eandem pœnam condẽnari debeant in contumaciam, in quam condemnati fuerunt homicidæ, & præsertim cum ex nouis Constitutionibus caueatur, quòd præstans auxilium ad prædicta arbitrio iusdicentis puniri possit. & propterea consultus Senatus per ipsum D. Vicarium.

Respondit, in contumatiam condemnari debere præstantes auxilium in eandem pœnam, in quam actuales homicidæ cõdemnantur. Subscript. B. Patielanus.

Ordo super celeri expeditione causarum criminalium, & visitatione Carceratorum.

CVM Innotuisset amplissimo Senatui, causas multorum, qui in carcerem coniiciuntur, diutius quam par sit differri, ac retardari non sine grauissimis ipsorum impensis, & diuturna carceratione, placuit huic morbo remedium salutare adhibere, facta igitur matura deliberatione.

Se-

Senatus ipse censuit, omnes Iudices, apud quos causæ criminales tractabuntur, si aliquid in eorum potestate nexi custodientur, teneri ipsas causas, quanta fieri poterit diligentia, expedire, & lapsis viginti diebus, si intra id tempus finitæ non fuerint, die statim sequenti qua Senatus sedebit, earum causarum statum ipsi Senatui referre, & rationes adducere, quare ad eam diem expeditæ non sit: deinde qualibet hebdomada ipsi Senatui significare, quid in ijs causis iam relatis actum postea fuerit, donec causæ ipsę perfectè fuerint expeditæ, sub pœna scutorum centum quoties præmissa non obseruauerint, & alia grauiori arbitrio Senatus. Insuper decreuit, & voluit, ex Mag. Senatoribus illos, quibus cura rerum criminalium in Senatu referendarum quolibet mense demandatur, accedere saltem bis in suo mense ad carceres, in quibus nexi detinentur, causasq; eorum detentionis intelligere, & comperta Senatui referre; vt tam longis carcerationibus, & causarum procrastinationibus, quoad fieri poterit, omnino obuiam eatur.

Subscrip. *Franc. Petranigra.*

Ordo pro tollendis varijs grauaminibus Carceratorum.

MDLXI. DIE PRIMO OCTOB.

CVm Innotuisset Excell. Senatui Mediolani, varia in dies grauamina ijs, qui vel ducuntur ad carceres, vel se sponte constituunt, tã à Custodibus Carcerũ, quã à veteribus carceratibus inferri, tum pecunias ab eis extorquẽdo, tum eos spoliando, tum à carceribus D. Capitanei Iustitiæ, vel Domini Prætoris Mediolani ad Malam mansionem traducuntur; illud etiam additum fuisset, Commentariensem, seu eum qui carceratis cibaria præbet solere, ab illis, qui à carcere D. Capitanei Iustitiæ ad Roccheta Portæ Romanæ, minoris incommodi gratia, duci volũt, singulos nummos Regales quotidie exigere: viderenturq; hæc nullo modo tolerãda esse, cũ reis sat molesta sit carceratio, & impõsa, quæ necessariò subeũda est.

Senatus, re tota maturè cõsiderata, mandat tam Custodibus Carcerũ, quã quibuscunque alijs Carceratis, ne quicquam directè, aut indirectè accipere audeant ab ijs, qui siue spontè, siue aliter carceres ingrediuntur, nisi summam solidorũ decẽ, dummodo tales ingredientes in carcere pernoctent; secus, nihil omnino accipiãt, sub pœna trium ictuum funis. eadem pœna plecti mandat, quicunque ausus fuerit carceratum aliquem spoliare, etiam dum ad Malam mansionem traducitur.

Et quia inoleuit corruptela, vt qui antiquior est carceratus in Mala mansione, & Prætor appellatur, pecunias quasdam ab alijs carceratis exigere soleat;

Senatus prohibet, ne quicquã vltra solidos quinque exigatur sub eadẽ pœna. Cumq; sæpe euenire soleat, vt carcerati vel post absolutionem, vel post datas pœnas retineantur pro impensa cibaria, quam propter paupertatem soluere nequiuerint; iubet Senatus, nisi commentariensis opportuno tempore sibi pro impensis cauerit, illos tales liberè dimitti, vbi aliàs modum soluendi non habeant.

Et quia nonnunquam diutius, quàm par est, in carceribus retinentur causa Notariorum, & scribarum, qui processus tradere pauperibus gratis recusant: Huic quoq; casui prouideri volens.

Senatus mandat Notarijs, & scribis, vt miserabilibus personis copias processum (vbi publicati fuerint) statim edant absq; vlla solutione, sub pœna scutorũ decem auri Fisco Reg. app. quotiescunque contrafactum fuerit.

Subscrip. *Annib. Cruceius, & sigill. &c.*

Ordo, quòd Hospites Merularum, & Magdalenæ non teneant Meretrices.

M D L VI. DIE XX. SEPTEMBRIS.

INnotuit Excell. Senatui Mediolani, in locis Hospitij Merularum extra P.O.& Hospitij Magdalenæ P.V. extra plura in dies delicta, & scelera committi, idq; euenire ob lenones, & meretrices in ipsis Hospitijs ferè semper degentes. cùm autem hæc non sint toleranda, & vt delictorum causæ remoueantur:

Senatus, rès maturè considerata, censuit, mandat. Hospitibus dictorum locorũ sub pœna trium ictuum funis eis publicè dandorum, ne posthac in suis hospitijs personas aliquas inhonestas die noctuve admittant, aut hospitentur, vel retineant; & si quas habent, eas illico eijciant, sub eadem pœna. mandatq. D. Vicario Iustitiæ Mediolani, vt præsentem Ordinationem exequatur.

Subscrip. Annib. Cruceius.

Ordinatio super denuntiantibus delictorum.

M DXLIV. DIE XI. AVGVSTI.

MEminit Senatus, se annis superioribus binas in materia denuntiationum fiendarũ fecisse Ordinationes. Verũ quia pro Fisco agentes multa in Fisci, & boni publici præiudicium euenire adhuc côquerebantur, ex eo potissimũ, quòd cùm delicta non denuntientur, impunita vt plurimùm pertranseant: quia à maiore Magistratu, qui delicta ignorat, côtra delinquentes non proceditur, minusq; per Prætores Feudatariorum procedi possit, cùm multa ad eorum iurisdictionem obstante Decreto de maiore Magistratu non pertineant. Ex aduerso antiqui Feudatarij multa, quare per Consules locorum, & terrarum, eis in feudum concessarum, denunciationes fieri non deberent, allegabant; nonnulli enim dicebant, se habere concessionem feudalem ante condita Decreta super denutiationibus: Aliqui, quod in antiquissima & quieta possessione non denunciandi existetent. Nonnulli verò ex Feudatarijs recentioribus se deterioris esse conditionis, quam cœteri, ægrè ferebant. Propterea hinc, & inde prouideri petebatur.

Cumq; Prouincia hæc iterato vni ex Senatoribus demandata esset, qui in Senatu de his, quæ hactenus agitata essent, verba habuit; matureque negocium ipsum denuo discussum fuisset.

Senatus mente reuoluens, quanta cum ratione, & ex antiquis Decretis, & ex nouis Constitutionibus Denuntiationes delictorum fieri debere cautum sit, considerans præterea negotium hoc ex difficultatibus, quæ oriebantur, quò ad omnes expediri nunc non posse, sed altiorem requirere indaginem; insuper perpendens difficile esse, præsertim pro imperitis, & rudibus, prout Consules Villarum, & Terrarum esse vt plurimùm solent, legem condere secernentem, quò ad Denuntiationes fiendas, casus comprehensos in Decreto de Maiore Magistratu ab alijs, qui sub iurisdictione Feudatariorum comprehenduntur: Ideo, vt delicta, quanto minus fieri possit, impunita pertranseant, censuit, pro nunc per Consules omnium Locorum & Terrarum, quarum iurisdictiones ab annis decem proximè præteritis aliquo modo, quocunque titulo concessæ, aut alienatæ fuerint deli-

delictorum denuntiationes iusdicenti illi, cui ratione maioris Magistratus subsunt, & sub cuius iurisdictione ante concessionem, aut alienationem in alios factam esse solebant, omnino fieri debere, sub forma, & pœnis in Constitutionibus contentis. Ne tamen, ob omnium etiam leuissimorum delictorum, denuntiationem fiendam nimium se grauatos prętendere possent, eis aliquid pro nunc indulgere voluit. Decreuit propterea hæc delicta tantum denunciari per eos debere, videlicet, Sacrilegia, violentias, robarias, inuasiones, agrorum depopulationes, assassinamenta, homicidia, raptus virginum, ac mulierum, incendia, vniones, vulnera animo deliberato illata, nec non etiam alia vulnera, ac percussiones, ex quibus vulneratus vel processus in lecto æger iacuerit; postremò insultus cum armis animo deliberato factos. Alia autem delicta, & si non denuncientur, non tamen propter hoc remissa censentur: quinimmo possunt, & Iudex, & pars, de cuius interesse potissimum agitur, contra delinquentes procedere, & agere. Hæc autem omnia obseruabuntur, donec causa plenissimè cognita, generaliter, etiã quò ad loca, & terras antiquitus in feudum concessas, aliud ordinandum videbitur. In quibus interim Fiscus, quò ad denunciationem prædictorum delictorum in possessione, in qua ante nouas Constitutiones reperiebatur, perseruetur. Vult tamen Senatus, quòd etiam in casibus, in quibus denunciatio fieri nõ debet, maior Magistratus, pro delictis ad eum pertinentibus, procedere possit: Et versa vice, nullo modo se impediat de delictis ad eum non pertinentibus, etiam quòd denunciata fuerint, sed illorum cognitionem, vlla absq; impensa, remittat ad Prætores feudatarium, sub pœna priuationis officij, & nullitatis quorumcunq; agitandorum. Quibus insuper Pretoribus liceat, etiam, non obstante prædicta denunciatione facta maiori Magistratui, procedere in casibus in decreto de maiore Magistratu non comprehensis, sed ad eos spectantibus.

Quid seruandum, quandò plures Iudices in Iurisdictione vnius delicti concurrunt.

MDLIII. DIE XIV. APRILIS.

CVm ex formula Constitutionum, duobus, vel pluribus Iudicibus, in eadem iurisdictione concurrentibus, & de eodẽ delicto cognoscentibus, qui prior processum inchoasset priorq; Inquisitionẽ trasmisisset, aut ad capturam deuenisset, ille processum prosequeretur, & perficeret, vsu compertum est, in ciuitate & Ducatu Mediolani, vbi maximè contingit Capitaneum Iusticiæ, & Prætorem Mediolani concurrere, vel astutia querelantium, vel nimia notariorũ sagacitate, plerunque offensos vexari, socios criminis in testes recipi, inquisitiones præcipiter formari, capturasq; indebitas decerni, & alia multa absurdè in maximum priuatorum, & reip. detrimentum committi, vt Iusticiæ suus aliquando locus esse non possit. Qua de re, cùm Senatus tùm procuratorum Fisci Cęsarei, tùm aliorũ quoque multorum frequentibus, & propè quotidianis querimonijs excitaretur; tandem audito Prætore Mediolani, & Vicario Iusticiæ, factaq; consultatione, & matura deliberatione.

Censuit, inter duos, pluresuè Magistratus, in eadem iurisdictione concurrentes, vbi aliquis eorundẽ de grauiori delicto non procedat, quo casu constitutionem ser-

ruari vult, eum debere de causa cognoscere qui præuenerit, vel in recipienda querela, vel in facienda visitatione, vel in assumendis ad denunciationem indicijs, cùm denunciationis tantum, quò ad præuentionem, nullam velit habere rationē. Quòd si cùm querela eodem tempore concurrant ex alio latere indicia vel visitatio, præferantur indicia, deinde visitatio. Atque vt prioritas huiusmodi cognosci possit, mandat in actis ipsis conficiendis apponi etiam horam, videlicet tertiarum, vel vesperarum. Et hoc Senatusconsultum, non ab ipsis tantùm, Capitaneo Iustitiæ, & Prætori Mediolani, seruari iubet, sed à cæteris quoque Magistratibus in vna, & eadem iurisdictione concurrentibus.

Decretum de delictis Militaribus.

MDLVI. DIE XII. MAII.

QVæsitum est in Senatu, ita exigente negotio, an cognitio, & prosecutio delictorū, quæ à militibus cōmittuntur, ad Magistratus ordinarios pertineat, an verò eorum tribunis, aut Ducibus militiæ, artiumuè præfectis sit relinquenda, multaq; capita in hac materia sunt proposita, quæ explicationem requirere videbantur. Senatus, hac quæstione in medium adducta existimauit quò omnis controuersia quæ aut iam orta esset, aut posthac oriri posset, sic tolleretur, vt deinceps hæsitandum non foret: habita igitur summa consultatione, in eam iuit sententiā.

Vt si delicta sint militaria, qualia sunt, si miles arma, vel equum alienaret, custodiamuè relinqueret, & alia id genus multa cōmitteret; ea Tribunis, aut Ducibus militiæ, artiumuè præfectis castiganda relinquantur.

Si verò sint communia, cuiusmodi sunt ea, quæ cæteri, qui milites non sunt, admittant; & ambo, vel aliter, qui offenditur, sint ciues, aut alias pareant iurisdictioni ordinariæ, in qua delinquitur ea cognitio, & castigatio ad Magistratum ordinarium pertineat. Quòd si ambo sint alienigenæ, & delictum sit capitale, aut huiusmodi, quod pœna sanguinis, aut publicatione bonorum iure sit vindicandum: hæc quoque iurisdictio, & vindicta ad ordinarios Iudices spectabit.

Si verò leuia sint admissa, vt quæ nec sanguinis pœnam secum ferant, nec bonorum donfiscationem; ea Tribunus, aut militiæ Dux coercebit. Idem faciet arcis Præfectus, si tamen intra arcem commissa fuerint delicta.

Atq; horum Tribunorum Ducum, & Præfectorum auctoritas exercendæ in milites iurisdictionis, durabit donec & militia delinquentium durauerit. & si peccantes milites in his casibus, qui ad eos spectant, castigare neglexerint; Senatus consultus eam adhibebit prouisionem, quam delictorum, casuumuè natura postulauerit. Nec ipsis Tribunis, Ducibus, & Præfectis graue videbitur, si Iudex ordinarius militem pro teste in omnibus causis, quæ ad eum pertinent, ad perhibendum testimonium vocauerit, & compulerit. Franciscus Petranigra.

Quando procedendum sit, non obstante remissione.

PRAETORI COMI.

TAmetsi verba nostræ constitutionis sint clara, qua sancitum est remissionem tollere processum in ijs casibus, in quibus condēnatio pecuniaria est facienda:

da: nihilominus cùm super ea sit à vobis hæsitatum, vobis dicimus, in ea Constitutione exceptos esse casus, in quibus ex officio procedi potest. Ideo cùm ex Statuto Comensi procedi possit ex officio in ijs maleficijs, in quibus pœna adiudicatur isti communitati, vel Fisco nostro, etiam si accusatio, vel denunciatio non esset delata; Declaramus, vos, & Iudicem vestrum maleficiorum in ijs casibus procedere posse, sequuta etiam offensorum remissione. quare procedatis, & iusticiam faciatis; si qua tamen erunt nostro Senatui referenda, referetis. Mediolani die 16. Septembris. 1541.

Quomodo facienda sint Condemnationes in casu incertitudinis.

PRO PRAETORI CREMONAE.

QVòd exquiritis sententiam Senatus, de quo condemnationis capitalibus, in ea sui incertitudinis faciendis; ea est ipsius Senatus sententia, vt si plures in rixa percusserint, & ignoretur quis letale vulnus intulerit; aut plures insultū fecerint, & ignoretur quis vulnerauerit, & occiderit; omnes in contumaciam capitaliter, cum bonorum publicatione condemnentur; quemadmodum, & binis iam literis istis Prætoribus mandatum fuisse, vos monuistis. atq; ita in futurum seruari decernimus. Idem fieri volumus de pecuniarijs condemnationibus, vnica tamen solutione sufficiente. Mediolani octauo Ianuarij. 1558.

Quorundam Blasphemantium Deum punitio.

MDLI. DIE III. IANVARII.

COnsultus Senatus à D. Prætore Mediolani, in quā pœnam condemnari deberēt infrascripti in contumaciā delati ob infrascriptas blasphemias, videlicet.

Melchion habitans in domo Reuerendiss. D. Archiepiscopi Mediolani, delatus per Io. Albertū de Grossis; qui in domo deferentis dixit, al dispetto di Dio.

Valentinus de Lanternarijs qui sub porta cuiusdam habitationis communis, cū alijs, stallum appellant, dixit, al dispetto della Nostra Donna.

Appellatus Mādrisio Garyator; qui dixit, puttana de Dio, in appoteca garzarię.

Bartholomeus Vigurriensis famulus cuiusdam Franeigenæ, qui in domo illius, qui eum detulit, dixit, al dispetto de Dio.

Io. Petrus de Faerno claudus, qui dixit, al dispetto de Dio, in domo Francisci della Bachiocha. qui illum detulit: & etiam.

Antonius de Cisetis appellatus il matto; qui dixit, al dispetto di Dio, in via publica, in villā Canouæ territorij Basilicæ Petri.

Respondit, condemnari debere in duobus ictibus eculei pro quolibet, in publicodandis, si venerint in fortijs; Excepto Mandrisio, quem dixit condemnari debere in tribus ictibus. Et prędicta vltra pœnam ordinariam.

Ordo contra Blasphematores respectu Condemnationum.

PHILIPPVS Hispaniarum, Angliæ, &c. Dux, & Mediolani Dux, &c.

DIlecte noster, cum multi pro blasphemijs, Quas in Deum, Virginem, & San-

ctos proferunt, ferè quotidie condemnentur, intelleximus tamen eas condemnationes ferè nunquam exigi; aut ad officium sanitatis, cui ex formula constitutionum adiudicantur, mitti. Quæ res nullo vtiq; modo ferenda est.

Ideo vobis committimus, vestrisq; successoribus, vt si condemnati pro blasphemia nexi erunt in carcere, eos non dimittatis, nisi vobis constiterit, pœnam blasphemiæ officio sanitatis esse solutam.

Si verò nexi non erunt, condemnationes contra eos sequutas mitteris ad officiū sanitatis, intra id tempus, quo condemnationes Fisco nostro adiudicatas, tenemini ex forma constitutionum ad Quæstores nostrorum reddituum mittere. Monebitisq; Notarios actuarios vestri tribunalis, qui nunc sunt, & per tempora erunt, vt hanc nostram sanctionem omnino seruent, sub pœna soluendi de suo si non seruauerint. Mediolani die xxii. Iulij. M D L I X.

Signat. *Franc. Petranigra, & sigillata, &c.*

A tergo, Egr. Viro Cap. Iustitiæ nostro dilecto.

Ordo contra Concubinarios.

PHILIPPVS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

DIlecte noster, intelleximus quamplurimos esse, qui Dei omnipotentis parum Reuerentes in sordibus concubinatus vitā dūcūt, quod cùm ob Dei honorē, ac publicum exemplum ferendum non putemus, committimus ac iubemus vobis vt habita singulorum notitia, illis præcipiatis sub ea pœna pecuniaria, quæ vobis pro eorum facultatibus cōuenire visa fuerit, pro tertia parte Fisco nostro, pro alia tertia accusatori applicanda, & pro alia tertia parte in pios vsus conuertenda, vt illico concubinas domo eijciant, nec amplius recipiant, neuè ad eas quoquomodo accedant. & si qui parere neglexerint, eos in pœnam comminatam condemnetis: mox ad vlteriora contra eos procedatis, ac Iustitiam faciatis, referendo, si qua referenda fuerint. Mediolani 21. Iulij M D L X V I.

Subscrip. Annib. Cruceius: & sig. &c.

Contra Imputatos de Sodomia non esse faciendam condemnationem cum bonorum confiscatione.

MDXLIII. DIE XIV. IVLII.

COnsulente Eccell. Senatum Egregio D. Capitaneo Iustitiæ, vtrum in condēnationibus, si quas fieri continget, contra imputatos de Sodomia, veniat bonorum confiscatio, cùm de ea, nec per statutum Mediolani, nec per Cęsareas Constitutiones, aliquid expressè caueatur, immo obseruantiam esse nullam publicationem bonorum fieri, etiam in toto Dominio Mediolani: Senatus præfati D. Capitanei, ac eius curiæ voto intellecto, omnibus maturè consideratis, & præsertim ipsa obseruantia.

Declarauit, re bene discussa, in casu prædicto publicationem bonorum minimè venire, nec fiendam esse condemnationem cum confiscatione bonorum.

Landrianus.

DO-

Dominum Domus non esse molestandum, in qua banniti ipso inscio receptati fuerint.

PHILIPPVS HISPANIARVM ETC.
Rex, & Mediolani Dux, &c.

Dilecte noster, vidimus relationem, quam fecistis ex ordine nostro de imputatis a Baptista Bonolo bannito, eo quòd ipsum receptauerint: & omnibus cõsideratis, vobis committimus, vt omnes nominatos in ipsa relatione, imputatos de banniti receptatione, non molestetis. Et posthac caueatis eos molestare, contra quos non adsint indicia quod ipsis scientibus in eorũ domibus banniti fuerint receptati; vti sunt fratres de Tonellis, & Iacobus de Rocco, quos Bonolus non dixit eius receptationis habuisse scientiam, & propterea eos volumus liberari, & penitus absq; vlteriori impensa. Mediolani die tertio Nouembris. 1565.

Io. Maria Cattaneus.

A tergo Egregio Iureconsulto Prætori Nouariæ.

Declaratio quod Cridæ de prima euaginatione loquentes comprehendant eos qui sunt in societate primò euaginationis.

PHILIPPVS ANGLIÆ ETC.
Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecte noster, Declarationem proclamatam superioribus mensibus in materia delationis armorum, ab Illust. Dominij Mediolani tunc Gubernatoribus promulgatorum à Senatu nostro factam mittimus ad vos, vt eam in locis solitis iurisdictionis vobis demandatæ publicari, & obseruari faciatis. Dat. Mediolani primo Iulij. 1555. Signat. Annibal Cruceius.

A tergo Egregio iurisconsulto Prætori Mediolani nostro dilecto.

M D L V. alli 25. di Giugno.

Essendo alli mesi passati stata publicata in nome delli Illustriss. Sign. allhora Gouernatori dello Stato di Milano, vna grida sopra la materia del portare dell'arme: nella quale pare che non sij espressamente detto, che quelli, li quali si trouano in compagnia delli primi ponenti mano all'arme, hauessero ad essere puniti nella medesima pena, nella quale incorreno li principali, come per il passato è stato osseruato: & dubitando li Giudici, come si douesse osseruare, & procedere; sono ricorsi all'Eccell. Senato per sapere ciò, che in tali casi fosse da osseruare.

Però per leuare tale dubitatione àd essi Giudici, esso Eccell. Senato hà commãdato publicarsi la presente crida: per laquale si dichiara.

Che qualunche si trouarà essere in compagnia di quelli, che saranno primi à mettere mano all'Arme, cascarà, & sara condannato nella pena medesima, nella quale incorreranno li principali, & come si contiene nel quarto capitolo della predetta crida. Signat. Annib, Cruceius.

Quod

Quod Ponentes manum ad Arma contra mulieres incurrant pœnam primæ euaginationis, & quomodo procedendum sit contra eos, qui equos conductos non restituunt.

MDL. DIE ANTEPENVLTIMO AVGVSTI.

COnsuluit Senatum Egregius Iureconsultus D. Prætor Mediolani, quid seruandum esset in infrascriptis casibus: videlicet.

Pro Inquisitione formata contra Stephanum, cognomento il Giotto, de prima euaginatione, & vulneribus illatis vxori, & quid seruandum in casibus ponentium manum ad Arma contra Mulieres.

Respondit Senatus, eum condemnandum esse in pœnam vulnerum, omissa pœna primæ euaginationis. Et in similibus casibus, quando aliqui ponunt manum ad arma contra mulieres, non esse contra eos procedendum de primo ponente manum ad arma.

Quod autem ad eorum condemnationes attinet, qui conducunt equos, & non restituunt, sed in proprios vsus conuertunt.

Responsum fuit, attento quòd huiusmodi delictum frequenter committebatur, contra contumaces procedendum esse de furto, ac condemnandos iuxta obseruantiam curiæ ipsius Prætoris. B. Patellanus.

De Quodam Euaginante in domo Priuata.

PHILIPPVS Hispaniarum, Angliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

DIlecte noster; Ioannem Mariam Canellum, quem condemnasse dicitis ob querelam contra eũ porrectam à Io. Iacobo Lãzauegia, pro appositione manus ad arma: Cum ea res in domo successerit, non molestabitis: Et condemnationem tolletis, quò ad primũ ponentẽ manũ ad arma. Dat. Mediol. die 13. Octob. 1555.

Io. Maria Cattaneus.

A tergo: Egregiò I. C. Prætori Alexandriæ.

Quod in casu prioris Euaginationis sine Vulnere non procedatur per Capturam.

M D L IV. DIE XI. MAII.

AD aures Senatus deuenit, multas extorsiones fieri ob capturas eorum, qui de simplici insultu cum prima euaginatione, absque vulnere, indiciati sunt; quod compertum est magno priuatorum cedere detrimento, sine vllo Cæs. Fisci, aut reip. commodo. ideo re diligenter discussa, & maturè considerata.

Senatus omnibus Magistratibus, & Iusdicentibus etiam feudatariorum Dominij Mediolanen. interdixit, & prohibuit, ac tenore præsentis ordinationis, interdicit, & prohibet, ne in casibus prioris euaginationis, in quibus simplex tantum insultus, sine vulnere, interuenit, capturas decernant, sub pœna ad arbitriũ

Sena-

Senatus irroganda, si non paruerint: sed vult contra tales stantibus indicijs, via Inquisitionis procedi.

Ordo de captiuis inconsulto Senatu non dimittendis.

MDLIV DIE XXII. NOVEMBRIS.

INnotuit Senatui multos à Baricello huius vrbis per noctem capi, & in carcerē detrudi, siue quòd proclamationibus cōtrauenerint, siue ex alijs causis deliquerint; deinde illos nulla Senatui data notitia, relaxari. & cum id inconueniens sit neq, tolerandum videatur;

Mandat Senatus ipsi Baricello, ac commentariensi Mag. D. Capitanei Iustitię, sub pęna per eundem Senatum arbitranda, ne quempiam, ex causa criminali detentum, pro qua aliqua pœna corporalis veniat infligenda, de cætero relaxent eo ordine inconsulto.

Subscrip. *G. Rocha, & sigillat. &c.*

Ordo contra reos, & eorum fideiussorem, perhemptoriè citatos.

MDLXX. DIE SEXTO IVNII.

CVm ad officia maleficiorum D. Prætoris, & Iudicum Mediolani multi sint cū fideiussione relaxati, delati de diuersis criminibus, & processus sint expediti, & in actu relationis, & multi perhemptoriè etiam sint citati, nec fideiussores, neq; principales rei velint comparere, hocq; cedat in detrimentū Regiæ Camerę, & cùm de eis omnibus per D. Iudicē equi factum fuerit verbum in Senatu Excell.

Censuit is ordo, eos, qui sunt perhemptoriè citati, de nouo citari debere, & vbi non compareant, fideiussores condemnandos, & principales detinendos fore: mox ad expeditionem eorum processuum deueniendum esse.

Subscrip. *Landrianus, & sigill. &c.*

Querelatus Querelantem querelare non possit.

MDLXX. DIE X. IVLII.

INoleuit non parua in vrbe hac Mediolani corruptela in causis Criminalibus, vt eùm quis apud vnum aliquod tribunal querelatus, delatusuè est ille aliud illico adeat, ibiq; vel querelantem, vel delatorem, vel testes deferat, & aliud contra illos iudicium institui curet. Quo fit, vt prioris causæ processus aut impediatur, aut subuertatur, aut omnia ob testium præsertim varietates, & contrarietates, quandoque etiam falsitates ita confundantur, vt tenebræ iudicibus offundantur, & qui verè sontes sunt, impuni pleruↄq; abeant. Huic tam perniciosæ corruptelæ obuiam necessario eundum esse iudicans Senatus; præsenti sanctione, quam perpetuæ legis, & decreti vim habere vult, decernit.

Non licere posthac cuiquam, simul atq; ad vnum aliquod Tribunal cuiuscunq; criminis causa contra eum procedi cœptum fuerit, ad aliud accedere, & contra se iudicium impediri, aut retardari possit, attentare. Mandatq; omnibus ijs, ad

quos

quos spectat, spectabituè, ne tales vllo modo audiant; Sed ad primum Iudicem remittant. Quòd si fiat, declarat iam nunc acta illa omnia irrita, & nulla fore, & vllam eorum rationem haberi non debere. Non prohibet tamen, quin priore processu perfecto, & absoluta causa, tales querelati, delatiuè contra querelantes, delatoresuè, aut testes agere possint, si qua agendi iusta causa fuerit, coram quocunque iudice competenti. Hannibal Cruceius.

Ordo quomodò condemnandi sint qui committunt Schachum.

MDLIX. DIE XXV. IANVARII.

CVm hæsitaret D. Iudex Equi quomodo nonnullos condemnare deberet, qui vocati pro scacho nō cōparuerāt, cōsuluit Excell. Senatū super ipso negocio. Senatus verò censuit, illos iterum sub pœna furti citari debere, & in eam pœnam condemnari, vbi non comparuerint.

Signat. Io. M. Cat. & sigillata, &c.

Ordo contra Deferentes arma prohibita, & incedentes laruatos cum armis.

PHILIPPVS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Cùm multi die noctuq; per hanc ciuitatem deferant arma prohibita, & aliqui etiam laruati cum armis incedant; vt scandalis occurratur, & temeritates insolentium cōprimantur, damus vobis facultatem. vt si huiusmodi inobedientes capi non poterunt, eos sub pęna trium ictuum funis citetis, quatenus coram vobis sistant, vestroq; examini se subijciant: & si contumaces fuerint, eos condemnabitis, quòd si aliqui capi poterunt, eos illicò pœnas in edicto comminatas subire cogetis, nulla ad Senatum relatione facta. Dat. Mediolani die 11. Februarij. 1559. Subscrip. *Franciscus Petranigra, & sigill.*

A tergo, Egregio iureconsulto Vicario Iustitiæ nostro dilecto.

Decretum de ijs, Qui ad nouas defensiones admittuntur.

MDXLVIII. DIE IOVIS XXVI. OCTOBRIS.

QVesti sunt in Senatu Cęsarei Fiscales, dato etiam supplici libello, quòd multi ad nouas defensiones admissi, aduersus condemnationes criminales productis literis eos admittentibus, causas nouarum defensionum prosequi differunt, ita quòd Fiscus, qui ex condemnatione secutâ ius acquisiebat, per nouas defensiones concessas, & hanc expediendorum processuum retardationē, & moram maximè læditur. cui que imonie volens Senatus, vt par est, salubriter prouidere, re bene, & dil genter discussa.

Censuit, eos, qui ad nouas defensiones ex causa criminali, in qua constitutio personalis necessaria est, admittuntur, teneri se constituere personaliter infra decem, dies, à concessione nouarum defensionum numerandos: quo tempore lapso,

lapso, & constitutione non facta, ipsam concessionem nouarum defensionum esse irritam & nullius momenti. Eis verò, qui ex condemnatione pecuniaria ad se defendendum admittuntur, mensem statuendum esse ad prosequendas defensiones suas, postquam ad eas fuerint admissi; quod si non fecerint, lapso mense executionem contra eos non esse differendam.

Signat. Franciscus Petranigra.

Adam Tinctus vxoricida absoluitur à confiscatione bonorum.

MDLVIII. DIE XIX. DECEMBRIS.

LAta per Mag. D. Prætorem Cremonæ sententia, qua condemnauerat Adam Tinctum vxoricidã Cremonensem in amputatione capitis, absque bonorum confiscatione, eo quòd vxoricidium fuerat commissum in agro Brixiensi, vbi dicebatur confiscationes in huiusmodi casibus non fieri: Fiscus Cæsareus aduersus eam sententiam ob confiscationem non factam, tanquàm læsus in integrum restitui petijt. & delegata causa Mag. D. Quæstoribus, cùm vidisset nullam posse ab eis prouisionem reportare, quoniam per nouas Constitutiones ab huiusmodi sententijs omnis appellatio, nullitas, & in integrum restitutio tollebatur: Recursum habuit ad Senatum, petens indemnitati suæ omni meliori modo prouideri. Qui volens, sicut in cœteris omnibus, maturè procedere, mandauit citari prædicti Adam filios, & vxorem. Visa itaquè petitione ipsius Fisci, ac exceptionibus, & defensionibus pro parte ipsorum filiorum, & vxoris factis: & viso Statuto Brixiæ, ac literis Mag. D. Prætoris Brixiæ sub die xxvi. Septembris anni præsentis, quibus respondet literis Senatus eidem ad instantiam Fisci, datis sub die quinto mensis prædicti, & visis copijs actorum publicorum autenticis, ex maleficio Brixiæ productis, & confecti ab anno 1524. vsque ad annum præsentem: ac visa sententia per D. Prætorem Brixiæ lata contra dictum Adam, in qua nulla fuit facta bonorum confiscatio: ac visis alijs videndis: Auditisq; denuo agentibus ipsius Cæl. Fisci: & omnibus diligenter discussis.

Idem Senatus censuit, persistendũ esse in sententia per præfatum Mag. D. Prætorem Cremonæ lata.

Declaratio in controuersia, Quæ erat de confiscatione bonorum Petri Martyris Montij.

MDLII. DIE IOVIS XI. AVGVSTI.

PEtrus Martyr de monte cum alijs, & ab anno 1527. vsq; ad annum 1530. fuisset scriba, & ratiocinator in negotio salis, quo tota Mediolanensis prouincia vtitur, sub Mag. D. Dominico Saulo salis administratore, & in reddenda huiusmodi administrationis ratione interuenisset anno 1535. deq; administratis per Saulum relationes fecisset. Demum anno 1536. iussu Mag. Sindicatorum, qui rationes redditũum Dominij Mediolanen. inquirebant, captus fuit sub eo prætextu, quòd libros suos vitiasset, & falsas relationes in Fisci Cæs. præiudicium fecisset. & quamuis examinatus, ac quæstionibus suppositus delictum esset confessus, dum tamen terminus ad se defenden. sibi statutus penderet, in carcere decessit.

sit. Vnde cùm mors damnationem præoccupasset, orta est de illius bonorum confiscatione controuersia. Propterea quòd proximiores Petri martyris nullum ius Fisco Cæs. competere affeuerabant. Contrarium verò Fisci procuratores demonstrare nitebantur. Hinc cum Mag. Syndicatores omnem quæstionem ad Illust. Cæs. Locumtenentem retulissent, & illi a Fiscali opinione discrepare viderentur; Placuit Excell. Principi omnem controuersiam ad Senatum remittere, qui difficultates vtrinq; motas intelligeret, & solueret: mox ad E. S. omnia cum sententia sua referret. Senatus itaq; summa diligentia, summaq; consultatione casum propositum considerauit. Fundamenta, quæ hinc, & inde adducebantur, perpendit. demum omnia ad præfatum Illust. Locumtenentē copiosè cū sua sententia perscripsit. Quibus ille visis, & examinatis, demandauit eidem Senatui, vt in hac causa statueret, prout sibi visum fuerit conuenire. Ideo omnibus iterum propositis, & diligenter consideratis, visaq; citatione, & relatione peremptoria, ac alijs videndis.

Senatus censuit, nullum ius Cæs. Fisco ratione memoratæ confiscationis in bonis dicti Petri martyris Montij competere; Sed ad proximiores ipsius spectare, & pertinere: eaq; illis liberè relaxanda esse.

Ordo, quòd qui non habet in ære luat in corpus.

MDLIII. DIE XXIX. OCTOBRIS.

Contingit sæpenumero sumi informationes de alicuius miserabilitate existentis in carcere, ob aliquam mulctam, in quam incurrit, vel pœnam, sed quia propter eorum miserabilitatem marcescunt aliquando in carceribus, iuridicum & conueniens visum fuit, quòd qui non habet in ære, luat in corpus; verum quia ex informationibus ipsis plerunq; fiscus indebite læsus remanet, tum quia non interuenit, tum quia multoties informationes ipsæ non sumantur, vt in simili casu deceret, & conueniret; huic rei prouidere volens Senatus, statuit informationes ipsas sumi debere in ciuitate Mediolani per vnum ex notarijs Cameræ Extraordinariæ cum interuentu Fisci, & non aliter, sumptasq; ipsi ordini referendas, vt eis intellectis petentibus prouideri possit. Subscrip. B. Patel. & sigill. &c.

De ijs, qui prætextu paupertatis pœnam pecuniariam in corporalem commutari sibi obtinent.

MDLIV. DIE IV. IANVARII.

Ex ijs, qui quandoque in pœnam pecuniariam damnantur, aliqui sunt, qui paupertatem, & miserabilitatem prætendentes obtinent (ea nonnunquā per falsos testes, licet citato Fisco, & præsente examinandi essent, probata) pecuniariam pœnam in corporalem commutari. Quòd Fiscus Regiæ Cameræ damnosum admodum esse contendit; ac propterea petijt fraudi huic prouideri: præsertim cum aliqui reperti sint, qui etiam tempore factæ eiusmodi commutationis, vel credita, & iura aliqua habebant, vel bona etiam immobilia possidebant. Itaque re ad Senatum relata, diligenterq; ac maturè perpensa.

Senatus declarauit, mentis suæ non fuisse, nec esse, per eiusmodi commutationes tollere, quin Fiscus, seruatis, tamen, in reliquis seruandis, pecuniarias cōdemnatio-

nationes consequi possit super creditis, vel iuribus, aut alijs quibuslibet bonis eiusmodi damnatorũ, si quæ tempore cõmutationis habuisse, vel habere, aut possedisse, vel possidere comperiantur; etiam si pęnas corporales, prætextu probationis paupertatis, aut miserabilitatis persoluerint, aut in futurum persoluturi sint.

Quod scriptura gratis dentur miserabilibus personis.

MDXLIV. DIE XXIV. APRILIS.

CVm in Senatu propositum esset, à multis dubitari, an constitutio de causis personarum miserabiliũ facta scribas, & notarios grauet ad scripturas, etiã sine solutione laborum, tradendas, eo quòd ad omnia ferè tribunalia abusus iam inoleuerit, vt pro scripturis confectis pretium laboris exigatur.

Senatus visa verborum formula, sub qua constitutio est concepta; Dixit, non esse dubitandũ, quin rescripta, literæ, scripturæ, & omnia acta gratis, & sine solutione laborum miserabilibus edenda sint, & ita censuit esse seruãdum. mandauitq; & tenore huius ordinationis mandat omnibus Magistratibus, & iusdicentibus, vt abusũ, qui dicitur inoleuisse, prorsus tollant, & hanc declarationẽ omnino seruari faciãt, sub pęna, quæ in ea cõstitutione interminata est. Signat. Franc. Petranigra.

De informationibus sumendis pro personis miserabilibus: quòd qui non habet in ære luat in corpus.

MDLIII. DIE XXIX. OCTOBRIS.

COntingit sæpenumero sumi informationes de alicuius miserabilitate existentis in carcere ob aliquam mulctam, in quam incurrit, vel pœnam: sed quia propter eorum miserabilitatem marcescunt aliquando in carceribus; iuridicum, & conueniens visum fuit, quòd qui non habet in ære, luat in corpus. verùm quia ex informationibus ipsis plerunq; Fiscus læsus indebite remanet, tum quia non interuenit, tum quia multotiores informationes ipsæ non sumuntur, vt in simili casu deceret, & conueniret; huic rei prouidere volens Senatus.

Statuit, informationes ipsas sumi debere in ciuitate Mediolani per vnum ex notarijs Cameræ extraordinariæ, cum interuentu semper Fisci, & non aliter; sumptasq; ipsi ordini referendas: vt eis intellectis petentibus prouideri possit.

Signat. B. Patellanus.

Ordo seruandus in electione protectorum carceratorum.

MDLIV. DIE XXX. MARTII.

CVm aliàs permulti pauperes varijs de causis, tam ciuilibus, quã criminalibus, carceri manciparẽtur; ijq; defensoribus ob eorum inopiã destitui eùm alia grauissima incommoda, paterentur, tum causarum suarum expeditionem adeò in longum protrahi sentirent, vt annum, & etiam amplius carceris squalorẽ perpeti cogerentur: erectum fuit officium, quod Protectorum carceratorum appel-

lant: cui administrando Iurisconsulti quinque, causidici quinq; , ac nobiles Mediolanenses quinq; præerant, verùm cum ij, qui nunc officio illi præsunt, nuperrimè Senatui Excell. exposuerint, sese multos annos officium huiusmodi exercuisse, post habitis aliquando rebus suis priuatis: neq; conuenire vt hoc onere perpetuò grauentur; petierintq; propterea se ab hoc labore eximi; quâ in re legis etiam municipalis auctoritate nitebantur.

Senatus omnibus maturè, & diligenter consideratis, atq; perpensis; ne qui nūc hoc officio funguntur, perpetuo labore impliciti remaneant, & ne qui in custodiam dati sunt, defensoribus carentes in carceribus marcescant, censuit [illegible]cationem ab eo munere dandam, & officium istud biennale faciendum esse, atq; ita alios Iurisconsultos quinq; , duos scilicet è senioribus, duos mediæ ætatis, vnum è minoribus à dominis abbatibus Iurisconsultorum Mediolani, vocato Collegio, & alios causidicos quinque ab eorum collegio, & alios nob. Mediolanenses quinq; à DD. Vicario, & xij. viris Prouisionum Mediolani nominari debere mandat; vt illi à Senatu ipso approbati officium Protectorum carceratorum hoc proximo biennio exerceant. Pro reliquo verò tempore, vsque in perpetuum, id obseruari iubet, vt singulo quoq; biennio duo ex iam admissis è quouis ordine, vnà cū tribus alijs è quolibet prædictorum ordinum nominandis, & approbandis vt sup. ad prænarratum officium exercendum deputetur. Signat. *Annib. Cruceius.*

Protectoribus carceratorum petentibus cognitionem suam augeri repulsa datur.

MDLIV. DIE XXIX. IANVARII.

EGregij Protectores carceratorum, quibus ex forma Constitutionum data est facultas cognoscendi causas eorum, qui non ritè capti fuerint, dicebant in Senatu, eam facultatem sibi esse attributam in causis etiam, quæ concernunt rectitudinem; tum ex dispositione statutorum Mediolani, tum etiam ex obseruantia. Atque ideo petebant, eā cognitionē sibi nō auferri. Quibus omnibus consideratis.

Senatus censuit formam ipsam Constitutionum esse seruandam, non obstantibus per ipsos Protectores adductis.

Ordo de alimentis dandis carceratis ob debita, in mala mansione.

MDLIV. DIE XII. APRILIS.

AVdito in Senatu Cæsareo Mediolani Mag. Iurisconsulto D. Io. Baptista Raynoldo Cæs. Senatore, cui in his ferijs Pascalibus onus datum fuerat visitādi, iuxa morem, & laudabile institutum carceratos in Mala māsione, referente priuilegia concessa per Illust. retroactos Principes, & Duces Mediolani illis impotentibus, & inhabilibus, quos contingit carcerari ad instan. datiariorum, & gabellariorum Mediolani in Mala mansione: virtute quorum priuilegiorum tenetur dare singulo quoq; die carceratis Imperiales duodecim pro alimentis, qui inhabiles, & impotentes sunt ad soluendum debitum, quod contingit cum eis contrahi, vbi è carcere nolint eos relaxari, sed obstinatè satagunt vt in carcere marcescant: visisq; ordinibus, quibus augentur dicti duodecim imperiales vsq; ad solidos tres inper, ob temporum qualitatem: viso quoq; præcepto transmisso per dictum Mag.

Mag. D. Raynoldum ex ordine Senatus datiarijs Douanę, qui detineri fecerunt Petrum de Bassis pauperem, & inhabilem, & petentem, in exequutione præmissorum ordinū vel relaxari, vel alimentari, auditoq; vno ex aduocatis generalibus Fisci Mediolani, exponente, & attestante etiam de ijs factum fuisse verbum in Magistratu: & omnibus consideratis.

Senatus censuit, & declarauit, prædictos Datiarios, & gabellarios, & qui per tempora erunt, pariter comprehensos esse in ordinibus, & teneri ad dicta alimenta Carceratorum. Signat. B. Patellanus.

Alter Ordo de eodem.

PORrecta nobis fuit nomine Dionisij Gozij detenti supplicatio in hanc formā. videlicet.

TENOR.

Qua lecta, & diligenter considerata in Senatu nostro, ordinatum fuit, quod, & nos volumus, & pariter per has nostras ordinamus, & declaramus, quòd vbi creditores, qui condemnantur ad soluendum soldos tres singulo die, pro alimentis debitorum suorum in carceribus detentorum, cessauerint in solutione per tres dies continuos memoratorum soldorum trium, non possint vlterius moram purgare sed detenti ipsi è carcere liberentur, & dimittantur. In quorum &c. Dat. Mediolani vltimo Aprilis. 1555. Signat. Filippus, & Arrigonus.

Quod omnes causæ Pauperum, in quibus ipsi actores sunt, nullam habeant instantiam.

MDXLVIII. DIE V. IVNII.

CVm in decreto causas ad Iudices ordinarios remittente sancitum sit, quod causæ pauperum, in quibus ipsi actores sunt, instantiam non habeant: dubitatum est, an causæ appellationum, quæ in huiusmodi causis interpositæ sunt, vel interponentur, instantiam habere debeant. Senatus omnibus consideratis, & maturè discussis.

Declarauit, causas omnes pauperum instantiam non habere, quando onus sustinendi instantiam ad ipsos pauperes spectat. Quod vult locum habere, non solū in causis futuris, sed etiam in pendentibus in quibus adhuc instantia ipsa subest.

Signat. Ia. Cattanæus. & sigillat. sigillo Imper. in cera rubea more solito.

De quibusdam, qui petunt, se declarari comprehensos in gratia generali.

MDXLIV. DIE VIII. IANVARII.

PEr eos, qui capitaliter, aut in pœnam corporis afflictiuam damnati sunt, seu per agētes pro eis contingit à Senatu postulari, vt declaretur, illos in gratia generalis

nerali comprehendi; lectis eorum precibus, dicitur ipsos sese constituere debere, antequam aliud decernatur; ij tamen constitutionem differentes, seu subterfugientes, rem in longum trahunt, vt post aliquod tempus sub adumbrata, & verisimili aliqua causa Senatum moueant ad concedendum absque constitutione id, quod primò negatum fuerat.

Senatus huiusmodi subterfugijs, & decipulis prouidere volens, decreuit, eos, quibus dicitur vt sese constituant, terminum mensis ad constituendum habere; quo decurso, & constitutione non sequuta, vlterius audiri non debere.

Decretum pertinens ad gratiarum approbationem.

MDLXIII. DIE IANVARII.

VSu compertum est, plerosque literas gratiæ consequutos pro homicidijs, in quibus, aut ex processu, vel aliter insurgit suspicio animi deliberati, & condēnatus dicit velle qualitatem animi deliberati abesse, probare, & sic ab Illust. Locumtenente conceduntur literæ gratiæ cum illa conditione; ad eam excludendā, testes producere coram Senatu tempore petitæ earum literarum approbationis, qui sæpenumero falsitatem dicere non dubitarunt: idq; potissimum in causa est, quia peracto examine statim dimittuntur testes, cum retineri deberent ad eos excutiendos, si opus esset. Huic rei Senatus occurrere volens, decreuit mandandum esse, vti mandat, Fiscalibus, & Secretarijs, coram quibus huiusmodi testes examinari continget, quòd finito examine illos de cœtero non dimittant, verum custodi carcerum consignent, vt ibi asseruentur, quousque super approbatione gratiæ deliberatum fuerit.

Casus gratiæ reseruati Regiæ Maiestati.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalē, &c. Rex, Dux Mediolani, &c. Magnifici Reuerēdi, Spectabiles, Nobiles, docti, deuoti, fideles, dilecti, Literis vestris diei. 23. Iunij certiores redditi sumus, quæ nam vobis ex delictis atrocibus videantur, quorum remittendorum auctoritas ex ordinibus Vuormetiensibus generaliter nobis reseruata est, prætor ea, quæ in eisdem ordinibus specialiter expressa sunt, videlicet Rebellionis, siue læse Maiestatis, homicidij præmeditati, ac adulteratæ pecuniæ. Nos autem mature criminibus huiuscemodi perpensis, aliqua etiam vltra ea, quæ per vos commemorata sunt, addenda censuimus; quæ omnia his nostris specialiter describi, de hisque Illust. Locumtenentem illic nostrum admoneri mandauimus, vt ab his condonandis deinceps abstineat. His igitur nostris volumus, & declaramus, delicta atrocia, quorum nobis condonatio, vt prēmittitur, reseruata est, infrascripta omnia censeri debere: videlicet.

Homicidium ab eo commissum, qui alia duo homicidia patrauit etiam si ob ea damnatus nondum sit.

Vulnus proditoriè sclopo rotato illatum, etiam si mors non succedat.

Diminutionem monetarum, vbi amplius quam semel fiat.

Raptum mulieris honestæ, etiam si copula non sequatur.

Vsum venereum cum sanctimoniali in habitu intra monasterium degente.

So-

Sodomiam.
Spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum.
Adulterantes sigillum Principis, vel Senatus.
Propinationem veneni.
Cędem officialis Ducalis.
Qui seditionem mouent populumq; aut plebem aduersus Principis, aut Senatus decreta, & prouisiones concitant.
Qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur pœna mortis naturalis, ad alicuius offensam dicunt, aut ab alio dici curant, a ut mandant.
Qui exequutiones reorum, vbi de mortis, vel mutilationis membrorum pœna agitur, impediunt, vel ab alijs impediri curant, aut mandant. Dat. Segouiæ, lect nono mensis Augusti. 1565. Signat. Io. El Rey.
Vargas. Vid. Casatus R.
A tergo Magn. Reuer. Spectabilibus, Nobilibus, Doctis, Deuotis, Fidelibus, Dilectis Præsidi, & Senatui Status nostri Mediolani.

De Locumtenente Vicarij Prouisionum Mediolani.

MDXLII. DIE XIV. MARTII.

PRopositum fuit in Senatu, nunquid ex verbis nouarum constitutionum in titulo de Iudicijs, quòd causæ, quæ iurisperitis collegiatis committi debent, nō committantur officialibus habentibus salarium de publico, cōprehendatur Locumtenens quotannis de collegio doctorum Mediolani ad Officium Prouisionum eiusdem ciuitatis eligendus: qui licet nonnihil salarij de publico assequatur, tamen id exiguum est, ita vt id officium ei damnosum valdè futurum esset, si emolumentis, quibus alij Mediolanenses Iureconsulti de prædicto collegio fruuntur priuaretur Senatus, re bene considerata, declarauit, & declarat, ex illis verbis Nouarum Cōstitutionum mentem suam non fuisse, vt is annuus Locumtenens ab ipsis Collegijs Mediolani emolumentis excludatur: imposuitquè D. Vicario Prouisionum, vt hanc declarationem publicari, & seruari faciat.

Declaratio super iurisdictione Abbatum mercatorum.

MDXLII. DIE XXIV. NOVEMBRIS.

COnquesti in Senatu fuerunt rem Cæs. Fisci agentes, iurisdictionem ordinariā, nec non, & gabellam notariæ ciuilis plurimùm lædi ex quadam interpretatione nouarum Constitutionum, dum conceditur Abbatibus, & Consuli mercatorum iurisdictio, non solùm inter ipsos mercatores, verùm etiam quotiescunq; de ipso mercimonio agatur: Nam sub sinistra interpretatione horum verborum plerasquè causas, ad ordinariam iurisdictionem pertinentes, ad illorum tribunal trahi dicebant, in præiudicium, & ipsius ordinariæ iurisdictionis, & notariæ, ac conductorum, & consequenter Fisci, quinimo etiam in non leue damnū aliorum subditorum Cæsareorum, qui licet cum mercatoribus non contraxerint, tamen hac interpretatione graues ipsius mercantilis fori leges subire cogerentur. Insuper etiam, & ordinariam iurisdictionem, & Notarios, Fiscum lædi dicebant ex vltimis verbis eiusdem nouæ Constitutionis, dum prohibent alios iudices de præmissis causis se intromittere; quibus verbis ipsi mercatores prohiberi videntur

tur ab ordinarijs audiri, etiam quòd eis expedire videatur aliquo casu Iudicem ordinarium adire; cuius contrariū antè nouas cōstitutiones obseruatum dicebāt.

Idcirco cùm nec Reipublicæ expedire videatur, nec ea fuerit Cęsaris mens, vt ipsorum Abbatum, & Consulis iurisdictionem augeret; sed vt eorum antiquis ordinibus inter nouas Constitutiones redactis, ex ipsius Cæs. suprema authoritate, firmius robur acciperent.

Senatus dicta verba, quotiescunque de ipso mercimonio agitur, intelligenda esse declarat, vbi cum mercatoribus descriptis, vel stratis vtentibus, aut ab eis immediatè causam habentibus lis agenda foret.

Prohibitos autem fore alios Iudices de his causis se intromittere, nisi ad instantiam alicuius ex ipsis mercatoribus id fieri contingat.

Notarios autem, qui vltra casus à nouis Constitutionibus, sic vt supra, declaratis ipsis concessos se intromiserint, puniendos esse pœnis, de quibus in ipsis nouis Constitutionibus.

Quam declarationem, & suprascripta omnia præfatus Senatus mandat inuiolabiliter obseruari. Signat. Ia. Cattaneus, cum sigillo solito in cera rubea.

Declaratio capitis Si per apparentum.

MDXLIII. DIE XI. IVLII.

FVit à nonnullis dubitatum, quomodo ad vsum deduci debeant Constitutiones in titulo de Iudicijs.c. si per apparentem, & an nulla præuia citatione trāsmitti debeat exequutio, de qua loquitur in principio ipsa constitutio. Volentes igitur hanc dubitationem tollere, declaramus, hanc constitutionem è statutis Mediolanensibus exceptam seruandam esse iuxta stylum, & obseruantiam ipsius Mediolani ciuitatis, scilicet quòd vbi per publicas, & autenticas scripturas fiat fides de credito per creditorem, exequutio leuis absque citatione partis concedatur, scilicet cum famulo, & seruitore, quæ potius vim habeat citationis, quàm exequutionis, cum eius prohibendæ facultatem impunè habeat reus: qui si citato creditore comparuerit, & exequutioni commissæ contradixerit, facta mox per creditorem productione eorum, ex quibus creditum suum verificetur, currant reo dies 15. vtiles iuxta constitutionem, ad faciendum sibi incumbentia, quòd si reus facta dicta exequutione minimè comparuerit, mittatur contra eum fortior exequutio, atq; hoc modo in Dominio Mediolani vbique seruari volumus.

Signat. Ia. Cat. & sigillata, &c.

De debitoribus suspectis de fuga.

MDLVI. DIE XV. IVNII.

SOlent creditores detineri facere in carcere debitores suos suspectos de fuga, nulla præuia citatione, iuxta formam Constitutionum, & etiam literarum, quæ concedi solent; quibus etiam cauetur, quòd citatis debitoribus ipsis, verificare debeant creditores ipsorum debitorum fugam, fugæuè suspicionem. & si non fecerint, teneantur ad omnes impensas, & vlterius condemnentur in florenis vigintiquinque Cameræ applicandis. Et quia vsu compertum est creditores hæc non obseruare, idq; euenire eorum dolis, & fraudibus, tum etiam quia sæpe numero debitores sibi consulere non possunt ob eorum impotentiam, vel inopiam,

qui

quo fit, vt diuturno carcere, & varijs impensis multoties afficiantur. Quibus omnibus occurrere volens Senatus.

Statuit, quòd debitoribus ipsis detentis, teneantur creditores termino dierum quatuor verificare coram iudicibus ordinarijs fugam ipsam, fugæuè suspicionē, eo termino elapso, si non fecerint, illico detentos relaxari debere; censeanturq; condemnati in impensis, quas detenti fecerint, & in dictis florenis vigintiquinque, iuxta ipsarum literarum dispositionem. B. Patellanus.

Saluumconductum Quinquennalem non renouari.

PRAETORI CREMONAE.

INtelleximus, à vobis hæsitatum esse, an saluusconductus quinquennalis, cuius formula inter Constitutiones huius Prouinciæ relata est, lapso quinquennio renouari soleat. Hæc autem hæsitatio tollitur ex ea formula; quam Senatus noster solet concedere, in qua clausula est adiecta, vt is saluusconductus seruetur, modò supplicans similes literas, causa eorundem debitorum, aliàs non impetrauerit: sic itaq; & vos seruabitis. Mediolani 13. Iulij. 1556.

ORDINES AD FEVDATARIOS,

Et eorum officiales pertinentes.

Quod causæ appellationum à sententijs prætorum feudatariorum ab auditoribus ipsorum Feudatariorum non cognoscantur.

MDLVIII. DIE XI. IANVARII.

DEVENIT ad notitiam Senatus, quòd quando contingit appellari in causis, quæ determinantur per Prætores terrarum, & locorum Dominorum Feudatariorum Status Mediolani, huiusmodi appellationum causæ vsurpantur per ipsorum Feudatariorum auditores. huiusmodi abusui, sicuti multis de causis displicuit, ita occurrere volens, is ordo.

Statuit mandatum esse, sicuti mandat, omnibus feudatarijs, ne post hac audeant, sub pœna priuationis feudi, pati, nec tolerare ipsarum appellationū causas cognosci, nec decidi per auditores suos, nec in eis vllo pacto se intromittere; sed permittant eas iudicibus, ad quos deuolui debent, cognoscendas, & determinandas. Mãdatq; etiã omnibus Prætoribus ciuitatum, vt ordinationem hanc intimari faciant omnibus, & singulis Feudatarijs existentibus in iurisdictione prouinciæ suæ: quos monet Senatus, vt si quid in contrarium habebunt, termino dierum quindecim post intimationem, deducant in manus subsignati Secretarij; secus verò elapso ipso termino, & eis nihil producentibus, quòd releuet, præsentem ordinationem effectum suum sortiri debere.

B. Patellanus.

Quod feudatarij in sua iurisdictione tutum carcerem habeant.

MDL. DIE VLTIMO MAII.

COmpertum est, quamplures Dominij Mediolanensis feudatarios, qui merũ & mixtum exercentes imperium, nullum, aut nõ tutum in sua iurisdictione carcerem habere, in quem rei criminum conijci possint, & custodiri, quod maximo rei tum publicæ tum priuatæ detrimento cedit. Hoc Senatus animaduertẽs, suas, & ipsi custodias habeant.

Censuit itaquè, singulos Dominij Mediolanensis feudatarios, debere intra sex menses, in sua iurisdictione, tutum, & commodum carcerem parare, atque construere, si paratum, atque constructum non habent: In quo noxij, aut delati ex causis criminalibus, tutò contineri possint, & custodiri: sub pœna omnium damnorum, & interesse, quæ pars ius aliquod prætendens, aut Fiscus Cæsareus pati posset; & alia grauiori arbitrio eiusdem Senatus irroganda, si non paruerint.

Quod feudatarij impetrent licentiam à Senatu publicandi proclamata Principis in suis iurisdictionibus.

MDLV. DIE XXII. MARTII.

POstquã Sereniss. Angliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux fœlicibus auspicijs possessionem huius Dominij Mediolani adeptus est, Illust. D. Gubernatores, pro quiete subditorum, publicari mandarunt proclamata pœnalia. Et quia Domini Feudatarij prætendunt illa etiam effectum sortiri debere in eorum iurisdictionibus, ita, vt pœnæ pecuniariæ, a subditis suis exigendæ, eorum Fiscis applicari debeant; Super huiusmodi re facto verbo in Senatu, pro habenda declaratione quid seruandum sit.

Is ordo declarauit, dicta proclamata ad loca infeudata non extendi. Quòd si dicti Feudatarij in locis suis ea publicari voluerint pro obtinenda licentia, ad Senatum prius recurrant; qui superinde opportunè prouidebit. Mandat quoque præsentem declarationem affigi in Cancellaria ipsius Senatus, vt omnibus innotescat. Signata, Panizonus, & sigillat. &c.

Pœnam præceptorum pœnalium emanatorum à Iudicibus feudatariorum, virtute litterarum Senatus, applicari debere Fisco Regio.

MDXLVIII. DIE XX. OCTOBRIS.

CVm incidisset sermo in Senatu, quando conceduntur literæ Iudicibus feudatariorum, quòd possint procedere præceptis pœnalibus pecuniarijs, cui dici debeat pœnas illas applicari debere, an ipsismet feudatarijs, ac Regio Fisco; multaq; hinc inde adducta fuissent: re opportuna consulatione discussa; Censuit is ordo, dicendum esse in ipsis literis, pœnas ipsas applicari debere Regio, & Ducali Fisco. B. Patellanus.

IV.

Iudices feudatariorum procedere possunt, contra consules, commune, & homines sua iurisdictionis.

PHILIPPVS Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux.

DIlecte noster, lecta in Senatu nostro Petri Francisci Nibiæ supplicatione; vobis mandandum duximus, quòd nec in casu in precibus memorato, nec in alijs, quibus Iudices Feudatariorum procedunt contra Consulem, Commune, & homines locorum, eis in feudatorum, illis inhibeatis, sub prætextu, quòd interdictos consulem, commune & homines, sint aliqui coloni, aut fictabiles ciuium.

Propterea vobis mandamus, vt recitatam inhibitionem tollatis, & mentem prædictam ad vnguem obseruetis si quid in contrarium habebitis, rescribatis. Dat. Mediolani 30. Octobris 1565. Facius.

A tergo Egregio Iureconsulto Prætori Nouariæ nostro dilecto.

Ordo pertinens ad condemnationes In fauorem Feudatariorum.

Carolus Quintus Ro. Imperator.

DIlecte noster, cum tua iurisdictio se non extendat ad habitantes in terris infeudatis, nisi vbi constet comprehendi in decreto maioris Magistratus: considerata relatione tua facta ad supplicationem. Sp. Sen. nostri dilectiss. Co. Io. Firmi Triuultij, tibi mandamus, vt posthac non apponas manum ad eos, qui ipsi feudatario, seu eius iurisdictioni subsunt, nisi in casibus comprehensis in dicto decreto; & condemnationes, si quæ de aliquo ipsorum aliter per te factæ fiat, non exigas, immo exactas restituas supplicanti, vel eius prætori. Dat. Mediolani die 19. Maij. 1552.

Subscrit. Iac. Cattaneus. à tergo nob. Viro Capitaneo Martesanæ, seu eius Vicario nostro dilecto. & sigillat.

Ordo quod Pensionantes, & emphiteutæ sint suppositi Feudatarijs.

SEreniss. Cæsar, Et si clara sit constitutio, quòd pensionantes ciuium sint sub Iurisdictione feudatarij; & sic etiam obseruatum sit in præteritū, prout attestari possunt. D. Fiscales; Nihilominus D. Capitaneus Martesanæ contendit cum fidissimo M. V. seruo, Prætore Meltij, & Gorgonzolæ, Iurisdictionis M. V. ser. Mag. Comitis Ioannis Firmi Triuultij Senatoris. quòd pensionantes ciuium non sint subditi Iurisdictioni Feudatariorum: vt vult interpretari verba constitutionum, in titulo de Feudis. in cap. interdictum est fol. 63. in vers. feu. 5. non comprehendit etiam hęc constitutio emphiteutas, nec pensionantes ciuium, & nobilium, nec etiam colonos, vel fictabiles ciuium bona immobilia colentes, vbi hi colerent bona immobilia propria, vel quę à subditis Feudatariorum conduxissent, quæ maioris quantitatis forent eorum, quæ à ciuibus conducta haberent: quæ limitatio & restrictio, scilicet vbi hi colerent bona propria, essent maioris quantitatis eorum, quæ a ciuibus conducta haberent, referatur etiam ad

pensionantes. Quod non potest congruere literæ. Quia verbum colere non potest referri ad pensionantes nec ad emphiteutas, sed solum ad colonos, vel fictabiles, quorum munus est bona colere, & conducere: Item etiam imprimis Constitutio facit regulam generalem, scilicet hęc constitutio compræhendit emphiteutas, nec pensionantes de hinc augumentatiuè procedens dicit, nec etiam colonos, vbi hi colerent, &c. Item relatio dictę distinctionis debet referri ad proxima: Item pensionantes, vtplurimum non colunt bona nobilium, sed si colunt, tunc transeunt in aliud nomen quam pensionantes, quia eo in casu coloni vel fictabiles dicuntur: Item quod res clara est, tum ex verbis, tum ex interpretatione, & vsu factis in preteritum, & vbi aliter intelligeretur, hoc certè esset euacuare ferè omnem iurisdictionem Feud. Cùm illa vtplurimum in similibus consistat. Et propterea cum hic agatur de interpretatione Constitutionum à M. V. editarum; ipse Prætor.

Supplicat M. V. vt illa dignetur mandare pręfato Capitaneo Marthesanę, vt in causis pensionantium emphiteotarum se non intromittat in iurisdictione præfati Prætoris Meltij, & Gorgonzolæ, nec aliquo modo procedat sub pretextu decreti maioris Magistratus. & vbi declaratione, & interpretatione constitutionum opus sit, quòd M. V. declaret, pensionantes, & emphiteotas ciuium expresè non comprehendi in decreto maioris Magistratus. Mandando ipsi Capitaneo, vt interim desistat à procedendo in causa, de qua supra, donec per Senatum super hoc ordinatum fuerit,

Capitaneo Marthesanę &c. Quia non conuenit vt quisquam coram incõpetente Iudice litigare cogatur, committimus tibi, vt in causis pensionantium, & emphiteotarum ciuium, qui habitant in iurisdictione Meltij, & Gorgonzolæ, te non intromittas, sed causas eorum ad Prætorem D. Feudatariorum eorũ locorum remittas. Mediolani quinto Ianuarij 1553. Subscrip. Patellanus, & sigill. &c.

Declaratio §. possunt & §. etiam super imbotaturis, in titulo de Feudis.

PHILIPPVS Hispaniarum, &c. Rex, & Dux.

NObilis Comes Aloysius Cagnola subsequentes nobis exhibuit preces, videlicet Rex Sereniss. Edocta est M. V. in Nouis Constit. in titulo de Feudis sanciuisse, posse iusdicentes iurisdictionem habentium cogere omnes, etiam comprehensos in constitutione maioris Magistratus, ad solutionem imbotaturarum, & datiorum, per Principem vel Fiscum in eos habentes iurisdictionem translatorum & contributionem onerum salarij Prætoris. Sequitur alius § per hæc verba, & aliorum quorumcunque onerum, modò summa non excedat aureos tres. Hæcq; sanctio ad fauorem Feudatariorum condita videtur, quia magis dispendiosum eis esset omnes subditos, & alios debitores singulis annis, occasione huiusmodi datij imbutatus, in ius vocare coram maiore Magistratu. Cùm maximè ius summarijssimum fiat pro huiusmodi datijs, & more Camerę: & licet constitutio ipsa clara sit, tamen sinistrari videtur eius intellectus in præiudicium non paruum fid. M. V. Ser. Comitis Aloysij Cagnolę, nomine cuiusdam Alexandri de Nicardo ex eius hominibus loci eius Granotij, & Ludouici de Nibia eius prætensi Domini & eius Nouariæ, hoc modo, Quod velint dictam iurisdictionem concessam ex

dicta causa imbotaturę determinari ex dictis verbis in dictum sequentem §. appositus, videlicet, modo summa non excedat aureos tres vt supra, ita quòd Feudatarij in consequutione eorum datij imbotatus debeant adire maiorem Magistratum si summa excedat dictos aureos tres. Quod si ita esset, sanctio ipsa nunquam locum haberet, quia non est alicuius loci infeudati datium imbotatus, quod non excedat quotannis dictam summam. Verus igitur sensus eius Constitutionis est, vt dicta summa sit ad determinationem debiti ex dicta causa cuiuslibet, ita vt sit, ac si constitutio dum disponit per dictum verbum Omnes dixisset, quia huiusmodi dictio omnes in plurali collectiua est, sicut dictio quilibet, & hic sit verus sensus in omnem casum quandoque §. separato vt supra apposita sunt, determinare habeant dictam dispositionem præcedentis §. per verba indefinita vi supra concepta. Quod tamen neque obstare videtur, cùm sint ipsa verba in §. separato, vt supra apposita, dictaq; sinistra interpretatione attenta, per partes deductus fuit supplicans iam igitur ferè biennium, ac circumductus, prout adhuc circumducitur in exactione dicti eius datij, & his temporibus calamitosis; quoniam dictus Lodouicus, & Alexander sub prætextu decreti maioris Magistratus subripuere vsq; de anno 1554. & mense Nouembris proximè præterito, præceptum quod Prætor Granotij se abstineat à iusdicendo dicta de causa contra dictum Alexandrum, quia tanquàm consul conueniendus erat ad solutionem datij ipsius imbotatus per communitatem debiti, more solito, quod præceptum licet reuocatum fuerit, & remissa causa, respectu imbotatus ad Prætorē Granotij, tamen ex aduerso appellatum fuit: & repertus fuit quidam Magn. Iureconsultus D. Franciscus de Clapis Nouariæ, qui dictam ordinationē reuocauit, fretus dicta sinistra interpretatione Constitutionum: Ex quibus videt M. V. quoniam in pelago positus sit supplicans, qui hoc modo priuatur suis regalijs. Qua de re cùm hic agatur de interpretatione Constitutionum per M. V. editarum, & vt iam tandē finis imponatur huic interpretationi brachio M. V. indiget, aliter in infinitum cogetur litigare: supplicans ad M. V. confugit, supplicando vt dignetur declarare dictum Prætorem Granotij iurisdictionem habere ex dicta causa imbotatus iure dictarum Constitutionum, non attento dicto sinistro intellectu, nomine dictorum Alexandri, & Ludouici, ipsis Constitutionibus dato, aut mandare dicto Prętori Granotij, quòd ex dicta causa iusdicat, præmissis non attentis, & ita speratur. Eisq; in Senatu nostro lectis, ac maturè consideratis, dictum fuit Prætorem supplicantis in dicto loco Granotij habere iurisdictionem in causa imbotatus, & datiorum, ac salarij Prætoris, pro quacunque summa. Et summa trium aureorum, in dictis Constitutionibus expressam, referri tantùm ad onera in genere expressa, non autem ad alia in spetie superius specificata in ipsius Constitutionibus. Quā præfati Senatus declarationem, & nos probantes mandamus omnibus, & singulis ad quos spectat, & spectabit, vt ita seruent, & exequantur, ac obseruari, & exequi faciant. In quorum fidem, &c. Signat. Landrianus.

Decretum pertinens ad onera bonorum feudalium.

MDLXIII. DIE XVI. IVLII.

IN causa D. Feudatariorum prætendentium immunitatem bonorum ipsorum Feudaliū in hoc Dominio existentium, visis scripturis per eos, seu eorū nomine, exhi-

Ne aduocati oblationes coram Senatu pro clientibus temerè faciant.

IN causa Angelæ Elisabet Confaloneriæ contra fratres Confalonerios, cùm proposita esset per aduocatos mulieris conditio, eamq; ipsa mulier implere recusaret, ita vt ordinatio Senatus, qui conditionem accipiendā censuerat, eludi videretur.

Senatus monuit in faciem omnes aduocatos, qui coram eo causas dicunt, vt deinceps in proponendis Senatui oblationibus cautiores sint: nam si clientes eis acquiescere noluerint, ipsi onus clientum subibunt.

Ordo seruandus in relationibus, quæ fiunt in scriptis.

RElationes statuum causarum criminalium, aut processuum perfectorum, quæ per officiales, iusdicentesq; huius Dominij ad Senatum mittuntur; quum perperam, atque inordinatè, aut prolixiùs, quam par est, scriptæ sunt; legentes, audientesq; grauiori labore afficiunt. Hac de causa decreuit Senatus, tenore præsentis ordinationis huic non mediocri molestiæ occurrere. Monet propterea ipsos omnes, & singulos officiales; atq; etiam mandat, vt relationes posthac faciant breuiores, quam poterunt: non tamen ex ea breuitate obscuræ reddantur, aut quicquam de substantia causæ omittatur: easq; distinctis, & intelligibilibus literis, bonaq; papyro, & latæ impressionis conscribi curent: vt faciliùs legi queant. folia etiam in modum paginæ consuenda erunt, ne forte (quod aliquando fit) dissoluta depereant. Denunciæ, notificationes, querelæ delictorum, nomina delatorum, detentorum, constitutorum, testiumq; ad offensam, ac defensam receptorū, inquisitio, si extat, & alia huiusmodi, in capita, cum dierum annotatione, in quibus ea facta fuerint, redigenda sunt; & successiuè ordinanda, vt illa citiùs, minoriq; incommodo inueniantur: Itaque extra ordinem linearum in margine promineant; Marginesq; foliorum latiores, ac cum debitis spacijs esse debeant; vt lectores in eis, quæ sibi videbuntur, apponere possint. Cùm super eodem capitulo diuersi testes deposuerint ad defensam, & sint conformes in dictis: sat erit in relatione, post explicitam vnius testis narrationem, dicere, eos omnes conformes esse: & si quispiam ex eis aliquid addiderit; insuper addita subijcere, vbi verò diuersimodè fuerint testificati: seriatim narrentur singulorum dicta cum eorum exceptionibus, omissis superfluis: ita vt semper post quodlibet capitulum ponantur dicta testium, capitulum ipsum respicientia. Quòd si relatio plures causas, aut imputationes contineat, singulæ seorsum cum suis indicijs, & defensionibus, ac omnibus pertinentibus distinguendæ sunt; neq; vna cum altera commiscenda, vt confusio sequatur: sed iuxta superiùs dicta omnia clara sint. Cùm autem in fine relationis difinitiuè Curiæ votum apponitur (vt moris est) ipsum etiam prominere conuenit, & in capite locari, in quo perstrictius, quàm fieri poterit, dicendæ sunt causæ, rationesq;, quibus ad proferendam sententiam suam iudex adductus fuerit. Hæc verò speciatim commemorata sunt, quoniam in ijs frequentiùs peccatur. nō quod deligens relator plura quoq; præstare non possit suo studio; quæ Senatui gratissima futura sint. M D L X V. die 22. Iunij.

G. Roccha.

Ordo seruandus à iudicibus in comparendo coram Senatu pro relationibus faciendis.

MDLXIV. DIE III. IANVARII.

VSu compertum est, tolerantiam quòd à nonnullis annis citra Officiales, & Iudices rerum Criminaliũ huius Ciuitatis, simul omnes, siue plures eorũ uno tempore, Senatum ingrediantur pro referendis processibus, impedimentum inter se, & temporis iacturam parere, esseq; contra Senatus dignitatem. Quare is ordo decreuit, priscam consuetudinem esse seruandam.

Mandat itaq; præfatis Officialibus, & Iudicibus, vt ad Senatum tantùm veniant diebus, quibus audiendis publicè causis non vacat, nisi fortè sibi contingeret ex vrgenti causa, quæ dilationem non admitteret, eundem ordinem consulere. Prohibetq; illis ingressum absq; licentia; sed vult, vt subsistant in Cancellaria, donec à Secretario singuli vocentur, hoc ordine, videlicet primò D. Capitaneus Iustitiæ, secundò D. Prætor, tertiò D. Vicarius Iustitiæ, Et his exinde succedant Iudices Prætorij. Quos omnes monet, quòd statutis diebus veniant hora admodum matutina, vt in prima hora, quæ sibi ad referendum assignata est, possint suas relationes absoluere. Vult tamen, quòd si D. Capitaneus siue Prætor nõ aderunt quando Senatus incipiet sedere, introducatur vnus ex alijs, qui prior venirct ne tempus teratur. Et insuper ordinat, quòd vbi primò admissus retulerit, statim recedat, aliusq; post alium vt suprà introducatur.

Subscrip. Landrianus, & sigillat. &c.

Causæ appellationum coram Senatoribus, quemadmodum causæ principales. instantiam non habent.

MDLIX. DIE XI. SEPTEMBRIS.

SIgnificatum fuit Senatui Excell. hæsitari ab aliquibus iusdicentibus, vtrum cõstitutio, quæ disponit quòd causæ coram Mag. D. Senatoribus vertentes nullam habeant instantiã, comprehendat dumtaxat causas principales, vel etiam appellationum. Responsum fuit, huiusmodi Constitutionem vtrasq; causas amplecti.

Landrianus.

Quod in impetrandis prorogationibus instantiarum seruetur ad vnguem forma constitutionum.

MDLXVI. DIE XI. APRILIS.

ANimaduertit iamdudum Senatus Excellentissimus, nonnullos abusus inoleuisse in impetrandis instantiarũ causarum prorogationibus, eá potissimùm ob causam quòd nouarum Constitutionum forma, iuxta quam supplicationes fieri debere statutum est, à plerisque negligitur: quod cùm tollerandum diutius non videantur.

Se-

Senatus statuit, & ordinat, nullas posthac instantiarum causarum prorogationes fieri debere, nisi in supplicationibus porrigendis pro eis impetrandis seruata fuerit ad vnguem forma dictarum Constitutionum, tam circa exprimendum numerum prorogationum iam obtentarum, quàm circa causas per Iudicem exprimendas, & reliqua omnia in eis contenta. *Annib. Cruceius.*

Aliud decretum in materia prorogationum.

MDLXVI. DIE II. MAII.

POst editum, die secundo mensis proximi superioris, Senatus consultum, de porrigendis supplicationibus, ad impetrandas à Senatu prorogationes instantiæ causarum; quo in Senatus consulto de exprimendo prorogationum iam obtentarum numero mentio facta fuit; animaduertit Senatus difficile admodum fore, numerum adinuenire prorogationum omnium, in causis multos ante annos cœptis factarum. Proinde vt hac molestia, nec non, & impensa, quæ in eis prorogationibus conquirendis non exigua facienda esset, subditos liberaret.

Censuit satis esse, si loco exprimendi eiusmodi prorogationum numeri, exprimatur tempus litis contestatæ. Annib. Cruceius.

Aliud decretum pertinens ad prorogationes.

MDLXVI. DIE XIV. IVNII.

QVia mentis Excell. Senatus est, vt causarum nimiæ procrastinationes, diuturnitates omnino tollantur; ac propterea introductum fuit, vt solitæ formulæ literarum prorogationum instantiarum causarum, vbi iam vltra triennium prorogatæ reperiantur, addatur dictio peremptoriè, vel aliquid aliud idem valens; ac fieri potest, vt eo non obstante, aliqui etiam instantiam eo modo prorogatam prorogari denuo postulent.

Senatus censuit, eos omnes; qui instantiam eiusmodi cum additione prorogatam, prorogari rursum petierint; teneri eius additiones in literis iam obtentis appositæ, & quoties apposita fuerit, mentionem facere: alioquin prorogatio, quę concedetur, nulla sit, & nullius momenti: prout iam nunc Senatus ipse nullum, ac nullius momenti esse, declarat. Annib. Cruceius.

Quod terminus præfinitus ad dicendum articulum an causa sit appellabilis, non nisi bis, prorogatur.

MDLXVI. DIE XI. AVGVSTI.

INter alia, quæ iustitiæ exequutionem valde impediunt, & in longum tempus producunt, terminus est dierum decem, Iudicibus appellationum præfinitus ad decidendum articulum, an causæ sint appellabiles; si multoties terminus ipse prorogaretur. Ita enim fieret, vt is articulus, qui diebus decem decidi omnino deberet, ne annis quinque decideretur, vel propter Iudicum negligentiam, vel pro-

pter appellãtium calumniam, vel propter vtrunque simul. Proinde cùm maximè ad Senatum pertineat efficere, vt & Iudicum negligentiæ, si qua est, occurratur; & quidquid calumniæ in appellãtibus est, amputetur, ac litibus, quàm citius fieri potest, finis imponatur, & sententiarum latarum exequutio, vt par est, non retardetur. Senatus, re hac tota maturè deliberata, decreuit, ac statuit antedictum terminum ad articulum, an causæ appellabiles sint, nec nè, decidendum præfinitum, non plus quàm semel, bi ué ad summum; nec nisi maxima ex causa; prorogare velle: Mandatq; vt si qui eum prorogari petierint, exprimere teneantur, an aliàs, & quoties, terminus ipse prorogatus fuerit: alioquin obtenta prorogatio nulla sit, & pro non concessa habeatur. Insuper Senatus ipse decernit, & vult, quod Iudices articuli, qui causam fortè appellabilem esse declarauerint; in causa principali Iudices esse non possint; nisi ipsis deinde de partium consensu, absque aliqua fraude, causa committetur. Quæ omnia vt omnibus innotescant; Mandat idem Senatus omnibus, & singulis officialibus, ac iusdicentibus Dominij Mediolani, tam mediatis, quàm immediatis; vt Decretum hoc in locis solitis iurisdictionis eorum diuulgent, & aliorum ordinum numero adiungant, atque in posterum seruari curent. Annib. Cruceius.

Decretum pertinens ad superſedentias.

MDLXVI. DIE XII. IVNII.

ET si nouis Constitutionibus cautum est, quando Iudices causarum ciuilium supersedere debeant; vbi altera partiũ porrecta supplicatione causam in Senatum introduxerit; & vel partes audiri, vel preces inthimari, vel aliter aduersarium ad Senatum, vel Senatorem euocari obtinuerit: videtur tamen Iudices ipsos in omnibus causis, in quibus aliqua dictarum prouisionum obtenta fuerit; etiã si non supersedentia adscripta non sit; ob reuerentiam quandam, siue ad partium instantiam, supersedere: atque hoc modo causarum expeditionem in longius, quã par sit, tempus protrahi; non sine magno partis alterius incommodo, & damno: Quo circa procrastinationes huiusmodi tollere volens Senatus, matura super ea re consideratione habita.

Censuit, mandandum esse, prout mandat, omnibus Iudicibus causarum ciuilium, & criminalium tam in ciuitate Mediolani, quàm extra, ne per quamcunq; dictarum prouisionum a Senatu, Senatoreuè obtentarum, prætextu aliquo etiam reuerentiæ Senatus, vllo modo supersedeant: nisi in ipsis prouisionibus iuxta formam ipsarum Constitutionum expressè adscripta fuerit supersedentia.

Annib. Cruceius.

Ordo super prorogationibus, & suspensionibus ad Cancellarium Senatus afferendis.

MDXLV. DIE PRIMO IVNII.

IN multis causis in ciuitate Mediolani, & extra deferuntur in manu vnius ex cãcellariis Senatus prorogationes, suspensiones. aliæ sunt citra partium consensum, & hæ deferri solent in ciuitate, aut eadem met die, vt immediatè sequuti, qua factæ sunt, extra verò ciuitatem intra quatriduum: aliæ sunt de partium consensu,

fenſu,& in eis deferendis inoleuit abuſus, deferendi aliquando decem, aliquando viginti dies, aliquando multo plus, plerunq; poſt factas ordinationes, & latas ſententias, ita vt ſæpenumero exinde diuerſa inconuenientia ſequantur, huic abuſui Senatus occurrere volens.

Ordinauit prorogationes, & ſuſpenſiones ipſas, tam citra partium conſenſum factas, quàm aliter, diferendas eſſe, ſi in ciuitate erunt, intra dies quatuor, extra verò infra dies octo, poſtquàm factæ erunt; & eis lapſis, non ſolùm non eſſe per cancellarium ipſum admittendas, ſed nullius fore roboris, & momenti, & vt ad omnium notitiam deueniat, ordinem hunc publicandum eſſe, & in actis ab ijs, ad quos ſpectat ridegendum. Signat. B. Patellanus.

Ordo ſeruandus in commiſſionibus cauſarum ciuilium.

PHILIPPVS Dei gratia Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c. Collegium DD. Iurecon. ciuitatis Mediolani porrexit nobis infraſcriptas preces: in quibus petunt approbari ordinationem per eos factam tenore huiuſmodi, videlicet.

Seren. Rex, Quia æquum, & laudabile penes graues viros Statutum illud habitum ſemper fuit, per quod fraudes remouentur, communiquè omnium & honori, & commodo conſulitur: Idcirco animaduertentes Mag. Abbates, & Iureconſulti ex Vener. iuriſperit. Mediolani Collegio, quòd in commiſſionibus cauſarum, quæ iudices fiunt, innumeræ, atque turpiſſimæ fraudes committuntur, tam per aliquos Iudices, quàm etiam actuarios, quibus cedulæ confidentium erroneè deferuntur; cùm dicant ſemper, neminem in cedulis porrectis concurrere, donec is tandem in cedulis ſcribatur, in quem ipſi præ cæteris malint commiſſionem fieri: Rem profectò, & turpem, & tam litigantibus, quàm cæteris doctoribus apprimè præiudicialem, Relatione facta per nonnullos ad id ſpecialiter electos, omnibuſq; maturè perpenſis, collegialiter ſanxerunt, commiſſiones cauſarum per ipſos tantùm Iudices fieri debere in eum, in quem cedulam vtrinque porrectam priori loco concurrere contingerit; cedulaſq; ipſas omnes, tam illas, in quibus cõfidentes non concordant, quàm in quibus conueniunt, per Iudicem ipſum ſubſcribi, & in actis poni debere, ita vt ſi ibi talia ad vnguem ſeruata non fuerint, commiſſio ipſa, & omnia ſubſequuta nullius ſint roboris, non ſecus ac ſi facta non fuiſſent. vt ex ea, quæ exhibetur. Verùm quia tale ſtatutum abſque M. V. approbatione procedere poſſe non videtur: ideo ex eiuſdem etiam collegij voto ad M. V. recurrunt Alexander Piola, Simon Boſſius, & Io. Taberna moderni protectores ipſius Collegij. Eamq, ſupplices rogant, vt dictam Collegij ordinationem de verbo ad verbum, prout iacet, approbare dignetur. Inſuperq; mandare omnibus, & ſingulis huius Dominij iuſdicen. quatenus ordinẽ ipſum ſic à. M. V. approbatum inconcuſsè cuſtodiant, & exequantur, vt ſperatur &c. Die Iouis xxvij. Septembris. 1565. conuocato Collegio, propoſitum fuit, quòd Magn. DD. Relatores electi ad prouidendum ne fierent praticæ cõmiſſionum, parati erant referre. & cùm retuliſſent, Collegium in eam venit ſententiam, quòd cedulæ confidentiũ dentur Mag. DD. Iudicibus tantùm, & per eos fiant commiſſiones: quòd cedulę ipſæ, tam in quibus cõfidentes non concordant, quàm in quibus concordant, remaneant in actis illius Iudicis, per quem commiſſio fiet. Et quòd prius refe-

ratur conclusio hæc Excell. Senatui, cuius approbatio expectetur. illo etiam addito ex communi voto collegij, quòd commissio causæ illi fiat, in quem cedulam vtranq; priori loco concurrere contingerit. cedulæq; ipsæ ab eodem Iudice subscribantur. Et vbi prædicta ad vnguẽ seruata non fuerint, commissio ipsa, cũ omnibus exinde sequutis, nullius sit roboris, non secus, ac si facta non fuisset. NOS autem consideratis omnibus, & maximè recitata ordinatione, quæ facta videtur ad honorem ipsius Collegij, & ad remouendas fraudes, quæ fieri continebant in committendis causis; decreuimus ipsam ordinationem, prout iacet, approbandã esse, prout approbamus. Mandan. quibus spectat: vt recitatam ordinationem seruent, & exequantur. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri iussimus Dat. Mediolani die xiiij. Augusti. 1566. Signat. Io. Maria Cattan. & sigill. sigillo Regio Ducali, &c.

Decretum de causis remittendis à Senatoribus ad Iudices inferiores.

MDLxvi. DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

DEmandauit quandoque Senatus Excell. Mag. DD. Senatorib⁹ causas aliquas ex ijs: quas inferiores Iudices cognoscere possunt; ita & maxima quidẽ cũ instantia, requirentibus partibus; idquè etiam rationabilibus ex causis. Sed cùm vsu posteà compertum sit, propter varias, ac multiplices Senatorum occupationes, in illis causis, quæ ab inferioribus Iudicibus cognosci nequeunt; alias diutius, quàm par sit, protrahi; longeq; maius ex ea re subditis incommodum, & iustitiæ detrimentum sequi quàm sit vtilitas, quæ ex Senatus aut Senatorum cognitione resultare possit.

Senatus subditis, quo ad eius fieri potest, consulere cupiens, censuit causas omnes coram Senatu, & Senatoribus introductas ad Iudices ordinarios, qui de eis alias respectiuè cognoscere possunt, esse remittendas; ijs tantum exceptis, quarũ processus perfecti omnino iam sunt, & Senatores clari adeò, vt nihil aliud agendum supersit, nisi vt ad sententiam deueniatur: & ijs, in quibus de Regij Fisci interesse tractatur: & ijs; quæ Senatui vniuerso, vel Senatoribus à S. M. vel eius Locumtenente, vel aliter, præterquam ab ipso Senatu, delegatæ sunt: nec non ijs, in quibus Senatores, Senatorumuè filij aut conueniunt, aut conueniuntur. eæ quoque omnes, quæ ex nouis constitutionibus specialiter, & expresè ad Senatus cognitionem spectant, sine dubio retinendę sunt. Annibal Cruceius.

De eodem.

MDLxvi. DIE XVII. OCTOBRIS.

POst editum ab Excell. Senatu decretum de causis à Senatoribus remittendis; visum est ei ordini non omnino plenè vniuerso ei negotio prouisum; nisi etiam ijs; quorum causæ sunt; tempus præfiniretur; intra quod illas remitti, si remittendæ, aut committi, si committendæ essent, curarent. Quam ob rem re maturè, atquè diligenter considerata.

Senatus edicit, vt omnes, qui causas coram Senatoribus habent remittendas; siue actores, siue rei sint; eas intra spatium duorum mensium, à die publicationis

præ-

præsentis edicti incohandorum, remitti, vel committi omnino curent. Post quod tempus; nisi remissæ, vel commissæ reperiantur, earum instantiam ex nunc, prout ex tunc, lapsam intelligi vult. Annibal Cruceius.

De eodem.

MDLXVI. DIE XXII. OCTOBRIS.

NE quandoque dubitari contingant, an causæ locorum piorum, quibus Senatores in Conseruatores, & Iudices dati sunt: sint retinendæ, vel remittendæ, iuxta formam decreti de causis remittendis, superioribus diebus editi.

Senatus declarat eas etiam remittendas esse; nisi sint eorum locorum Piorum: quibus ex forma priuilegiorum eis concessorum Senatores in conseruatores dare oporteat. Annibal Cruceius.

Quod nulla habeatur ratio rescriptorum posteriorum, nisi facta fuerit mentio anteriorum.

MDLXIX. DIE XII. SEPTEMBRIS.

CVm vsu compertum sit, diuersas aliquando à Senatu Excell. in eadem causa literas à litigantibus vel importunitate, vel malitia subreptas fuisse; dum quę prioribus literis, & supplicationibus in eis insertis continentur, aut omnino reticent, aut minus integrè, minusuè fideliter narrant: atque ob id fiat, vt multæ, ac magnæ, in causis difficultates frequentissimè oriantur; quę præterquam quòd laboribus, & impensis litigantes ipsos fatigant, & grauant; nouas subinde molestias Senatui afferunt; dum vel iudices, vel aduocati ex eis extricare se nequeunt, earum difficultatum causas præcidi pernecessarium visum est.

Ac propterea Senatus, re tota diligenter, & accuratè pertractata, & examinata; præsenti sanctione; quam decreti, & legis vim perpetuò habere vult; statuit, vt nulli Magistratus, iudices, Commissarij, siue ordinarij, siue delegati fuerint, posteriorum literarum à se emanatarum rationem aliquam habeant, nisi certam prius præsentatarum, & supplicationum in eis insertarum sententiam integrè, & fideliter explicatam contineant.

Quod in causis onerum vertentibus coram Senatu à die appellationis interposita exequutio sententiarum vltra trimestre non retardetur.

MDXLVIII. DIE X. IANVARII.

COntingit plerunque per D. Quæstores ordinationes fieri, & sententias proferri in causis onerum, coram eis vertentibus: à quibus vt earum exequutiones aufugiantur, aut differantur, appellatur ad Senatum; verùm appellantium negligentia, aut malitia expeditiones in longius quàm par est protrahuntur: quo, fit, vt sæpenumero indecisæ pendeant: & sic eorum exequutiones in suspensò remanent, in non paruum damnum, & præiudicium tam publicum, quam priuatum. Huic inconuenienti occurrere volens Senatus.

Statuit

Statuit, si intra trimestre, à die appellationis interpositæ numerandum, non procurauerint appellantes cum effectu, quòd huiusmodi causæ expediantur, non esse dictarum ordinationum, & sententiarum exequutionem retardandam.

B. Patellanus.

De fideiußionibus accipiendis in causis appellationum.

MDLVII. DIE XXVI. OCTOBRIS.

IN porrigendis appellatorijs libellis, audiuit Senatus, inoleuisse abusum apud Notarios actuarios conscribendi fideiussorem, etiã absentem, seruitoresq; etiã publicos, atque viles, & non idoneas personas apponen. in præiudicium eorum, qui pro se sententias obtinuerunt, immo compertum est, aliquos ex eijs fideiussoribus, ante scriptam fideiussionem, iam vita functos. Id, cùm nouis constitutionibus in hac materia disponentibus etiam repugnet, vult ordo ipse abusum huiusmodi in desuetudinem abire, ac tollere.

Propterea mandat omnibus, & singulis notarijs, ad quos attinet; ne in posterũ similes fideiussores conscribant, neque, nisi præsentes, & consentientes, ac ad formam Constitutionum eos recipiant. Contrafacientibus erit pœna priuationis officij notariæ, vltra aliam pœnam, à Senatu arbitrandam, & damnum parti læsę resarciendum.

Decretum de instantia causarum cridarum.

MDXLVI. DIE XXIX. IANVARII.

DVm frequentes ad Senatum supplicationes defferentur petentium decerni, quòd & si aliqui ex pluribus contradicentibus in causis cridarum instantiam labi permitterent, possit tamen inter alios valida ferri sententia: visus est Senatui casus multa consideratione dignus. Ideo voluit prius quàm super inde quicquam decerneret, intelligere quid Mediolanense iureconsultorum Collegium, e republica fore sentiret. eis autem auditis, & maturè omnibus consideratis.

Statuit imprimis, quod vbi ponens instantiam causæ cridarum labi permittat, condemnetur in expensis per contradicentes factis.

Verùm, vt ponentes facilius instantiam sustinere possint, & tollantur litium occasiones; Decernit Senatus, quòd vbi in productione literarum primæ prorogationis, penes omnes contradicentes citauerit, si nullus contradixerit, intelligatur instantia quò ad omnes durare, etiam quòd in productione aliarum literarum prorogationum nullus exinde citetur, modò tamen singulo mense præsentententur. Si verò aliquis contradixerit, quò ad eum, non intelligatur instantia durare, nisi in singula prorogatione citetur. valeat tamen sententia inter alios ferenda, saluis iuribus dicti contradicentis coram ordinario.

Item decernit Senatus, si quis eo contradicentibus instantiam sustinere voluerit, possit, modò citet ponentem, & alios, & vt supra dictum est.

In causis autem pendentibus, Decernit Senatus iudicium, & sententiam valere inter eos, qui in causa sunt: saluis iuribus eorum, qui instantiam, quò ad eos, labi permiserunt, coram ordinario deducendis.

Sign. B. Patellanus.

IN

In causis conductionis aquarum non obstare fisco possessionem immemorabilem.

MDL. DIE XXX. OCTOBRIS.

DVm coram Iudicibus aquarum Status Mediolani orta esset quędam dubitatio, circa præscriptionem immemorabilem, num illa obstaret Fisco, vbi probata fuisset possessio immemorabilis priuatorum ducendi aquas diuersas, & maximè fluminis Mutię ad proprium commodum: Fiscusquè huiusce dubitationis declarationem in Senatu petijsset, porrecta supplicatione, in qua faciebat mentionē decreti editi sub nomine Ducis Philippi anno 1446. & constitutionū loquentium de huiusmodi præscriptione: & in qua pariter allegabatur declaratio facta ab eodem Senatu super constitutionibus prædictis, & super huiusmodi materia anno 1542. die 26. Octobris; Senatus ipse audita petitione Fiscali, & visa supplicatione per eum porrecta, & viso pariter tenore supradicti decreti editi à Duce Philippo, & memoratarum constitutionum, & declarationis prædictę: omnibusq; diligenter, & maturè consideratis.

Censuit, & declarauit, prædictis attentis, præscriptionem immemorabilem, in casu, de quo agitur, Fisco non obstare.

Declarationes quædam super concessionibus aquarum.

MDLV. DIE XXV. SEPTEMBRIS.

PRopositum est in Senatu Mediolanen. nomine pręfectorum aquarum, in exequendis priuatorum, & Fisci iuribus, quędam incidisse dubia, quæ quòd à decretorum, constitutionum, & iuris municipalis interpretatione penderent, petebant ab ipso ordine declarari, & elucidari.

Primo nanq; constitutum esse, concessiones gratuitas, etiam quæ ius transmittendi ad fœminas; aut extraneos, vel de eis aliter disponendi contineant, transire non posse, nisi ad primi acquirentis descendentes per lineam masculinam, masculos legitimos; quod locum haberet, vbi eæ dispositiones virtute concessionis, aut licentiæ à Principe impetratæ; per possessionis adeptionem, effectum iam sortitæ non fuissent ante earum constitutionum promulgationem, quæ facta fuit die septima Martij anni 1490. Quęrebatur ergo, num hæ concessiones, quæ huiusmodi effectum ante dictam diem septimam essent sortitæ, in fœminas, vel extraneos de cetero essent transmissibiles, ita etiam, vt quæ in fœminas effectum semel ante eum diem habuissent, transire possent in extraneos, quæ iam transiuissent in extraneos, in fœminas trasmitterentur.

Senatus respondit, concessiones, quę hunc effectum ante dictam diem septimā Martij sortitæ essent, sub regula non comprehendi; propterea trasmissibiles esse; iuxta tamen earum concessionum tenorem.

Deinde quoniam compertum est, tempore, quo Rex Gallorū Dominium Mediolanense occupabat, multos alienasse iura aquarum, quæ ob prohibitionem prædictam non poterant in alios transferri; sed adhibitum fuisse Regis, vel eius Senatus assensum: Itaque dubium ortum, vtrùm hæ alienationes ratę essent habendæ.

Senatus antequàm deliberauit, Rem proponi voluit in excelso consilio secreto: cuius sententia intellecta; Respondit, ijs, qui ea iura cum licentia Regis,

aut

Statuit, si intra trimestre, à die appellationis interpositæ numerandum, non procurauerint appellantes cum effectu, quòd huiusmodi causæ expediantur, non esse dictarum ordinationum, & sententiarum exequutionem retardandam.

B. Patellanus.

De fideiußionibus accipiendis in causis appellationum.

MDLVII. DIE XXVI. OCTOBRIS.

IN porrigendis appellatorijs libellis, audiuit Senatus, inoleuisse abusum apud Notarios actuarios conscribendi fideiussorem, etiã absentem, seruitoresq; etiã publicos, atque viles, & non idoneas personas apponen. in præiudicium eorum, qui pro se sententias obtinuerunt, immo compertum est, aliquos ex eijs fideiussoribus, ante scriptam fideiussionem, iam vita functos. Id, cùm nouis constitutionibus in hac materia disponentibus etiam repugnet, vult ordo ipse abusum huiusmodi in desuetudinem abire, ac tollere.

Propterea mandat omnibus, & singulis notarijs, ad quos attinet; ne in posterũ similes fideiussores conscribant, neque, nisi præsentes, & consentientes, ac ad formam Constitutionum eos recipiant. Contrafacientibus erit pœna priuationis officij notariæ, vltra aliam pœnam, à Senatu arbitrandam, & damnum parti læsę resarciendum.

Decretum de instantia causarum cridarum.

MDXLVI. DIE XXIX. IANVARII.

DVm frequentes ad Senatum supplicationes defferentur petentium decerni, quòd & si aliqui ex pluribus contradicentibus in causis cridarum instantiam labi permitterent, possit tamen inter alios valida ferri sententia: visus est Senatui casus multa consideratione dignus. Ideo voluit prius quàm superinde quicquam decerneret, intelligere quid Mediolanense iureconsultorum Collegium, e republica fore sentiret. eis autem auditis, & maturè omnibus consideratis.

Statuit imprimis, quod vbi ponens instantiam causæ cridarum labi permittat, condemnetur in expensis per contradicentes factis.

Verùm, vt ponentes facilius instantiam sustinere possint, & tollantur litium occasiones; Decernit Senatus, quòd vbi in productione literarum primæ prorogationis, penes omnes contradicentes citauerit, si nullus contradixerit, intelligatur instantia quò ad omnes durare, etiam quòd in productione aliarum literarum prorogationum nullus exinde citetur, modò tamen singulo mense præsententur. Si verò aliquis contradixerit, quò ad eum, non intelligatur instantia durare, nisi in singula prorogatione citetur. valeat tamen sententia inter alios ferenda, saluis iuribus dicti contradicentis coram ordinario.

Item decernit Senatus, si quis eo contradicentibus instantiam sustinere voluerit, possit, modò citet ponentem, & alios, & vt supra dictum est.

In causis autem pendentibus, Decernit Senatus iudicium, & sententiam valere inter eos, qui in causa sunt: saluis iuribus eorum, qui instantiam, quò ad eos, labi permiserunt, coram ordinario deducendis.

Sign. B. Patellanus.

IN

In causis conductionis aquarum non obstare fisco possessionem immemorabilem.

MDL. DIE XXX. OCTOBRIS.

DVm coram Iudicibus aquarum Status Mediolani orta esset quędam dubitatio, circa præscriptionem immemorabilem, num illa obstaret Fisco, vbi probata fuisset possessio immemorabilis priuatorum ducendi aquas diuersas, & maximè fluminis Mutię ad proprium commodum: Fiscusquè huiusce dubitationis declarationem in Senatu petijsset, porrecta supplicatione, in qua faciebat mentionē decreti editi sub nomine Ducis Philippi anno 1446. & constitutionū loquentium de huiusmodi præscriptione: & in qua pariter allegabatur declaratio facta ab eodem Senatu super constitutionibus prædictis, & super huiusmodi materia anno 1542. die 26. Octobris; Senatus ipse audita petitione Fiscali, & visa supplicatione per eum porrecta, & viso pariter tenore supradicti decreti editi à Duce Philippo, & memoratarum constitutionum, & declarationis prædictę: omnibusq; diligenter, & maturè consideratis.

Censuit, & declarauit, prædictis attentis, præscriptionem immemorabilem in casu, de quo agitur, Fisco non obstare.

Declarationes quædam super concessionibus aquarum.

MDLV. DIE XXV. SEPTEMBRIS.

PRopositum est in Senatu Mediolanen. nomine prefectorum aquarum, in executiendis priuatorum, & Fisci iuribus, quędam incidisse dubia, quæ quòd à decretorum, constitutionum, & iuris municipalis interpretatione penderent, petebant ab ipso ordine declarari, & elucidari.

Primo nanq; constitutum esse, concessiones gratuitas, etiam quæ ius transmittendi ad fœminas; aut extraneos, vel de eis aliter disponendi contineant, transire non posse, nisi ad primi acquirentis descendentes per lineam masculinam, masculos legitimos; quod locum haberet, vbi eæ dispositiones virtute concessionis, aut licentiæ à Principe impetratæ; per possessionis adeptionem, effectum iam sortitæ non fuissent ante earum constitutionum promulgationem, quæ facta fuit die septima Martij anni 1490. Quęrebatur ergo, num hæ concessiones, quæ huiusmodi effectum ante dictam diem septimam essent sortitæ, in fœminas, vel extraneos de cetero essent transmissibiles, ita etiam, vt quæ in fœminas effectum semel ante eum diem habuissent, transire possent in extraneos, quæ iam transiuissent in extraneos, in fœminas trasmitterentur.

Senatus respondit, concessiones, quę hunc effectum ante dictam diem septimā Martij sortitæ essent, sub regula non comprehendi; propterea trasmissibiles esse; iuxta tamen earum concessionum tenorem.

Deinde quoniam compertum est, tempore, quo Rex Gallorū Dominium Mediolanense occupabat, multos alienasse iura aquarum, quæ ob prohibitionem prædictam non poterant in alios transferri; sed adhibitum fuisse Regis, vel eius Senatus assensum: Itaque dubium ortum, vtrùm hæ alienationes ratę essent habendæ.

Senatus antequàm deliberauit, Rem proponi voluit in excelso consilio secreto: cuius sententia intellecta; Respondit, ijs, qui ea iura cum licentia Regis,

aut

aut eius Senatus acquisiuerant, non esse negotium faciendum.

Postremò, antiquioribus statutis cautum esse, vt cuilibet, habenti buccam aliquam super flumine Olonæ, liceat aquas deriuare diebus quibusdam expressis; idemq; ad verbum nouissimis statutis caueri: Ideo dubitari, de quibus buccis intelligendum sit, an ijs omnibus, quæ essent tempore statutorum nouissimorum, an verò ijs tantùm, quæ fuisse demõstrarentur tempore antiquiorum statutorum.

Respondit Senatus, eis omnibus, qui buccas haberent tempore statutorum nouissimorũ, modò iuxta ordines confectæ sint literæ aquas deriuare diebus, & horis ad ordinibus constitutis, & limitatis.

Constitutionem qua datur facultas aquæ ducendæ, intelligendam etiam de scolatitijs.

PRAETORI PAPIÆ.

Facta in Senatu nostro mentione eorum, quæ in supplicibus, & responsorijs libellis fratrũ de Medijs Barbis, & D. Franc. Vegij Iureconsulti, eiusq; procuratorum in eis nominatorum, à Vicario vestro ad nos missis adducta fuerunt; & habita narratorum omnium diligenti consideratione: censuit is ordo. Memoratam constitutionem super materia aquarum editam, etiam de scolatitijs conducendis intelligendam esse; ac ita in præsenti negotio obseruandum. Saluis tamen, in reliquis iuribus ambarum partium. Quare mandamus vobis, vt ita seruetis, & seruari faciatis. Mediolani 3. Martij. 1554.

Decretum super fictis libellarijs bladorum, & vini.

MDLV. DIE IX. IANVARII.

Decretum conditum anno 1539. 15. Decembris in causa emphiteotarum furmenti Papien. vsu cõpertum est optimũ fuisse; erat enim tenoris subsequẽtis. 15. Decembris, 1539. In causa communitatis Papiæ, & fictabilium furmenti contra dominos directorum, Senatus censet, ad ficta libellaria, quæ nullam emphiteotarum præambulam venditionem habent, non esse manum apponendam. Quo verò ad ea, quæ præambulam habent venditionem, statuit, & ordinauit, quòd sit in facultate emphiteotæ soluere, vel in fructibus, iuxta tenorem instrumenti emphiteotici, vel in pecunia: sed hoc modo, videlicet, quòd respectu eorum fictorum libellariorum, quæ constituta fuerunt ante Calendas Ianuarij anni. 1500. soluere possit ad rationem libr. decem pro singulo centenario librarum capitalis; respectu verò eorum, quę exinde constituta fuerunt, ad rationem librarum septem pro singulo centenario libr. capitalis: ea lege, & conditione in vtroque casu adiecta, quòd vbi in futurum emphiteota non soluerit dictas pecunias, debitè referendo, pro canone emphiteotico intra mensem vnum post terminum soluendi appositum in instrumento emphiteotico, non possit pro eo anno vti beneficio præsentis ordinationis. verum pro anno proximè præterito, vbi terminus soluendi iam lapsus sit, statuit emphiteotæ terminum dierum viginti, à die publicationis præsentis ordinationis, intra quem soluere possint, iuxta superius ordinata debitè referendo. quò verò ad ficta reliqui temporis præteriti non soluta, concedit pariter Senatus emphiteotis facultatem soluendi, iuxta præmissam

missam ordinationem, ita tamen quòd pro dimidia soluant in festo Paschatis Resurrectionis. & pro residuo in Calend. Augusti, non vult tamen Senatus impedite creditores per hoc ordinationis caput, quominus possint agere ad essequutionẽ crediti sui ad summam prætaxatam, etiam ante festum Paschatis, & Cal Augusti, visup. Propterea cùm iam diu multi ex alijs huius dominij regionibus efflagitassent, vt eadem decreti indulgentia. & ipsi frui possent, visum fuit Senatui hanc salutarem legem ad reliquos etiam huius Mediolanensis dominij populos extendere.

Idcirco statuit, & decreuit, prenarratam sanctionem in vniuerso Mediolanensi dominio seruanda esse. Declaran. tempus solutionum faciendarum iuxta ipsius decreti tenorem, quò ad alios huius dominij populos, à die publicatione ipsius decreti faciendæ initium capere debere. Verùm quia reperiuntur multa ficta libellaria, in plerisq; regionibus, & fortè etiam Papien. constituta in alio genere bladorum, quàm frumenti, nonnulla etiam in solutione vini: ideo cùm eadem ratio in omnibus militet, placuit Senatui decernere, & ita decreuit, in quocunq; bladorũ genere, & etiam in vino locum habere debere. Signat. Iacobus Robius.

Decretum de pretio bladorum.

MDLXX. DIE QVARTO IVLII.

ET si maxima, & penè vniuersalis anno superiori omnis annonę penuria fuerat, & adeo immensa, vt miserrimi coloni quid minimum, aut ad summũ non plus duplo iacti seminis collegerint; quo factum est; vt quamplurimi, qui bona ad tritici fictum conduxerant, licet quicquid perceperint locatoribus erogauerint, nõ tamen integrè conuentam pensionẽ dederint: ideo aliqui bonorũ domini parum misericordes, affligitent ad maius tritici pretium sibi satisfieri; Huic incongruo Senatus occurrere volens, re optimè considerata, hoc decreto.

Statuit restantes pensiones anni superioris æstimandas, & persoluendas fore in singulis decẽ, & octo libras pro singulo frumenti modio sicalis verò quatuordecim, & milij vndecim. quam legẽ singulis in locis huius Mediolanensis Dominij seruari mandat, & proinde conuentiones, aut contractus, si qui secus facti sunt, irritat, & pro infectis haberi vult. Facius.

Declaratio quòd pro annona exportata non possit contra aliquem procedi, nisi in termino anni inquisitio vel citatio missa fuerit.

MDLXII. DIE IOVIS XXVII. IVLII.

FActo verbo in Senatu per D. Auditorem Præfectorum annonæ de Bartholomęo Spinula, qui de annona exportata indiciatus, lapso demum anno fuit de ea re inquisitus, cùm id factum esse diceretur contra formam constitutionum, res est in consultatione deducta: Tandem visa ipsa constitutione, & negotio diligenter discusso.

Senatus censuit, ipsum Spinulam non esse molestandum; neq; contra alios in eodem, vel simili casu existentes, procedendum esse; nisi in termino ipsius anni inquisitio, vel citatio transmissa fuerit. Petranigra.

Clausula ponenda in creationibus ciuium, quæ fiunt à Decurionibus ciuitatum.

MDLVII. DIE XXIX. MAII.

Prætoribus Ciuitatum Dominij Mediolanensis.

INtelleximus, Decuriones ciuitatum huius Status aliquando creare Ciues, etiã non subditos, sine appositione clausulæ, quòd teneantur habitare in hoc Dominio. Ideo volentes dicti Status indemnitati prouidere vobis scribendum duximus, mandantes vt Decuriones illius Ciuitatis moneatis, quòd in futurum aduertant, ne alicui non subdito ciuilitatem faciant, nisi addita lege, vbi contingat bona immobilia acquirere, quòd in Dominio Mediolani habitare teneantur. Et si habitare desierint, bona Fisco applicata esse censeantur. Alioquin concessio nulla sit, ac si facta non esset. Et de huiusmodi monitione dictum Senatum certiorem facietis. Panizonus.

Crida, che gli artefici di lana, & tintoria con grana, & cremesino, non escano dello Stato.

MDLIIII. A DI V. MAGGIO.

ESsendo venuto à notitia all'Eccell. Senato, che alcuni Mercanti, & di altra qualità, posponuto il ben publico di questa Città, & dello Stato, hanno ardire di sedurre, & condurre in altre parti operarij, & lauoranti dell'essercitio di lana, & tintoria, & specialmente vno esperto nell'arte del tinger li drappi con grana, & cremesino. Il che cede in danno grandissimo del publico beneficio, & anche della Cesarea Maestà, & è contra la dispositione delle noue constitutioni. Per tanto, volendo il prefato Senato Eccell. obuiare à questo inconueniente, hà ordinato, che si faccia la presente crida. Per virtù della quale si fà bando, & comandamento, etiam inherendo alla dispositione di dette noue Constitutioni, che alcuna persona, di qual si voglia stato, grado, & conditione, non ardisca partire di questa Città, & Stato, ne sedurre, procurare, ne condurre, ne far condurre fuori di esso Stato, alcuno Maestro, lauorante, ne garzone solito lauorare, ò essercirse nell'essercitio di lana, ò del tinger de detti panni; senza sua special licēza: sotto pena della confiscatione de suoi beni: nella qual pena ancora incorrerano quelli, quali saranno mediatori in far accordij con essi maestri, & operarij contra la forma delle presenti cride: & della galera, all'arbitrio del prefato Senato Eccell.

Quod operarij lapso certo tempore non possint mercedem petere.

MDXLVI. DIE XXVIII. MARTII.

VSu compertum est, quamplures operarios plerunq; solere longè maius præmium, quàm deceat, ex operibus suis exigere, & iã solutam mercedē denuo petere, eo quia non modo in menses, sed in annos exactionem differunt, & tunc mercedem petunt, vel ab ijs quibus longum temporis interuallum facultatem pro-

probandæ satisfactionis ademit, vel ab ijs, qui in locum, vel ius alterius successerunt. quæ res cùm ad Senatum delata esset; visum est huiuscemodi fraudibus opportuna prouisione occurrendum, facta itaquè matura deliberatione.

Sancitum est, quòd nullus operarius, vel laborator, qui intra tres mêses quò ad præsentes, & sex quò ad absentes, à tempore operæ præstitæ, vel laboris factis numerandos, non petierit, vllo modo audiatur. Idque locum habere etiam in negotijs præteritis: in quibus tamen non intelligatur cucurisse, nec currere tempora præmissa, nisi à die factæ publicationis præsentis. B. Patellanus.

Decretum de Columbarijs.

MDLXX. PRIMO MARTII.

FActum est Senatus consultum ad petionem ruralium Cameri, & Calpignani agri Nouariensis, quòd nemo in illis locis possit Columbaria ædificare, nisi habeat pertinaces 100. terræ aratiuę; facta autẽ ad hinc retro Columbaria sustineri, modò eorũ domini possideant perticas 50. terræ aratiuæ. Io. Maria Cattan.

Decretum Niuis.

MDLXXI. DIE VIII. IANVARII.

CVm ob inauditam quantitatem niuium; quæ hoc anno è cœlo deciderunt; plurium demuum tecta collapsa fuissent; periculumq; maximum immineret, ne alia etiam collaberentur: multæq; etiam domus rimas duxissent ita, vt tibicinibus eas sustinere necesse fuerit, niuesq; è tectis omnibus deijcere oportuerit: dubitatum est, an ij, qui aquas pluuias è vicinorum tectis in domos suas, iure seruitutis stillicidij delabentes, recipere tenentur, niues etiam ab illis deijciendas recipere tenerentur. Itaq; re ad Excell. Senatum relata, & maturè, ac diligenter cõsiderata, & eo maximè, quòd alia est aquæ pluuię, alia niuis ratio, quoniam aqua statim, quæ è tectis alicuius decidit, dilabitur, ac nullum ferè vicino molestiam exhibet, nix autem ad longum tempus plerunque durat, & maximo damno atque incommodo vicinum afficit.

Senatus censuit, posse eum, qui seruitutis stillicidij ius habet, Niuem in vicini domum deijcere: sed tamen ad eam intra biduum, postquàm deiecta fuerit, impensa sua exportandam teneri, & ad id per pœnas, & mulctas regio Fisco applicandas cogi debere: aut vicinum ipsum, in cuius domo niues deiectæ fuerint, eas exportari facere posse expensis eius, qui illas deiecerit: ad quarum solutionem per quamcunque realem, & personalem exequutionem astringi possit. Mandatq; quibuscunque Iudicibus, vt summariè, & absque figura iudicij prædicta omnia exequi faciant, vbi requisiti fuerint. Et Senatus consultum hoc in toto dominio Mediolanensi diuulgandum, & obseruandum esse. Annib. Cruc.

Decretum de Terræ spatijs, intra noua mœnia Mediolani inclusis, vendendis ijs, qui ædificare velint.

MDLIX. DIE XX. MARTII.

CVm in cingenda nouis mœnibus Ciuitate hac Mediolani multa terræ spatia

habitationibus vacua includi contigisset; plurimumq; ad vrbis decorem, & ciuium commoditatem conducere videretur, si eis in spatijs ædificia construentur: Senatus consulto iam inde à principio cœptæ munitionis facto cautum fuit, vt locorum eiusmodi Domini ea vendere tenerentur quibusuis, ædificandi causa emere volentibus, certo pretio in singulas perticas constituto, pro loci & situs varietate, vbi tamen ipsi ædificare nollent. Compertum deinde est, sanctione illa ei rei nō modo non fuisse consultum, sed illam propemodum inanem redditam fuisse. Multi enim vt venderent requisiti, vendere declararunt, causantes eis in locis ædificare se velle. Quod ab ijs tamen præstitutum postea nunquam fuit. Eaq. de re multi ædificare cupientes apud Excell. Senatum non semel sunt conquesti. Quocirca Senatus publicæ, priuatæq; vtilitatis interesse intelligens, vt eis in locis domus, & alia pro cuiusq; arbitrio, cōmodoue ædificia extruantur, impedimentū ab istis locorum, & hortorum Dominis verbo, non reędificaturis allatū, decreuit omnino esse amouendū. Itaq; re tota diligenter & maturè perpensa, & examinata.

Censuit, statuendum esse, & ita præsenti sanctione statuit terminum mensium trium proxime futurorum, à die publicationis eius vnicuique spatia terræ aliqua, siue culta sint, siue inculta, intra noua mœnia possidenti ad declarandum, & aperiendum in scriptis in manibus subsignati Secretarij, an ædificare velit, necnè. Quòd si eo in termino nihil responderit, aut nolle ædificare dixerit, cogi possit ad vendendum cuilibet emere volenti, iuxta tenorem primæ sanctionis hac in materia editę. Si verò ędificare velle dixerit, tunc omnino inchoare teneatur intra spatium aliorū trium mensium. Quod si postea nōn fecerit, non solū cogi possit ad vendendū, vt supra: verū etiā incurrat pœnā Senatus ipsius arbitrio ei imponendā.

Declaratio super immunitate duodecim Liberorum.

Defuncto patre, superstitibus vndecim liberis, & ventre prægnante, Senatus admisit eos ad ius duodecim liberorū. 1545. die 7. Martij, in casu D. Lucretiæ Biliæ, vxoris quondam D. Herculis Pusterlæ. Princiuallus Moneius.

Immunitas concedi, pro qualibet persona parentum, & filiorum, vnà cum familia necessaria, declarauit Senatus, die 29. Martij. 1547. Patellanus.

Filiæ etiam nuptæ, ac filij seorsum à patre viuentes non minuunt immunitatē patris, ita censuit Senatus per literas patentes in casu Io. Petri de Mutina dicti Othoriæ, die 7 Maij. 1552.

Nec filiæ, post mortem patris nuptæ rescindunt immunitatem, modo bona cōmunia, & indiuisa sint. Et sic declarauit Senatus inter cōmunitatem Nouariæ, & Dominos Fratres Galarotos die 11. Decembris. 1553. Patellanus.

Immunitas duodecim liberorum conceditur ab omnibus oneribus extraordinarijs, ex sententia Excellentissimi Senatus die 27. Ianuarij. 1554. Rocha.

Nati ex eodē patre, ex duabus vel pluribus vxoribus, vbi sint inter se duodecim, præstant immunitatē patri. Ita declarauit Senatus die 22. Maij. 1559. Cruc.

Declaratio pertinens ad immunitatem xij. Liberorum.

MDLXII. DIE X. NOVEMBRIS.

Cvm orta esset dubitatio, an filij eorum, quibus immunitas ratione duodecim libero-

liberorum concessa fuerat, defunctis parentibus, & ipsis ad minorem numerum quàm duodecim reductis, ipsis tamen in cõmunione existentibus, & habitantibus, adhuc in fruenda immunitate ipsa perseuerare deberent; eo quia nonnulli ex eis liberis, quorum aliqui decesserant, à possessione ipsius immunitatis ammoti dicerentur: ac de ea re, factum in Excell. Senatu verbum fuisset ab Egr. D. Vicario Prouisionum Mediolani.

Senatus re maturè, ac diligenter perpensa, & examinata, & edoctus quid aliàs super hoc terminatum fuerit; Censuit huiusmodi filios, etiam si aliqui ex ijs obierint, perseuerare debere in fruenda ea immunitate, dummodo in cõmunione viuant, & habitent. Annib. Cruceius

De eligendis deputatis regimini Trecati.

PRAETORI TRECATI.

SAepe, & attentè Senatus noster audiuit querimonias istorũ oppidanorũ tam diuitum, quã pauperum, & etiam mediocrium, inter se diffidentium, super facienda electione eorum; qui regimini, & gubernationi istius loci præesse habeant. Quam ob rem, volens has controuersias, & diffidia omnino tollere, omnibus matura consultatione discussis; censuit diuites ipsius oppidi, per vos vocandos, eligere debere viros octo, & mediocres alios octo, similiter & pauperes totidem: qui præsint dicto regimini, & sint loco eorum vigintiquatuor hominum, quos pro gubernatione præsentis anni Trecatenses elegerunt. eundemq; modum quotannis seruari iubet in facienda eorum electione, qui futuro regimini vacare habeant. Non tamen eligi possint conductores bonorum istius communitatis nec eiusdem officiales. Et aduertant Trecatenses vt eligendi per eos sint omnino idonei: aliàs Senatus seuera animaduersione eos corripiet, & prouidebit. Tu itaque hoc Senatus consultum publicari, & inter acta publica describi facies, vt ad omniũ notitiam deueniat; & ab omnibus firmiter obseruari curabis. Mediolani 6. Februarij. 1554.

De eodem.

PRAETORI TRECATI

CVm super Senatus Cõsulto de consiliarijs, istius oppidi eligendis, nuper promulgato, ortæ sint nõnullæ difficultates: eas hac declaratione tollere voluimus. Ordinamus itaque, vt illi intelligantur in hoc casu diuites, qui in libro æstimi reperti fuerint descripti à solidis viginti exclusiuè supra: qui verò à solidis decem exclusiuè vsq; ad viginti, ij nominentur mediocres, & descripti pro solidis decem, & infra dicantur pauperes. Decernimus quoq; plures ex vno, quàm ex alio quarterio eiusdem loci eligi posse. Repellantur autem ab eo regimine ij, qui tempore electionis reperti fuerint conductores bonorum istius communitatis à libris quinquaginta annuis supra tantum. Hoc idem de conductoribus habeat locum etiam in debitoribus liquidis communitatis, tempore electionis faciendæ. Caneparius quoq;, & cancellarius similiter repellantur. Illi autem qui retroactis temporibus Canepari fuerunt, nec adhuc rationem reddiderunt, volumus, & mandamus, vt requisiti intra tres menses rationem omnino reddant. quod si per eos steterit, Senatus de eorum negligentia monitus prouidebit, quemadmodum

dum è re istius oppidi esse existimauerit. eos tamen intereà ad gubernandum elig posse, & electos admitti debere censemus. Mediolani 21. Februarij. 1554.

De æstimo fiendo, circa Prætensionem immunitatis taxarum equorum, & pro ciuibus ex priuilegio, pro Nobilibus Cremonensibus.

IN exequutione edictum publicatorum mandato egregij D. Alexandri Crassi Cõmissarij nouę reformationis extimi ruralis agri Cremonensis, cum plerique nobiles Cremonenses comparuissent pretendentes esse in quasi possessione immunitatis à taxis equorum, pro eorum massarijs, & inquilinis: & ita semper præseruatos fuisse in alijs compartitis ruralibus, factis post impositionem dicti oneris, & presertim in ante vltimo compartito anni 1539. in quo declaratum fuisse asserebant sese preseruandos fuisse in sua quasi possessione, in qua erant etiam ex sententia tunc lata per Mag. Magistratum cum interuentu duorum Magnificorum Senatorum, dicentes propterea non posse, nec debere in hac noua reformatione huiusmodi onere grauari, pretextu declarationis constitutionis in titulo de oneribus, facta per Excellentissimum Senatum de anno 1542. qua cauetur neminem præseruari debere immunem ab onere taxarum, etiam quòd esset in possessione non soluendi, nisi priuilegium suum habeat qualitates in ea declaratione expressas, quam quidem sibi minimè officere posse asserebant, quia, licet eorum priuilegia in causa exhibita non continerent præcisa verba ipsius declarationis, haberent saltem æquipollentia, & de hoc apud Senatum conquesti fuissent: intimatum fuit D. Questoribus, coram quibus agebatur, ne ad decisionem præmissorum, quò ad illos pro quibus iam sententiæ latæ essent, deuenirent, sed omnia ad Senatum ipsum, cum eorum voto, referrent. Insuper cū alia orta esset difficultas inter ciues Cremonenses, & Comitatenses, super ordine dato per Illustriss. huius Dominij Gubernatorem præfato D. Crasso, vt in confectione, & conclusione census Cremonensis eosdem seruaret ordines, quos in compartito rurali agri Nouariensis, ab eodem D. Crasso confecto, ille seruauerat, inter cetera disponentes, bona ciuilia eorum qui ciues ex priuilegio essent, & à decennio citra saltem in vrbe non habitassent, etiam quòd nullam artem exercuissent, ruri censenda esse. Aduersus enim hunc ordinem quem comitatenses omnino seruari postulabant, opponebat Ciuitas multa, ad docendum eandem non militare rationem in agro Cremonensi, quæ in Nouariensi militabat, hicquè nullo modo agi de aliquo Regiæ cameræ præiuditio, si permittatur vt ciues tam ex priuilegio quam originarij dictæ ciuitatis non molestarentur ex prædicta causa: fuissentquè partium aduocati auditi in excelso Consilio secretiori, etiam ab eo ordinatum quòd Mag. Magistratus vna cum præfato D. Crasso, intellectis diligenter ipsarum partium iuribus visisquè ordinibus in huiusmodi materia per Senatum editis, & collectis votis, omnia ad Senatum refferret, isquè Magistratus suis literis relationem in vnoquoque capite fecisset, Senatus vnum sui ordinis delegit, ad quem prædicta omnia priuilegia immunitatum, vna cum declarationibus, ordinationibus, & relationibus, de quibus supra, defferentur: isquè omnibus visis, & diligenter consideratis, ad ipsum Senatum omnia denuo refferat. Is itaquè ad ipsum Mag. Senatorem delatis, eoquè in Senatu audito, & eius voto

intellecto, omnibus maturè perpensis: Censuit idem Senatus, respectu eorum qui immunitatem prætendunt ab onere taxarum equorum pro eorum massarijs, & inquilinis, prætextu quòd licet eorum priuilegia non habeant in se verbamet, de quibus in præmissa declaratione, habeant saltem ęquipolentia, eos non esse de cętero à tali onere præseruandos, sed massarios, & inquilinos eorum taxandos fore, adductis per eos in contrarium non obstantibus: exceptis tamen fodris, prętendentibus immunitatem ex contractu, quorum causam in suspenso stare mandat, donec aliud fuerit ordinatum. Respectu verò secundi capitis, decreuit ciues prædictos ex priuilegio, qui ciuitatum non habitauerunt, etiam si artem qualiscunque ea fuerit, exercuerint, non esse pro bonis ciuilibus molestandos, hac tamen lege, quòd saltem in proximo festo S. Martini cum eorum familijs ad ciuitatem se cōferant, in eaque habitent continuatis temporibus ab ordinibus limitatis, teneanturquè præstare idoneam fideiussionem, si termino prædicto non præstiterint, cum ruralibus pro bonis prædictis censeantur: qui verò fideiusserint, exinde tamen nō habitauerint, vel habitare desierint, vltra onera, quæ cum ciuitate, cum qua censiti reperientur, soluere tenebuntur, incurrant pęnam scuti vnius auri pro singula pertica terræ, applicandam Regio fisco, & vlterius teneantur ad omnia onera ruralia, ac si cum ruralibus forent censiti, alia census reformatione non expectata cū illa communitate in cuius territorio sita erunt bona prædicta, quod procedere declarat, etiam quò ad alios ciues Cremonenses ex priuilegio, qui habitant, vel hactenus habitarunt terras separatas, salua tamen sint eorum iura qui habent conuētiones cum ciuitate, à Principe approbatas.

Quo verò ad alios incolas terrarum separatarū, qui nullo modo nec origine, nec priuilegio ciues sint Cremonenses, hos pro bonis omnibus, quę possident in comitatu Cremonensi, censeri omnino vult cum ruralibus. Quo autem ad forenses, & extra Dominium habitantes, si in loco in quo habitant inter rurales censiti, hi pariter, ratione bonorum quæ possident in comitatu Cremonensi, censebuntur cū ruralibus, sin minus non molestentur, sed inter ciues dimittantur.

Arrigus Mazat.

Declaratio pro æstimo fiendo, in oppido Modoetiæ, an minores taxari debeant pro buccis, & quid seruandum in domibus ad fictum locatis.

MDLXII. DIE XXI. BEBRVARII.

CVm in Senatu Excellentiss. proposita fuissent infrascripta quæsita facta per Nobilem D. Cęsarem Besutium Commissarium reformationis extimi oppidi Modoetiæ, videlicet.

Excellentiss. Senatus post factam primam commissionem, quòd censerentur bona stabilia Modoetiæ, exinde ad preces pauperum ipsius loci, mandauit quòd fiat descriptio buccarum vtriusq; sexus, & quòd eius debita portio æstimi assignetur nulla facta distinctione, an masculi minores, vel fęminæ, debeant pari modo taxari, prout masculi in ętate perfecta constituti; nec in ipsis literis specificata fuit qualitas æstimi dandi buccis.

Et quia in cœteris locis, In quibus æstima ruralium conficiuntur masculi maiores annorum quatuordecim tantum in æstimo personali grauantur, & non fęmi-

næ, ac masculi minores in æstimo personali describuntur, sed tantum modo contribuere videntur oneri Salis ordinarij cùm illud buccis vtriusq; sexus à septennio supra datū videatur. & cùm etiam æstima ruralia solent departiri pro duabus partibus super bonis. & pro tertia parte super capitibus masculinis. excedentibus annum quartumdecimum, vt supra.

Propterea ad clariorem intelligentiā, per Commissarium superius deputatum, præfata omnia recitata fuere Ill. Præsidi, qui mandauit fieri verbum in Reuerendiss. Senatu, ad hoc vt specificetur.

Primò, an fœminæ & masculi minores censeri debeant, & contribuere teneantur pari modo, prout masculi maiores, an tantū modò censeri debeant pro onere salis ordinarij, vulgo census nuncupati, & in quanta parte.

Secundò, an postquam onus salis ordinarij, & siue census, in toto aut parte, prout Senatui Excell. videbitur distributum fuerit buccis vtriusque sexus an æstimi tertia pars assignari debeat masculis maioribus vt supra tantùm, & duæ partes super bonis stabilibus, prout in ceteris æstimis ruralibus fit, vel nè.

Præterea alia in dicto æstimo oritur difficultas, in censendo ædificia, nam nonnulli sunt, qui proprias domos alijs locauerunt, ipsi alienas conducunt, alij eandē domum habitant & partim locant, alij duas vel tres domos, pro eorum vsu, prout asserunt, retinent, & alij buccas in præsentiarum dimittunt.

Propterea petunt declarari, quæ censenda sint. Cumq; fuisset superinde auditus vnus ex Mag. Senatoribus, omnibus diligenter consideratis, Senatus ad ea respondit in hanc formā, videlicet.

Quòd omnes buccæ vtriusq; sexus ab annis septem supra taxentur æqualiter, verū teneantur tantùm ad onus salis ordinarij, census nuncupati, pro duabus partibus ex tribus, & residuū distribuatur super æstimo dando bonis.

Deinde æstimum fiendum distribuatur pro duabus partibus ex tribus super bonis, & alia tertia pars super capitibus masculinis tantùm æqualiter, ab anno tamen quatuordecim vsq; ad septuaginta: & iuxta illud æstimum, alia quæcunque onera exigantur.

Respectu autem ędificiorum censeantur tantùm ea, & siue pars eorum quæ de præsenti reperiuntur locata, detractis tamen fictis libellarijs, ipsis ædificijs incumbentibus.

Mandat igitur Senatus Reuerendiss. omnibus, ad quos spectat, vt ita seruent, & exequantur, seruariq; & exequi faciant. Rocha.

Ordo seruandus in commissionibus causarum ciuilium.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, vtriusq; Siciliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c. Collegium DD. Iureconsf. ciuitatis Mediolani porrexit nobis infrascriptas preces: in quibus petunt approbari ordinationem per eos factam tenore huiusmodi, videlicet.

Sereniss. Rex, Quia æquum, & laudabile penes graues viros Statutum illud habitum semper fuit, quo fraudes remoueantur, communiq; omnium, & honori, & commodo consulitur: Idcirco animaduertentes Mag. Abbate, & Iureconsulti ex Vener. iurisperit. Mediolani Collegio, quòd in commissionibus causarum, quæ indies fiunt, innumeræ, hęq; turpissimæ fraudes committuntur, tam per

per aliquos Iudicis, quàm etiam actuarios,quibus cedulæ confidentium erroneè deferuntur; cùm dicant semper, neminem in cedulis porrectis concurrere, donec is tandem in cedulis scribatur, in quem ipsi præ cæteris malint commissionem fieri: Rem profectò & turpem, tam litigantibus, quàm cęteris doctoribus apprimè præiudicialem, Relatione facta per nonnullos ad id specialiter electos, omnibusquè maturè perpensis, collegialiter sanxerunt, commissiones causarum per ipsos tantùm Iudices fieri debere in eum, in quem cedulam vtrinque porrectam priori loco concurrere contigerit; cedulasq; ipsas omnes, tam illas, in quibus confidentes non concordant, quam in quibus conueniunt, per Iudicem ipsum subscribi, & in actis poni debere, ita vt vbi talia ad vnguem seruata non fuerint, commissio ipsa; & omnia subsequuta nullius sint roboris, non secus ac si facta non fuissent, vt ex ea, quæ exhibetur. Verùm quia tale statutum absq; M.V. approbatione procedere posse non videtur; ideo ex eiusdem etiam Collegij voto ad M.V. recurrunt Alexander Piola, Simon Bossius, & Io. Taberna moderni Protectores ipsius Collegij. Eamq; supplices rogant, vt dicti Collegij ordinationem de verbo ad verbũ, prout iacet, approbare dignetur. Insuperq; mandare omnibus, & singulis huius Dominij iusdicen. quatenus ordinem ipsum, sic à M. V. approbatum inconcussè custodiant, & exequantur. vt speratur &c. Die Iouis xxvij. Septembris 1565. Cõuocato Collegio, propositum fuit, quòd Mag. DD. Relatores electi ad prouidendum ne fierent praticæ commissionum, parati erant referre, & cùm retulissent, Collegium in eam venit sententiam, quòd cedulæ confidentiũ dentur Mag. DD. Iudicibus tantùm, & per eos fiant commissiones: quòd cedulæ ipsæ, tam in quibus confidentes non concordant, quàm in quibus concordant, remaneant in actis illius Iudicis, per quem commissio fiet. Et quòd prius referatur conclusio hæc Excell. Senatui, cuius approbatio expectetur. illo etiam addito ex cõmuni voto Collegij, quòd commissio causę illi fiat, in quem cedulam vtranque priori loco concurrere contigerit, cedulæq; ipsæ ab eodem Iudice subscribantur. Et vbi prædicta ad vnguem seruata non fuerint, cõmissio ipsa, cum omnibus exinde sequutis, nullius sit roboris, non secus, ac si facta non fuisset. NOS autem consideratis omnibus, & maximè recitata ordinatione, quæ facta videtur ad honorem ipsius collegij, ad remouendas fraudes, quæ fieri contingebant in committendis causis; decreuimus ipsam ordinationem, prout iacet, approbandam esse; prout approbamus. Mandan. quibus spectat: vt recitatã ordinationem seruent, & exequantur. In quorũ fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri iussimus. Dat. Mediolani die 14. Agu. 1566.

Signat. Io. Maria Cattaneus. & sigillat. sigillo Regio Ducali, &c.

Quomodo syndicator Vicarij prouisionum Mediolani deputari debeat.

MDLXIX. DIE XIV. IANVARII.

Cvm superioribus diebus Senatus deputasset Egregium Iurisconsultũ D. Aloysium Palatiũ ex Vicarijs generalibus, & de collegio etiã Mediolanen. Doctorum; qui Vicarium prouisionum egregium D. Hieronymum Tonsum, ac iudicem syndicaret; de ea deputatione conquesti sunt vniuersum collegium, & Vicarius, ac Decuriones prouisionum per supplices libellos exempli sequentis.

Quibus in Senatu propositis, & re discussa; ne ipsis supplicantibus vlla iustæ

H que-

querelæ relinquatur occasio; in eam itum est sententiã, vt ipsius supplicantes intra quatriduum nominent tres è suo collegio Doctores, & Senatui proponant: è quibus ipse vnum deliget, eiquè hanc syndicandi prouinciam demandabit. Quod decretum de cætero etiam obseruari vult Senatus.

Decretum de Syndicatoribus.

MDLVII. DIE IV. DECEMBRIS.

CVm nonnulli ex Syndicatoribus, quorum munus præcipuum est curare, vt officiales exactam administratæ prouinciæ rationẽ reddant, nihil minus, quã quod sui muneris proprium est, præstent, id tantum studentes, vt pecunias vndique congerant; ordines etiam ad coercendam eorum auiditatẽ alias editos contemnentes, ac si omnia licerent, cùm officij sui rationem aliquam se non reddituros confidant: vt tanto morbo occurratur.

Senatus imprimis decernit, vt Syndicatores omnes à causis ordinarijs terminandis, prout alias ordinatum fuit, omnino abstineant, sub pœna nullitatis, & alia Senatus ipsius arbitrio imponenda; & vt Notarij, qui de sententijs huiusmodi in causis latis rogati fuerint, a notariatus officio, Senatus eiusdem arbitrio, suspendantur.

Mandat item Senatus, vt Syndicatores omnes causas criminales, quæ ex ordinum forma, vel ex consuetudine referendæ sunt, modo aliquo terminare non audeant: & vt intra octo dies postquam successorem habuerint, illarum omnium causarum criminalium, quas durante Syndicatu expedierint, notulam fidelem, manu propria subscriptam, exprimendo cuiusq; causæ expeditæ titulum criminis, in manibus subsignati Secretarij deferre teneantur: & aliam similem notulam notarij criminalium causarum, penes quos earum libri remanebunt, in formã authenticam ad eundem Secretarium mittant. Sub pœna contrafacientibus Senatus arbitrio imponenda.

Decernit etiam Senatus, vt Syndicatores neminem eorum, quos in libris criminalium causarum fideiussori relaxatos inuenerint, ad carceres inconsulto Senatu reuocent; nisi de delicto capitali agatur, aut nisi ex correis aliquis in carceribus retineatur, qui aliter expediri non possit. qui aliter citati fuerint, parere non teneantur.

Decernit pariter Senatus, vt Syndicatores nullum processum, nullamuè ordinationem facere possint, nisi adhibito Fisco, aut saltem eo legitimè citato, sub pœna nullitatis vt supra.

Vt autem facilius cuicunq; contra Syndicatores, à quibus aliquo modo iniustè oppressus fuerit, querelas porrigere volenti aditus pateat; Senatus Senatores querelis huiusmodi audiendis deputabit, ad quos poterunt, qui querelare voluerint, etiam per literas, vbi ipsi ad hanc ciuitatem conferre se nequeant, querelas suas mittere.

Sciant autem Syndicatores ipsi, si in eorum officio malè se gessisse deprehensi fuerint, re ad Senatum relata, debitas pœnas se daturos.

Atque vt Decretum hoc omnibus innotescat, mandat idem Senatus illud in locis ciuitatum, & locorum omnium, in quibus ius dicitur, & Syndicatus fiunt, publicari, & affigi debere, affixumque remanere, quousque Syndicatus perfecti fuerint.

Annibal Cruceius.

DE-

Decretum secundum de Syndicatoribus.

MDLXXIII. DIE XIV. NOVEMBRIS.

ANimaduersum fuit non semel a Senatu, magnam partem eorum, qui ad syndicandos iudicentes biennales mittuntur, nihil minus agere, quàm id, cuius causa mittuntur: ea sanè de causa, quòd lucri nimis cupidi, omisso eo, quod præcipuum est sui muneris, in eo potissimùm laborant, vt nummatiores, quàm fieri conuenit, domum reuertantur. Et si igitur ad coercendam eorum auaritiam Senatus multos ordines edere coactus sit; quia tamen in eis nulla certa pęna expressa est, animaduertit Senatus, ipsos ordines non seruari; ac si nulli editi essent, eorum auiditati omnia patere. Quam ob rem, vt metu pęnæ cogantur eorum muneri qua decet diligentia, ac probitate, vacare.

Iubet Senatus, omnia, quæ in ordine 4. Decembris anni 1567. in hac materia promulgato continentur, ab ipsis Syndicatoribus ad vnguem obseruari debere, sub pœna scutorum quingentorum pro tertia parte accusatori, pro alijs duabus Fisco Regio applicanda.

Insuper mandat, quòd omnes libros rerum criminalium diligenter, & accurratè inspiciant; & quæ adnotanda fuerint, ordinatim adnotent: ac singillatim in ipsa Syndicatus relatione, si quid in processibus perficiendis per incuriã, aut inscitiam ipsius iudicentis omissum, aut commissum comperiant, omnium mentionem facere debeant, notulam omnium processuum pendentium, tempore relationis Syndicatus, ad Senatum mittant: quam intra dierum sexaginta spatium omnino absoluere & ad Senatum ipsum mittere aut causas, ob quas eo in tempore absoluta non fuerit, rescribere, teneantur.

Quæ de sportulis sancita, ac decreta, aliàs fuerunt; ad vnguem seruent.

Iubet etiã ipsis Syndicatoribus, vt sub recitata pœna scutorum quingentorum, statim vt in prouinciam peruenerint, decretum hoc, vnà cum decreto prædicto, anni 1567. in solitis locis publicari ac registrari faciant, vt omnibus innotescant: deq. publicatione, ac registratione Senatum faciant certiorem per literas ad subsignatum Secretarium dandas.

Annib. Cruceius.

Decretum tertium de Syndicatoribus.

MDLXXV. DIE XIX. NOVEMBRIS.

ETsi multa superioribus temporibus sancita, & decreta fuerunt ad tollendas fraudes, & imposturas; quæ in dies fiunt: tanta est tamen prauorum ingeniorum malitia, versutiaq; vt illa penè omnia eludantur. Nam plerique ex ijs, qui biennalia officia quandoq; exercuerunt ab Illustrissimis Regijs Gubernatoribus obtenta; si forte Syndicatuum suorum absolutiones ob sua male gesta consequi nequierint, ac propterea in aliorum officiorum petitione repulsam patiantur; ad Dominos Feudatarios se conferunt; ab ijs, repulsæ eorum inscijs, Præturas, & alia officia impetrant, eoq. modo improbitatis suæ nullam dant pœnas. Quod cum Excellentissimo Senatui tolerandum non videatur; statuitq; huic etiam fraudi obuiam ire.

Censuit is ordo mandandum esse, itaq. mandat [illegible] (quod hoc perpetuò seruari vult) omnibus Syndicatoribus tam præteritis quam futuris [illegible]

à Dominis Feudatarijs deputati fuerint; ne aliquorum officialium ab ipsis Syndicatorum successores ad officia exercenda admittant; ne vè illis locum cedant, nisi syndicatuum officiorum ab se antea gestorum absolutiones prius exhibuerint.

Annibal Cruceius.

Ordo super actuarijs causarum ciuilium Mediolani.

MDXLV. DIE XXVI. MARTII.

Cognouit Senatus multa incommoda,& damna ciuiles causas agentibus oriri, ex licentia vnicuiq; concessa inspiciendi,reuoluendi,& attrectandi filcias, sic enim appellant cordulas, in quibus acta dictarum causarum infiguntur, & asseruantur, existentes apud tribunal D. Prætoris Mediolani,& eius Iudicum. & quãquam D. Abbates Notariorum,tam præteriti, quàm præsentis anni, nonnulla in hac materia prouiderint comperitur tamen malis,& dolosis ingenijs ad iura aduersariorum quoquo modo subuertenda, aut inuoluenda in dies calidioribus, & promptioribus, satis publicæ vtilitati adhuc non esse consultum, quia in re vt maturis, & salubrius aliquid statui posset; visum est Senatui negocium hoc D. Iureconsultis, & notarijs vrbis Mediolani aperire, & quid sentirent, audire. Sensu igitur eorum intellecto,& omnibus alijs considerandis diligenter considerati.

Ordinauit Senatus, quòd processus causarum omnium, quæ Sapientis consilio, vel Iudicio partium confidentis deciduntur, siue in prima, siue in secunda instantia agatur, separatum,& de per se asseruentur, nec vnus cum alio commisceatur, nec alicui partium, aut agenti pro eis detur tractandus, aut reuoluendus.

In alijs autem causis, in quibus Consilium Sapientis, aut Iudicium, partium confidentis non requiritur, Notarij tribunalium D. Prætores, & Iudicum vtsup. tenere debeant filcias separatas relationum ab alijs actis, & (vt dicitur) de per se: literarum item Principis, sacramentorum,interrogationum, responsionum, & aliorum actorum filcias separatas, vno quoq; tamen mense renouandas. prædictorumq; omnium,& singulorum actorum sciant Notarij summariam memoriam fieri opportere in libro, seu quinterneto ad id per eos præparato, quem actum deferens scribi procuret, sub pœna nullitatis. teneaturq; pars, ad quam spectabit processum integrum, redemptum à notario causæ consultori, seu confidenti, ante sententiæ prolationem deferre,& notarius non cogatur aliquem actum separatum, & ab alijs disiunctum dare. Prædicta autem per Notarios causarum ciuilium seruabuntur, & per eorum coadiutores. non seruantes,toties, quoties defecerint, pœna scutorum quinquaginta Cæsar. Cameræ applicandorum, & alia grauori, arbitrio Senatus, mulctabuntur. Insuper mandat Abbatibus notariorum, vt hanc ordinationem seruari faciant.

Signat. Iacobus Cattaneus.& sigillat. sigillo Imperiali in cèra more solito.

Ordo quod Notarij actuarij non commendent originalia acta partibus.

MDLXIV. DIE VENERIS VLTIMO AVGVSTI.

Innotuit nuper Excell. Senatui, plerosq; tribunalium dominij Mediolani Notarios, acta causarum recipientes, eorum originalia parti aduersæ, vt eis respondere possit, commodando dare consueuisse, Quod & si subditis vtile esse prima-

fa-

facie videatur, tanquam factum ad minuendas impensas,& vt celerius responderetur; tamen cùm sit indecens, vt quispiam aduersarij sui scripturas originales in potestate sua habeat, præsertim cum,& falsitates ea via committi aliquando,& alia præiudicia causis afferri possint, vltra eorum actorum amissionem; optimum iudicauit Senatus huic periculo quamprimum occurrere. Matura itaq; superinde habita deliberatione.

Ordinauit,& ita seruari mandat, vt nullus Notarius aut Scriba actuarius cuiuslibet tribunalis, & officij in toto dominio Mediolani, audeat posthac originale aliquod actum alteri parti tradere, sed copiam; sub pœna priuationis officij,& alia grauiori arbitrio Senatus ipsius.

Sigillata more solito. Signata Annib. Cruccius.

Ordo quod Notarij sua manu nomen Iudicis non subscribant.

M D X L V I I. D I E X I I I. F E B R V A R I I.

RElatum fuit in Senatu, qualiter in Prætorio Mediolani, Notarij subscribunt præcepta, quæ in causis mittuntur, effincto,& imposito nomine illius Iudicis, coram quo iuditium pendet: abusus enormis, & detestandus: quem Senatus eradicare volens.

Decernit, quòd posthac aliquis Notarius sub pœna falsi non audeat alicui præcepto, citationi, aut cuiuis actui transmittendo nomen, aut signum Iudicis sua manu subscribere. Subscrip. Iacobus Cattaneus, & sigillat. &c.

O R D I N E S
PERTINENTES AD FISCALES,

Et Officiales Criminalium causarum.

CVm ex temporum qualitate multa in dies emergant, quibus de nouo prouideri sit necesse; intellectumq; fuerit ex multis, quæ ad aures Senatus peruenerunt, iam in officio Capitanei Iustitiæ, Prætoris,& aliorum Iudicum, multa in dies oriri, quæ prouisione indigeant: quibus omnibus, vt, quantum fieri possit, pro Iustitiæ debito, subditorum vtilitate occurratur; Senatus infrascriptos ordines seruari mandat.

In primis quòd Fiscales in Ciuitate Mediolani residentes, iuxta morem antiquum, quotidie, exceptis diebus Dominicis,& alijs festis de præcepto, ad officium Capitanei, & Prætoris conueniant, hoc modo scilicet, quòd singula hebdomada duo ex ipsis scilicet alter aduocatus, & alter syndicus, ad officium Capitanei, alij duo similiter ad officium Prætoris in mane assistant, ibiq; saltem per duas horas incumbant, processus cœptos diligenter examinent, prouideantq;, vt iuxta formam ordinum debitæ ipsorum expeditiones fiant.

In processibus per Fiscales hebdomadarios cœptis, alij Fiscales non se intromittant, nisi interueniente illo, qui primò in processu interuenit, si adesse poterit, legitimo impedimento non detentus.

In absoluendis votis diffinitiuis causarum criminalium interueniant omnes Iudices curię, vel maior pars, vbi aliquis iustè sit impeditus, & saltem duo Fiscales, computato eo, quo interueniente processus cœptus & factus fuerit, sub pęna ammissionis trimestris salarij, pro singulo eorum officialium, qui contra formam huius ordinis votum aliquod absoluerint.

Non possint Fiscales, quibus interuenientibus processus cœpti erunt, suspecti allegari, ad effectum vt alius subrogetur; nisi ex ordine Senatus fiat: ad quem recursum habere poterunt, si qui se grauatos senserint. quòd si propter infirmitatem, vel alia vrgenti causa vt supra processibus, quibus interuenire cœperint, Fiscales incumbere non possent, alius interueniat. qui omnia, vt supra ordinatum est, perfici curabit.

Idem etiam seruetur in processibus ad annonam pertinentibus: in quibus cùm negligenter soleat per officiales superinde deputatos procedi, maximè Fiscales inuigilare debent, vt, quò breuius fieri possit, terminentur, ne rei in carceribus marcescant.

Idem in officio monetarum, & venationum decernitur.

Reliqui duo Fiscales, relationibus forensibus in Senatu referendis, incumbant. atq; ita vicissim omnes singula hebdomada ad officium Capitanei, Prætoris, & Senatui vt supra assistant. & vbi Fiscalibus, qui a Senatu ad alia tribunalia assistere ex ordine hebdomadarum debent, aliquæ relationes in Senatu ipso referendæ superessent; liceat eis in prima hora, qua Senatus quotidie sedet, eas referre; quibus relatis, ad alia negotia iuxta ordines diuertant.

Fiscales, si qui ex ordine Principis illi supplicationes, vel processus gratiarum referent, in approbatione ipsius gratiæ per Senatum facienda, vel aliquibus informationibus superinde assumendis, nullo modo se intromittant.

Amplius decernitur, quòd soli Aduocati Fiscales videant gratias approbandas per Senatum, & quæcunq; alia priuilegia Principis, non autem syndici.

Post Senatus recessum apud Mag. Quæstores & in reliquis omnibus officijs, vbi opus erit, assistant, vel omnes, vel diuisi, prout causarum necessitas, vel facti contingentia exigeret.

Idem etiam post prandium hora competenti seruabunt.

Qui per suam hebdomadam Senatui assistent, ab alijs Fiscalibus, post primam Senatus horam, in referendis causis, aut alijs negotijs pertractandis non impediãtur.

Aduertantq; Relatores, vt semper, absq; vlla acceptione, relationes antiquiores expediant, ita tamen, vt quò ad fieri possit, carceratorum causæ in primis referantur.

Non possint Fiscales vltra biduum a præsenti ciuitate se absentare, nisi prius habita licentia ab Illust. Præside Senatus, sub pęna amissionis salarij vnius mensis.

Neque etiam possint aliquam capturam concedere, nisi periculum sit in mora; nec etiam detentos torturæ subijcere; cùm id ad Iudices pertineat cum eorum assistentia, nec pariter detentos aliquo modo relaxari facere, nisi participato negotio in curia, & de communi voto, sub pœna amissionis salarij trimestris, & grauiori, iuxta casus qualitatem, arbitrio Senatus.

In causis criminalibus, facta ordinatione in curia, & subsignata iuxta solitum per Iudices, & Fiscales, expeditio differri, sub prætextu quòd ipse velit reatum subsignare; sed statim, soluto per ipsum carceratum honorario, in casibus, in quibus

nordinibus debeatur, custodibus iniungatur, vt reum relaxent: quòd si carceratus in mala mansione, vel alio carcere existat, fiat relaxum per Capitaneum, aut Vicarium, in scriptis, absq; aliqua sportula.

In causis armorum, habeatur in officio liber particularis, in quo describantur omnes derenti, vna cum ordinationibus superinde faciendis. habeatq; vnus tantùm notarius hanc particularem prouinciam, condemnationesq; omnes, vel compositiones, si quæ fieri contingent apud D. Quæstores notificentur, quum primū factæ fuerint: nec ab aliquo officiali exigi possint, etiam prætextu creditorum suorum, sed Thesaurario generali soluantur, qui demum de illis iuxta ordines disponat.

Factis condemnationibus, in quibuscunque causis criminalibus, curent, Capitaneus Iustitiæ, & alij Iudices, vt illico exequutioni mittantur: nec possint aliquo modo quocunque prætextu, eas retardare etiam sub pœna amissionis salarij vnius mensis, & grauiori arbitrio Senatus. Quò ad eos etiam, qui ad triremes damnātur, durent vt omnino, saltem termino tridui, trasmittantur; sub eadem pœna.

Et quoniam cùm per Senatum delinquentes remo damnantur, sæpenumero contingit eorum deportationem differri, & hac de causa facinorosi aliquoties reatuum suorum pœnas effugiunt; volens Senatus huic abusui occurrere, mandat omnibus, & singulis secretarijs suis, præcipuè hebdomadarijs, vt sub pœna amissionis stipendij mensis, ex sigillo Cancellariæ prouentum, non omittant quascunque condemnationes de reis ad triremes mittendis, cùm primum per Senatum factæ fuerint, in sua hebdomada in libro remigum, iuxta solitum, describere, syndicoq; Fiscal generali, ad id deputando, singulis annis ab ipsis Secretarijs per sortes, in fine suæ hebdomadæ illico transmittere; vt illas quanto citius exequi facere curet omni studio.

Non possit etiam Capitaneus, vltra eius ordinarium stipendium, quicquam accipere, nec pro examinibus, vel ordinationum signatura, vel pro relaxis carceratorum, etiam in causa armorum.

Neque in prædictis cancellarius Capitanei, vel alius, præterquàm notarius ad id deputatus, se intromittat, sub pęna etiam corporali ad arbitrium Senatus.

Prouideant Capitaneus, & Prętor, quòd in eorum officio, per aliquem ex notarijs, quem ipse maluerit, teneatur liber magnus, in quo describantur nomina singulorum carceratorum, & dies, in quo consignati fuerint, & per quem, & de cuius mandato, & qua de causa, & per quem notarium eius causa tractetur, nec non etiam eius relaxatio, & tempus relaxationis, & cuius iussu fuerit dimissus; ita vt clarius, quoties opus fuerit, videri possit numerus carceratorum. teneaturq; notarius, & custos ipsius libri, illum ad omnem requisitionem protectorum carceratorum ostendere & inspiciendum permittere.

Vicarius Iusticiæ, nec non cæteri Iudices criminales, & ipsi, præterquàm ex ordinibus iam editis cauetur, nihil vltra accipiant, sub pœnis in ipsis ordinibus expressis; ad quarum exequutionem aduersus contrafacientes deuenietur, etiam ex secretis, & extraordinarijs probationibus.

Ad Senatum aūt, pro relationibus faciendis, veniant tantùm diebus, quibus nō habetur publica audientia nisi aliter sibi iniunctum esset.

Notarius criminalium ad officium Capitanei Iustitiæ, nullum alium notarium in eo officio habere possit, nisi prius sit à Senatu approbatus; nominabitq, ali-

quos,

quos,ex quibus septẽ à Senatu deligẽtur,qui in eo officio processibus incũbant.

Vnus autem,ex dictis notarijs curam habeat particularem processuum in causis contrauenientium proclamationibus armorum,& alijs, quæ ab Illust. Gubernatoribus,siue a Senatu fieri contingent, teneatq; superinde particularem librum in quo condemnationes,compositiones. & quæcunque alia acta conscribantur, vt supra dictum est, sub pœna scutorum xxv. Fisco applican. & alia grauiori arbitrio Senatus.

Notarij prædicti solliciti sint, & præstò semper adsint Capitaneo, Vicario, alijs iudicibus,& fiscalibus, statum processuum, prout opus erit, illis memoriæ reducant; examina reorum pro delictis,quibus corporalis pœna, vel confiscatio bonorum ingeritur,ipsimet scribant,& non per coadiutores, iudice,vel aliquo ex Fiscalibus dictante iuxta ordines; idem etiam de testibus ad defensam in prædictis causis; sub pœna scutorum ducentum,& priuationis officij, & Notariatus, & grauiori etiam arbitrio Senatus.

Ipsi etiam Notarij,tam officij Capitanei. quàm Prætoris, visitationibus mortuorum, vel vulneratorum in casibus grauibus incumbãt in ciuitate, & sub vrbijs: nec fieri possint per coadiutores, nisi fortè in facto se reperirent, vel nisi ex iussu Capitanei, Vel Vicarij, vel alterius Iudicis, aut Fiscalis.

Eligat etiam ipse Notarius coadiutores suos in officio, à Senatu tamen approbandos, qui sub ipso scribant quæcunque alia occurrentia: nec edantur processus nisi prius perlecti à Notario, qui ipsos peregit. maximeq; aduertant Notarij, & coadiutores, antequàm decreta sit reis copia processus, ne quoquomodo directè, vel per indirectum, secreta cuiquam manifestentur, sub pœna prædicta, & corporali arbitrio Senatus:& contra eos,qui contrafecerint,procedetur ex secretis,& extraordinarijs probationibus. Non liceat etiam Notarijs, vel cuicunque alteri, tam Iudici,quàm Fiscali,deferre,vel deferri facere libros Actorum criminalium extra officium.quocunque prætextu,sine licentia Senatus; neque etiam Senatoribus lecturæ criminali vacantibus,pro videndis processibus referendis:nam eo in casu processus extracti, & partibus editi sunt deferendi, nisi in casibus, in quibus processus parti non sit editus, vel aliter per Senatores lecturę criminali vacantes ordinatum fuerit.

Prædicta omnia de Capitaneo, Vicario,& eorum Notarijs ordinata,locum etiã non habeant in Prætore,& Iudicibus, ac eorum Notarijs congrua congruis debitè referendo.

Cùm innotuisset etiam varia in dies grauamina ijs, qui vel ducuntur ad carceres,vel se spontè constituunt,tàm a custodibus carcerum,quã à veteribus carceratis inferri, tum pecunias ab eis extorquendo,tum eos spoliando tunc, cùm à carceribus D. Capitanei Iustitiæ, vel D. Prætores Mediolani ad Malam mansionem traducuntur. illud etiam additum fuisset,commentariensem,siue eum, qui carceratis cibaria præbet,solere ab illis,qui a Carcere D. Capitanei Iustitiæ ad Rocchetam Portæ Romanæ, minoris incommodi gratia, duci volunt, singulos nummos regales quotidie exigere, videretur q; hæc nullo modo tolleranda esse, cùm reis sat molesta sit carceratio ipsa: & impensa, quæ necessariò subeunda est.

Senatus,re tota maturè considerata,mãdat tam custodibus carcerum, quã quibuscunque alijs carceratis, ne quicquam directè, aut indirectè accipere audeant ab ijs,qui siue spontè, siue aliter carceres ingrediuntur, nisi summam solidorum decem, dummodo tales ingredientes in carcere pernoctent, secus nihil omnino acci-

accipiant, nec pariter quicquam exigant ab ijs, qui ad Roechetam traducuntur pro tempore quo ibi fuerint; sub pœna trium ictuum funis: eadem pęna plecti mādat quicunque ausus fuerit carceratum aliquem spoliare, etiam dum ad Malam mansionem traducitur. Et quia inoleuit corruptela, vt qui antiquior est carceratus in Mala mansione, & Prætor appellatur, pecunias quasdam ab alijs carceratis exigere soleat, Senatus prohibet ne quicquam, vltra solidos quinque, exigatur, sub eadem pena. Cumq; sæpe euenire soleat, vt carcerati, vel post absolutionem, vel post datas pœnas, retineantur pro impensa cibaria, quam propter paupertatem soluere nequeunt; iubet Senatus, nisi commentariensis opportuno tempore sibi pro expensis cauerit, illos tales liberè dimitti, vbi alias modum soluendi non habeant: & quia nonnunquam diutius, quàm par est, in carceribus retinentur causa Notariorum, & Scribarū, qui processus tradere pauperibus gratis recusant; huic quoque casui prouidere volens Senatus mandat Notarijs, & Scribis, vt miserabilibus personis copias processuum, vbi publicati fuerint, statim edant. absq; vlla solutione, sub pęna scutorum decem auri, Fisco Regio applican. quotiescunque contrafactum fuerit. 1541. 26. Nouembris.

Commissarij, qui huc illuc mittuntur, debeant, vbi reuersi fuerint, acta tradere Iudicibus ordinarijs.

MDLXX. DIE XVII. SEPTEMBRIS.

Consueuere & Illustriss. Reg. Locumtenens, & Excellentiss. Senatus Vicarios generales, aut etiā alios, aliò atque aliò mittere ad capienda indicia criminū, quæ hic illic pro tempore patrari contingit; atque ij cùm post accepta indicia, & cœptos processus, ad hanc vrbem reuersi sunt, totius causæ iudices se factos, arbitrantes ad vlteriora procedere, pergunt, processusq; penes Cancellarios suos remanent, & sæpe disperduntur, ita vt nulla de illis, cùm opus est, notitia haberi possit. Quod quidem per absurdum videtur, cùm in Ciuitatibus omnibus adsint sui iudices ordinarij, ad quos causæ illę pertinent, & penes quorum actuarios processus remanere debent. itaque ne tali absurditati vlterior locus relinquatur.

Senatus habita matura rei totius consideratione, mandat Vicarijs generalibus omnibus, ac alijs etiam si quos tales ob causas mitti contigerit, vt statim, atque ad vrbem hanc redierint, processus à se factos vel Capitaneo Iusticiæ, vel Prætori Mediolani, aut eius Ciuitatis, ad quem causam spectare cognouerint, aut in cuius iurisdictione delictum patratum fuerit, tradant; & à procedendo ipsi desistant. Atque hoc etiam de processibus ante pręsens Senatus consultum factis seruari vult. Quòd si ob Capitanei, vel alius Prætoris, aut Iudicis suspicionem causam aliquā eorum alicui demandari contigerit, vel si causa illis particulariter delegata fuerit, vult nihilominus Senatus processu perfecto illum actuarijs illius Tribunalis, ad quod causa prius tractari debuisset, tradi omnino debere. Atque hæc omnia sub pęna Senatui ipsi arbitraria. *Annib. Cruceius.*

Quòd Notarij rerum criminalium ab officio recedentes relinquant acta Notarijs succedentibus.

MDXLIX. DIE X. APRILIS.

Innotuit àmpliss. Senatui Mediolanen. quamplures Notarios rerum criminalium

lium, tam in vrbibus, quàm in oppidis officium exercentes, cùm ab officio recedunt, solere omnia acta criminalia à seipsis confecta secum asportare, in maximũ Iusticiæ, & reipublicæ, & fisci tam Cæsarei, quàm Feudatariorum detrimentum. cui abusui volens salubri remedio occurrere, facta diligenti consultatione.

Senatus ipse censuit, & ordinauit, Notarios rerum criminalium, quocunq; in loco huiusmodi officium exercentes teneri, cùm ab officio discedunt, omnia acta criminalia dimittere penes officium & tribunal, ad quod ea confecerint; illaq; tradere, & per inuentarium consignare Notario in sui locum successuro. sub pœna, si non paruerit, arbitrio Senatus irroganda. Mandans, tenore præsentis ordinationis, omnibus Prætoribus, & Officialibus, ad quorum tribunalia ipsi Notarij se exercebunt, vt sub pœna prædicta hunc ordinem seruari inconcussè faciant.

Ordo quòd Notarij scribant Processus ad formam constitutionum in libris, & non in folijs.

Carolus V. Romanorum Imperator, &c.

Dilecte Noster, Cùm ex ordinibus antiquis prouisum sit, vt acta & Processus rerum Criminalium in libris, vt dicitur, sfoliatis describantur, & idem Illust. q. Dux Franciscus secũdus iusserit, Hocq; identidem per constitutiones nostras cauerimus; mirum est quòd adhuc in hoc peccetur, in non leue Fisci nostri, & subditorum nostrorum damnum. vt igitur ordo pernecessarius omnino seruetur, sub pœna ijsdem constitutiouibus comminata, & alia grauiori arbitrio Senatus nostri infligenda, Mandamus, vt omni exceptione, & excusatione remota prouideatur quod processus & actus omnes rerum criminalium in libris sfoliatis, non in papyro separata, aut in folijs, & filcis, vt dicitur, describantur, & asseruentur. Dat. Mediolani die 7. Maij. 1549.

Subscripta Iac. Cattaneus, & sigillat. &c. A tergo, Egregio Iureconf. Prætori Mediolani nostro dilecto.

Ordo quòd Notarij scribant Processus in libris iuxta dispositionem nouarum constitutionum.

Carolus V. Rom. Imp.

Dilecte Noster, superflua fortassis videbuntur quæ istis nostris nunc mandamus, cùm & constitutiones, & ordines iamdudũ promulgati ea contineant, & hæc eadem omnia omnibus Officialibus singulatim inthimata fuerint. Verùm cùm constet in causis Criminalibus, quæ in Senatu ferè quotidie referuntur, quã plures ex ipsis non in libris sfoliatis, vt iussum est, sed in folijs simplicibus & separatis scriptas esse, & ordines præfigentes tempus in expediendis processibus, vel saltem de admonendo Senatum de causis quibus intra ipsum terminum, & tempus non potuerint expediri, non seruari; ideo necessarium admodum visum est, istas vobis dare, ac serio mandare, vt moneatis Notarios rerum Criminalium, vt constitutionum dispositionem circa præmissa ad vnguẽ seruent: vos autem ordines expediendorum processuum, aut admonendi Senatum vt suprà, adimplebitis. quòd si Notarios, aut vos inobedientes aut contumaces esse cognouerimus, pœnis

per constitutiones & ordines comminatis indistinctè affici mandabimus. de istarū autem receptione nos monebitis. Dat. Mediolani decimoquarto Nouēbris. 1550.
Subscrip. Iacobus Cattaneus, & sigill. &c. à tergo Egregio I.C. Vicario Iustitiæ nostro dilecto.

Ordo quod Notarij teneantur Officialibus, & Fiscalibus dare notulam processuum pendentium.

MDLXVI. DIE XXVIII. NOVEMBRIS.

ET si ex ordinibus ante hac editis Notarij rerum Criminalium huius ciuitatis teneantur Magistratibus, Fisciq; aduocatis & Syndicis processuū pendentiū scientiam scripto dare; innotuit tamen Senatui Excell. etiam ex Fiscalium querimonia, dictorum actuariorum maxima negligentia, magnusq; abusus & ordinum neglectus; in leue iustitiæ detrimentum, idcirco præfatus Excell. ordo mandat Notarijs prædictis sub pœna suspensionis ab officio ad semestre, & alia etiam grauiori eius ordinis iudicio, quatenus hinc ad festa natalitia proximè ventura cum effectu consignent Iudicibus suis, & Fiscalibus notulam processuum quorumcunq; pendentium ab anno 1559. inclusiuè citrà. s. post decretum gratiosum. aliorum verò posthac agitandorum teneantur singulo bimestri certos reddere præfatos Iudices & Fiscales, per notulam in scriptis, processuum pendentium & non perfectorum: vt ij eorum perfectioni studere valeant. quibus officialibus mandat Senatus, vt omni studio & diligentia perfectioni incumbant.
Sigillata, &c. in cera rubea more solito, & signat. Facius.

Quòd Gubernatore decedente illius cridæ censentur extinctæ.

MDLXIII. DIE SECVNDO IVLII.

BAldesar Pellaratus, & Io. Dominicus Cropellus inquisiti fuerant de prima euaginatione, & vulneribus Io. Antonio Cantono illatis: eùm autem, referente processum D. Vicario Iustitiæ, cognitum fuisset, delictum huiusmodi factum fuisse post aduentum Illust. D. Ducis Suessæ Regij Gubernatoris, & antequam cridæ primā euaginationem prohibentes nomine Excell. Suæ publicatæ fuissent. Senatus censuit, eos causa primæ euaginationis molestari non debere.
Signat. Annibal Cruceius, & sigillat, &c.

Quòd executores seruent constitutiones etiam in exequutionibus, quæ pro Fisco sunt.

MDXLVIII. DIE VII. APRILIS.

FActa relatione in Excell. Senatu per Auditorem dominorum Collateralium de Io. Maria Cisarolo, & Lodouico de Pasferis baruerijs loci Mortarij, contra quos querelam porrexerat Io. Dominicus de Curte causa bestiarum, seu pignorum conductorum à loci Castri Nouetti Lumellinæ ad prædictum oppidum Mortarij, contra formam ordinum, & occasione aliorum contentorum in querela: & consideratis omnibus in eo processu contentis,

Censuit Senatus, dictos Baruerios liberandos esse: verum quod in posterum caueatur per proclamata, re participata cum Mag. Magistratu Ordinario, vt etiam pro debitis Cameræ seruentur per Executores omnia contenta circa executiones in nouis constitutionibus. Sign. G. Roc.

ORDINES SERVANDI IN OFFICIIS RERVM CRIMINALIVM.

MDLXIX. DIE XX. AVGVSTI.

CVm in Officijs, in quibus causæ Criminales tractantur, grauissimis impensis subditi fatigentur, Iudicesq;, ac Notarij, & alij Officiales nummos contra, & præter formam ordinum, sub colore laboris exigant, idq; malum in dies latius serpat, & nisi salutari aliquo remedio occuratur, maximam sit perniciem allaturum: Ideo Senatus subditorum curam sibi commissam nulla in re, quoad eius fieri possit, negligere volens; ad tollendos tam perniciosos abusus, qui hucusque cum non modico omnium detrimento inualuerunt.

Decreuit, tam ad Officium Capitanei Iustitię, quā Pretoris, deputandos esse ab ipso ordine singulos Thesaurarios, prout ex nunc ad sui beneplacitum deputat duos spectatæ probitatis viros, videlicet ad Officium Capitanei D. Io. Iacobum Bestam, ad Officium verò Pretoris, D. Iulianum Peregum: qui pecunias omnes, tā Capitaneo, quàm Prætori, ob causas delegatas, tā Ciuiles, quā Criminales, in quibus honoraria quomodocunq; sibi deberi prætendunt, siue pro inspectione scripturarum, siue pro decisione causarum: ac Vicario, alijq; Iudicibus, omnibusq; Notarijs, ac custodi Carcerum & Baricellis, quouis modo spectantes recipiant, & diligenter, accuratè, ac distinctè ipsas omnes pecunias describāt in libris, per eos præmissa occasione, conficiendis, & manu propria describendis, & apud se seruandis, vt quandocunq; videri possit, an omnia recto tramite transeant: apponendo nomina eorum, qui soluunt, ac causam, in quam soluunt; ita vt omnia perspicuè, & clarè cerni possint neq; vllus fraudi sit locus: & ne obolus quidem ad alias manus, quā ipsorum Thesaurariorum perueniat. Quod quò facilius obseruari possit, processus, & scripturæ iudicibus dandæ cum sportulis prius Thesaurarijs consignentur, & ipsi eas iudicibus tradant. retentis, & descriptis pecunijs vt supra, & super eodem processu die traditionis. Videantq; Thesaurarij omnes ordinationes, ex quibus pecuniæ iudicibus debentur: ne quid vltra taxam à subditis exigant, iniunganiq; Notarijs, & alijs Officialibus, quid faciendum sit, pro faciliori præsentium ordinum obseruatione: ijq; iniunctis parere teneantur. Declarabitq; postmodum Senatus, quæ portio pecuniarum Notarijs pro ipsorum laboribus assignari debeat, & quæ dominis Officiorum, qui hucusq; ea officia Notarijs locauerunt, sit relaxanda.

Teneanturq; Thesaurarij ijs omnibus, ad quos pecuniæ spectabunt, in singulas hebdomadas, aut menses, omnium receptorum rationem reddere: exigantq; vltra taxam præstitutam quinq; pro centenario ad ratam actorum, distribuenda exinde, & eroganda prout Senatui placuerit, & pro honorario soluendo ipsis thesaurarijs in fine mensis taxando.

Nec

Nec possint aliquæ penitus pecuniæ iudicibus, etiam pro accedendo in rem præsentem, in ciuitate, vel extra, aut ex quacunq; alia causa, vel sub cuiusuis laboris prętextu, vel Notarijs, vel Baricello, & custodi carcerum immediatè persolui: sed omnes eæ pecuniæ in manibus Thesaurariorum vtsupra deputatorum, nō per procuratores, eorumuè affeclas, aut causarum solicitatores; sed per ipsasmet partes, aut per earum priuatos agentes numerari debeant; & à Thesaurarijs ij, quorum interērit, eas postmodum recipiant. sub pœna iudicibus priuationis officij; perpetuæ infamiæ, & barattarię, ipso facto incurrenda, in casu cuiuslibet, vel minimæ contrauentionis: Notarijs verò priuationis officij, & trium ictuum funis: alijs verò officialibus fustigationis, & grauiori arbitrio Senatus, causidicis & eorū solicitatoribus; & alijs, suspensionis ab officio, & alterius, etiam corporalis, arbitrio Senatus.

Tenebunturq; Thesaurarij idoneè fideiubere de suo officio legaliter, & probè exercendo.

Et quia intellectum est, Iudices, tum vt datâ fideiussione tollant capturas, tum vt terminos assignent, vel prorogent, etiam ex præcisa literarum Senatus dispositione, tum vt laxiores carceres concedant, atq; ex alijs id genus causis illicitas pecunias exigere, idemq; Notarios, & alios Officiales facere: Idcirco mandat Senatus, vt bene, & diligenter aduertant Thesaurarij; ne aliquas pecunias recipiant nomine Iudicum, aut aliorum Officialium, etiam sub quouis colore, vltra taxam in libello dierum vtilium, Statutis, & nouis Constitutionibus, & ordinibus expressè, & nominatim contentam, quam omnino ad vnguem Senatus seruari mandat cum additionibus, & declarationibus, quæ nunc fient, quasuè fieri contiget ex eiusdem ordinis sententia: publicèque in ipsis officijs proponetur tabula impressa taxam continens, vt cuilibet patere possit, quid, quantumuè exigi, & solui debeat, sub ijsdem pęnis in casu contrauentionis supra statutis: quas etiam Iudices, & omnes alij, qui ab ipsis Thesaurarijs pecunias indebitè exactas recipiēt, ipso facto incurrent. Et vbi ad Thesaurariorum notitiam peruenerit, aliquas pecunias per Iudices, aut alios Officiales, contra formam præsentis ordinationis, receptas, teneantur Senatoribus ad id deputatis statim notificare, sub pœna Senatui arbitraria.

Et quia vsu compertum est, ordines, & reformationes frustra fieri, nisi etiam adsint, qui eas inuiolabiliter obseruari omnino curent: ideo Senatus id negotium mandat. Mag. Dominis Odescalco, & Aresio Senatoribus; quorū cura erit aduertere, vt hi ordines obseruentur, & contraueniētes, vbi eis visum fuerit, in carceres detrudent, & in eos, etiam ex probationibus extraordinarijs, arbitrio suo animaduertent; seruata, & non seruata iuris forma, atq; indies, vti suggeret experientia, & Notarijs, & Thesaurario, quid faciendum sit pro faciliori exequutione, iniungent; & etiam querelas contra eos recipient, & prout eis conuenire videbitur, prouidebunt. Eritq; eorum officium ad biennium: quo finito alij duo in singula biennia deputabuntur.

Additiones, & declarationes ad taxas: quas omnino Senatus seruari mandat.

Capitaneus & Prætor ac eorū Vicarij, & Iudices non possint sub prætextu alicuius delegationis, pecunias, aut honoraria accipere, nisi id in ipsis delegationi-

tionibus expressè sit cautum, aut aliàs, quàm virtute delegationis eis deberentur.

Idem pro examinibus reorum nil penitus percipere possint, nisi ipsimet per seipsos examini incumbant, & Notarijs examen dictent: nec possint Notarij, sub poena falsi, scribere coram Iudicibus de eorum licentia, nisi verè ipsi Iudices, vt iam dictum est, intersint, & examinent: & in causis priorum euaginationum, & leuioribus, vbi sine Iudice contingat fieri examina, nil penitus exigere possint.

A parte offensa, & actrice, siue in formando processu, siue pro videndis scripturis, siue ex quauis alia causa, nihil percipiant: cùm sua sponte, absq; pecunia, ad inuestiganda, & punienda delicta animati esse debeant; caueantq; ne idcirco expeditioni processuum mora fiat.

Pro examinibus testium ad defensam, vbi rei non excedant numerum quinque, quotquot sint capitula, non excedant sportulæ aureos duos: vbi verò excedant numerum quinque, nullo in casu excedant aureos quatuor; ita tamen, vt per hoc nõ censeatur sublata taxa iam ex ordinibus constituta in casibus, in quibus minor merces, quàm ex præsenti ordinatione debetur.

Pro relationibus status causæ, aut definitiuis, etiam si plures sint rei, habere non possint nisi pro tribus ad summum, & semel tantùm; vbi processus non referant, quouis prætextu, & casu, teneantur pecunias exactas, etiam parte non instante, Thesaurario reddere.

Pro testibus, & ijs, qui pro informatione Curiæ examinantur, siue ad offensam, siue ad defensam, ratione relaxationis, aut sub quouis alio quæsito colore, nihil percipere possint, quod idem, & ad notarios, nisi pro rogitibus fideiussionum, & ad custodes carcerum, & ad Baricellos, & ad omnes alios officiales extendi intelligatur.

Notarij ab actoribus, quibus copiam processus edunt, dimidium tantum eius, quòd à reis exigunt, consequi possint.

Ijdem scribere non possint super libris nisi eis prius allatis ad Secretarium Senatus, qui singula folia in summitate sigillo imprimat, & in ea impressione numerum foliorum notet, ita vt auelli folia è libris, & alia eorum loco reponi, non possint.

Pro faciliori etiam prædictorum executione, visum est Senatui mandandum, prout mandat, vt omnes notarij, coadiutores, & scriptores, qui ad Officium Capitanei Iustitiæ, aut Prætoris Mediolani in præsenti se exercent; consignent omnes libros, ac scripturas ad dicta officia pertinentes supradictis Thesaurarijs, sub poena Senatui arbitraria, etiam corporali; & præterea sub eodem poena, ab hodierna die in antea, abstineant à se exercendo in dictis officijs, nec ad ea accedant, nisi à dictis Thesaurarijs vocati.

Et loco prædictorum Notariorum deputauit, & deputat idem Senatus per modum prouisionis, & donec aliud ordinatum fuerit, Notarios ad Officium Capitanei Iustitiæ D. Bernardum Bergundium Papiensem, & D. Franciscum Tettonum Nouariensem; ad Officium verò Prætoris D. Io. Iacobum Capredonum, & D. Vincentium Plebanum Cremonenses. Quibus assignat scriptores, videlicet

AD

AD OFFICIVM CAPITANEI.

Io. Franciscum Bergundium.
Cæsarem Canem.
Ludouicum Salamonem.
Io. Georgium Sardum.
Antonium Mariam Ozenum.
Io. Baptistam Cauallinum.
Franciscum de Bernardis.
Cæsarem Piperellum.
Franciscum Vallam.
Laurentium Inguinum.
Io. Gasparem Pellizarium.

AD OFFICIVM VERO PRAETORIS.

Iacobum Facinum.
Io. Antonium Ferrandum.
Cæsarem Datarum.
Oliuerium Panizonum.
Io. Bap. de Notarijs de Parma.
Alphonsum Burgundium.
Io. Iacobum Fornasarium.
Io. Baptistam Riparium.
Lazarum Mariam Curtarellum.
Io. Molinarium, &
Stephanum Rainonum.

QVi Notarij, & Scriptores per modum prouisionis deputati, quoniam ea fide, & integritate apud Senatum habentur, vt eos non modò ad prædictum munus elegerit, sed etiam relictis alijs rebus omnibus venire coegerit, vt eorum opera in tollendis prædictis abusibus vteretur: idcirco non vult Senatus, eos posse querelari, aut molestari coram aliquo Iudice, præter quàm coram dictis duobus Senatoribus vtsupra electis; qui si fortè aliquid imputari contingat his nouis notarijs, & scriptoribus, possit pœnarum superius notarijs, & scriptoribus comminatarum eam rationem habere, quæ qualitati casuum, & personarum, eorum iudicio, conuenire videbitur.

Ordo super celeri expeditione causarum Criminalium, & visitatione carceratorum.

MDXLIV. DIE VLTIMO IVLII.

CVm Innotuissent amplissimo Senatui, causas multorum, qui in carcerē conijciuntur, diutius quàm par sit differri, ac retardari, non sine grauissimis ipsorum impensis, & diuturna carceratione, placuit huic morbo remedium salutare adhibere. facta igitur matura deliberatione.

Senatus ipse censuit, omnes Iudices, apud quos causæ Criminales tractabuntur, si aliqui in eorum potestate nexi custodientur, teneri ipsas causas quanta fieri poterit diligentia expedire; & lapsis viginti diebus, si intra id tempus finitę non fuerint die statim sequenti qua Senatus sedebit, earum causarum statum ipsi Senatui referre, & rationes adducere, quare ad eum diem expeditæ non sint: deinde qualibet hebdomada ipsi Senatui significare, quid in ijs causis iam relaxatis actum postea fuerit, donec causæ ipsæ perfectè fuerint expeditæ: sub pęna scutorum cētum quoties præmissa non obseruauerint, & alia grauiori arbitrio Senatus. Insuper decreuit, & voluit, Mag. Senatoribus illos, quibus cura rerum Criminalium in Senatu referendarum quolibet mense demandatur, accedere saltem bis in suo mense ad carceres in quibus nexi detinentur, causasq; eorum detentionis intelligere, & cōperta Senatui referre: vt tam longis carcerationibus, & causarum procrastinationibus, quoad fieri poterit, omnino obuiam eatur.

Subscrip. Franciscus Petranigra.

De

Decretum pro expeditione Processuum veterum pendentium.

MDLXIV. DIE XV. OCTOBRIS.

CVm intellexisset Illustriss.& Excell. Regius Locumtenens, Processus multos veteres Criminales inexpeditos remanere, consuluit per litteras Excell. Senatum, quid pro illorum expeditione prouidendum esset. mox Senatus responso accepto, eoq; laudato rescripsit optimum fore, vt Senatus ipse, prout consueuerat, ita executione mitti quamprimum curaret.

Senatus igitur tenore præsentium eligit Egregios Iurisconsultos D. Cæsarem Aduocatum, & D. Iacobum Bripium Vicarios generales; quibus mandat, vt alter videlicet D. Aduocatus ad Tribunal Capitanei Iustitię, alter verò videlicet D. Bripius ad Tribunal Prætoris Mediolani, cum interuentu Fisci, & participato negotio cum Mag. D. Sigismondo Picinardo Senatore, perficienda in dictis processibus perficiant, illorumq; expeditioni totis viribus incumbant, & referenda Senatui referant. In alijs autem ciuitatibus, & locis totius Dominij Mediolanensis mandat Senatus ipsarum ciuitatum, ipsorumq; locorum Fiscalibus, vt vnà cum Prætoribus earundem ciuitatum, & eorundem locorum vacent eiusmodi processuum expeditioni; & singulis mensibus de ijs, quæ gesserint, prædictum Senatorem admoneant: qui de omnibus in Senatu verbum faciet, & eorum perfectionem curabit.

Annib. Cruceius

Ordo pro celeri expeditione causarum criminalium.

MDXXIII. DIE XXIV. OCTOBRIS.

ETsi antiquis decretis cautum fuit, processus Criminales perfici debere intra spatiū à iure municipali ciuitatis, aut loci cuiusq; præfixum; vbi.s. ius municipale adest; vbi autem non adest, intra dies XV. à die delati criminis inchoari, & intra lx. perfici, non computatis tamen ferijs in honorem Dei institutis: Viguitq; consuetudo, vt, vbi processus intra eiusmodi temporis spatium non perficerentur; Iudices non perfectorum processuum causas Senatui redderent, attamen perdiu est, cùm nihil horum obseruatur, magno cum subditorum huius Prouincię Mediolanensis incommodo, & damno, certoq; iustitiæ contemptu. Quo circa malo huic remedium adhibere volens Senatus, submonitus etiam ab Illustrissimo, & Excellentissimo Regio Locumtenente.

Mandat omnibus, & singulis Officialibus, & iusdicentibus huius Prouinciæ Mediolanensis tam mediatis, quàm immediatis, vt omni studio ac diligentia muneri suo incumbant; & processus coram se pendentes, & quos posthac agi contigerit, intra præfixos terminos inchoent, & perficiant: aut causas, quare perfecti non fuerint, aut perfici nequeant, Senatui quamprimum reddant, sub pœna priuationis officij, & alia grauiori Senatui ipsi arbitraria: idq; in officio quisque suo publicari, & registrari faciat: vt successoribus etiam innotescat; inuiolabiliterq; & perpetuò obseruetur: publicationisq;, & registrationis factæ litteras ad Secretarium subscriptum quamprimum mittat.

Annibal Cruceius.

Correctio quorundam abusuum qui in faciendis processibus Criminalibus committebantur.

MDLxxiii. DIE ix. SEPTEMBRIS.

CVm Egregius D. Iacobus Brippius vnus ex Vicarijs generalibus status Mediolani ab Excell. Senatu electus ad syndicandum Vicarium Capitanei Iustitiæ, notariosq;, & alios illius Tribunalis ministros pro annis 1572. & 1573. in relatione sua præfato Senatui facta adscripsisset, se in euoluendis actorum libris abusus quosdam prouisione dignos animaduertisse: Senatus, qui nihil aliud studet, nisi vt iustitia, cuius administrandæ cura ei commissa est, rectè, & rite omni ex parte administretur; habita torum, quæ præfatus D. Brippius admonuerat, matura consideratione, & re communicata cum illustriss. & Excell. Regio Locumtenente, ad singula monita opportunas prouisiones adhibuit in modum infrascriptum.

Primùm D. Brippij monitũ est, quòd in prædictis libris actorum, vbi tractatur de pœna vulneris, quæ per remissionem partis offensæ tollitur, vbi præsentatur remissio, vlterius nunquam in illis causis proceditur cùm tamen superfit ferè in omnibus delictum prioris euaginationis, & abusus: vnde damnum in hoc Fisco infertur, ex eo quòd omittitur processus ad vlteriora.

Decretum Senatus, procedatur ad condemnationem abusus armorum, & prioris euaginationis, non obstante remissione.

Secundùm monitum est, quòd actuarij multas, immo omnes visitationes, multas autem querelas, & multa indicia in folijs describunt, dicentes se in libris mox relaturos: sed multas hactenus omiserunt, quas in libris, vt debebant, non scripserunt; ideo fortè bonum esset breuem aliquem terminum dictis Notarij, & actuarijs, & coadiutoribus; & simplicibus scriptoribus præfigere, intra quem sub aliqua pena tenerentur omnia in libros officij transferre; alias multæ fraudes circa dispersionem oriri possent, quæ non modicum & Fisco, & priuatis damnum possent inferre.

Decretum Senatus, præfigatur trimestre ad registrationem omnium retroactorum, & in futurum registrentur.

Tertium est, quòd ex quo librum particularem relaxatorum fideiussori conscribunt, frustra ille conficitur, postquam non omnes in illum referuntur; quia cognoui ex lectione processuum, & collatione scripturarum, multos esse omissos. ideo cogendi sunt omnes in illum librum conferre, cum titulo delicti, nomine fideiussoris, & expressione quantitatis, pro qua fideiubetur.

Decretum Senatus fiat iuxta monitum.

Quartum est, quòd notarij multas habuere decretationes, vt formarent inquisitiones de turbata possessione, & ipsi addiderunt etiam de furto; vnde grauioribus expensis querelati grauati fuere.

Decretum Senatus, moneatur, vt in posterum abstineant à simili abusu, sub pena suspensionis ab officio per trimestre.

Quintum est, quòd multos detinere fecerunt pro insolentijs, quos noluerunt relaxare, nisi prius per eos datis fideiussoribus de se consignando in termino limitato, vnde magis grauarentur querelatos, quàm debuerint.

Decretum Senatus, ad hoc non videtur esse manus apponenda, ne forte pro-

cessuum expeditio differatur; sed Iudicibus mandat Senatus, vt illos quamprimū expediant, & ab auaritia abstineant.

Sextùm est, quòd concesserunt capturas contra octo, & quandoq; decem pro abductione lignorum, cum maximo querelatorum detrimento: vtputa, Titius prætendens ligna cuiusdam nemoris ad se pertinere, cùm tamen in illius possessione esset Sempronius, de facto conduxit operarios ad succidemdum dicta ligna; qui bona fide conducti, credentes vero Domino operas præstare, succiderunt, alij, vt bubulci, pariter bona fide conducti, dicta ligna abduxerunt. Querelatur Titius, qui conduxit operarios, querelantur & operarij, & bubulci: & damnum lignorum fortasse non excedit pretium duorum aureorum. Ideo videtur nimis graue, ac dispendiosum, quod pro tali delicto tot personæ grauentur captura, & tot expensis.

Decretum Senatus, caueant iusdicentes ab huiusmodi abusu.

Septimùm est, quòd in libro condemnationum die 16. Nouembris, anni 1573. facta fuerat condemnatio contra quandam Prudentiam pro scaccho capitū sex peltri, facto D. Cæsari de Valle coadiutori in officio, pretij libr. 7. sold. 10. & condemnata fuerat ad fustigationem, & aurium perforationem, item ad restitutionem peltri, vel pretij, & tamen fuit cancellata, & in margine scriptum, errore condemnata, quia aderat remissio: & interrogatus super ea Notarius dicit, quòd sub die 15. delata fuerat remissio, sed quòd non fuit tunc aptatum volumen condemnationum, super quo iam vt condemnata fuerat descripta, & quòd ideo nec ad Cameram fuit trasmissa.

Pariter etiam sub die 12. Decembris inter alios fuit condemnatus Moyses faber cementarius, pro verbis iniuriosis, & colapho cum sanguine mulieri illatis, in libris 25. tertiolorum; & cancellata fuit a Notario condemnatio, & scriptum in margine, errore, quia aderat comparitio. hic dicit idem Notarius, quòd condemnatio facta fuit sub die 12. sed quod iam sub die 10. allata fuerat remissio, qua non visa pronuntiatæ fuerunt condemnationes, quæ tamen non essent illis Notarijs permittenda.

Decretum Senatus, Abstineant actuarij à similibus; sed si quid erroris interuenerit, curia ipsa consulta corrigat, & non ipse actuarius, sub pœna falsi. & animaduertant Iudices ad causam scacchi, quam nimis frequenter in inquisitionibus describunt, & indebitè.

Atq; hæc decreta, & prouisiones mandat Senatus apud omnia tibunalia huius Dominij Mediolanensis inuiolatè obseruari, sub pœna Iudicibus arbitrio Illustriss. & Excell. Regij Locumtenentis, aut Senatus ipsius imponenda; actuarijs verò, coadiutoribus, & scriptoribus priuationis officij, & alia grauiora eidem Senatui arbitraria. Annib. Cruceius.

ORDO DE MERCEDE

Baricellorum, custodum Carcerum, & aliorum.

Carolus V. Romanorum Imperator, &c.

CVM multi ex subditis huius Dominij, conquesti in Senatu nostro sępius fuissent, quòd Baricelli Collaterales, carcerum custodes, Executores, ac alij Officiales pro capturis reorum, ac executionibus realibus, & personalibus in causis ciuilibus, criminalibusuè faciendis, modum suæ debitæ mercedis excedebant: Quòdquè Iudices, quibus

bus aliquod salarium ordinarium statutum non est, pro eorum honorarijs, aliquando (eo quia nulla esset certe merces statuta, quam pro laboribus suis accipere possent) sub huius incertitudinis colore, plus quam par esset, accipiebant, in graue eorum damnum, ac præiudicium. Idq; assumptis informationibus verum esse compertum fuisset: Idem Senatus, vt huiusmodi indebitis exactionibus congruam adhiberet prouisionem, ac subditorum nostrorum indemnitati opportunè consuleret; negocium hoc voluit mandare duobus Senatoribus, vt maturius procederetur; qui se informarent de prædictis, adhibito etiam Fisco, & vocatis aliquibus ex iusdicentibus: mox referrent. Quod cùm summa diligentia factum esset; tandem certos super hoc negotio ordines promulgauit, tenoris infrascripti: videlicet.

De mercede debita pro exequutionibus realibus.

SI fiant exequntiones in Ciuitate, vel suburbijs: pro leui executione habeant executores sol. sex Imper. pro quolibet dumtaxat, quantacunque sit summa, promissione, seu associatione in possessionem tantundem. Si verò fiant extra ciuitatem, & suburbia, habeant duplum, vltra etiam sol. vnum pro singulis mille passibus. Pro fortiori seu effectuali executione, si intra Ciuitatem, & suburbia fiant, habeant sol. vnum pro singula libra Imper. vbi summa non excedat libras vigintiquinque; abinde verò supra, vsq; ad libras centum, denarios nouem Imper. pro libra; & à libris centum, vsq; in quinquecentum, denarios sex pro libra; & ab ea summa supra, quantacunque sit, denarios tres pro libra. Si autem fiant extra Ciuitatem & suburbia, vltra prædicta habeant sol. vnum pro singulis mille passibus pro quolibet famulo, siue executore, modò non accedant in maiori numero, quā sit expressum in precepto eis per Iudicem tradito.

Pro mansione in possessione, seu pro assistentia recollectioni fructuum sequestratorum, seu pro descriptione bonorum, & fructuum, habeant sol. decem, & octo Imper. pro singulo die, quo steterint occupati circa id negotium, & pro itinere sold. vnum pro quibuslibet mille passibus. Præmissi non possint, vltra mercedem supra eis taxatam, & infra taxandam, quicquam directè, vel per indirectum, etiā pro expensis cibarijs, à partibus consequi: immò si quid ab eis sibi datum fuerit, id cedat, & compensentur in dicta eorum mercede, sub pœna quadrupli, parti applicanda, & ictuum duorum funis. Quodq; non possint prouinciam sibi demandatā recusare, nisi legitima ex causa, arbitrio Iusdicentis, sub pœna standi per diem vnū ad catenam infamem. Et quòd prædicta merces non debeatur, nisi demum facta relatione apud acta Iusdicentis, in temporibus limitatis ex forma nouarum Constitutionum. Et quòd vnica tantum merces debeatur, etiam si sæpius accesserint pro executione huiusmodi facienda.

De mercede debita pro exequutionibus personalibus siue qualitercunque faciendis.

SI fiant pro debito priuato, siue pro pœna pecuniaria, etiam descendente à causa criminali, habeant duplum eius, quod supra taxatum fuit, singula singulis

congruè referendò, excepto itinere, pro quo habeant dumtaxat sol. vnum pro quibuslibet mille passibus. Si verò fiant pro delictis, & delictum sit tale, pro quo ingeratur pœna sanguinis, vel corporis afflictiua citra mortem, vbi sequuta non sit cõdemnatio, non possint consequi vltra scutum vnum auri pro singulo captiuo, in carceribus consignato; post condemnationem verò scutum vnum cum dimidio: si autem delictum sit tale pro quo pęna mortis naturalis veniat imponenda, ante cõdemnationem, accipere non possint vltra scutum vnum cum dimidio pro quolibet; Et si captura fiat post condemnationem, vsq; ad scuta duo pro singulo. Et hoc vbi captura fiat in Ciuitate, vel suburbijs. Vbi verò fiat extra, si ante condemnationem, & pro delicto sit pęna sanguinis, vel corporis afflictiua, citra mortem, consequi possint vsq; ad scutum vnum cum dimidio; post condemnationem, vsq; ad aureos duos. si autem delictum se extendat ad mortem naturalem inclusiuè, ante condemnationem, habeant vsq; ad aureos duos, post condemnationem, vsque ad aureos quattuor. Et si pœna delicti sit alternatiua, pecuniaria scilicet, vel corporalis, attendatur quò ad hoc pœna corporalis.

Vbi contingat aliquem spontè se constituere, & Iudex, coram quo se constituit, iubeat eum duci ad carceres, seu detineri; si pœna delicti, de quò imputatur, se extendat vsque ad mortem naturalem inclusiuè, habeant vsque ad dimidium vnius aurei pro singulo detento: si verò sit citra mortem naturalem, vsque ad quartum vnius aurei. Et quòd vltra prædicta quicquam accipere non possint, etiam à spontè dantibus, sub pœna de qua supra: minus tamen accipiant arbitrio Iusdicentis, iuxta modum capturæ, & qualitatem personarum detentarum. Ita tamen quòd miserabiles detenti nihil soluant, sed vbi dimittendi sint, gratis dimittantur.

Quòd Baricellus, & alij Executores non possint quicquam ex Domo detentorum exportare sine licentia Iudicis, de qua appareat per scripturam, sub pęna de qua supra. Quòdq; sub eadem pœna teneantur, quicquid in actu capturæ captiuis abstulerint, statim apud Notarium officij deponere, ac consignare, exceptis armis, quæ apud eos conseruentur: Ita vt si postea liberentur, soluta mercede, ac alijs legitimis expensis, omnia eis restituantur; si verò condemnentur citra bonorum confiscationem, eorum hæredibus dentur; si cum bonorum confiscatione, Fisco cedant, exceptis armis, quæ remaneant ipsis Executionibus.

Quòd Baricellus, ac eius socij, sub pęna duorum ictuum funis, vltra damnum parti resarciendum, non possint ab ijs, apud quos hospitantur, quicquam accipere, seu consequi, præter fęnum, seu paleam pro equis, & lectum cum coperta, pro vna duntaxat die ac nocte.

Decretum Collateralis, seu custodis carcerum.

Qvòd non possit accipere à carceratis vltra sol. vigintiquinque Imper. pro quolibet singulo die, ac nocte: Ipso tamen custode eis condecenter subministrante prandium, & cęnam, ac lectum cum linteaminibus, & coperta. Et si contingat aliquos ex carceratis velle modum excedere, & lautius viuere, non possit custos aliquid vltra solitum cæteris commune de suo subministrare, sed id carcerati mittant acceptum

ptum ad hoſpitium. Hæc tamen locum non habeant in eo genere perſonarum, quæ groſſiori modo viuere ſolent: à quibus accipere non poſſit vltra ſol. quindecim Imper. pro ſingulo die ac nocte, pro quolibet. Et ſi prædictis contrafecerint, cadant in pęnam aureorum decem qualibet vice, qua contrafactum fuerit, Fiſco applicandam; & alia etiam corporali pęna afficiantur arbitrio Senatus. Et quòd ſub eadem pœna teneantur quemlibet petentem ſe mitti ad carceres communis, ſtatim traſmittere. Modò prius accedat conſenſus, ſiue licentia Iudicis, de cuius mandato detinetur; quem Iudicem ſtatim, vbi requiſitus fuerit a carcerato, teneatur cuſtos alloqui huiuſmodi re.

Taxa honorarij in cauſis criminalibus debita Iudicibus, qui de publico ſalarium non habent.

PRo Examinibus reorum, ſi ſpontè ſe conſtituerint, & tractetur de pęna capitali, habeant vſq; ad aureum vnum pro ſingulo; ſi verò non ſit capitalis, vſq; ad dimidium vnius aurei: & hoc ſemel tantùm, etiam ſi ſæpius examinarentur. At ſi ſponte non ſe conſtituerint, ſed detenti fuerint, nihil debeatur, & tamen quanto citius fieri poterit, examinentur.

Prò Examine teſtium ad offenſam nihil conſequi poſſint.

Pro Examine teſtium ad defenſam, ſi delictum ſit capitale, & teſtes non ſint vltra tres, ſuper duobus, vel tribus capitulis, non computato tamen capitulo vocis, & famæ, habeant vſq; ad dimidium vnius aurei. ſi verò maior ſit numerus teſtium, vel capitulorum vſq; ad ſex, habeant vſque ad aureum vnum. abinde verò ſupra, non excedant aureos duos. Et ſi delictum non ſit capitale, pęna tamen ſit corporalis, habeant dimidium eius, quod ſupra dictum fuit, ſingula ſingulis congruè referendo, vbi autem pęna ſit pecuniaria tantùm in omni caſu, non habeant vltra dimidium vnius aurei.

Pro ordinationibus, quæ fiunt ſuper relaxationibus carceratorum, ſub fideiuſſione, præcedente relationis ſtatus cauſæ, & ex ordine Senatus; Cùm contenti eſse debeant mercede ſibi conſtituta, pro ipſa relatione, & de qua infra; nihil accipere poſſint.

Pro huiuſmodi autem ordinationibus, quas aliter per Iudices fieri continget, vbi cauſa capitalis, accipere poſſint ſol. quinquagingita, vbi autem capitalis non ſit, ſol. viginti quinque: in quibus tamen computetur id, quod habuerint pro viſione ſcripturarum.

Pro relationibus non diffinitiuis, quæ fiunt de ſtatu cauſæ ad Senatum, ſiue fiāt, in ſcriptis, ſiue verbo, vbi delictum ſit capitale, accipere non poſſint vltra aureum vnum; vbi verò non ſit capitale, euis dimidium non excedant.

Pro relationibus diffinitiuis cum voto, ſiue fiant in ſcriptis, ſiue verbo, vt ſupra, quatenus delictum ſit capitale, & feratur ſententia abſolutoria, non excedant aureos duos, & vbi non ſit capitale, vſq; ad aureum vnum conſequantur. Modò tamen in vtroque caſu non præceſſerit relatio ſtatus cauſæ: quo in caſu dimidium tantùm eius, quod ſupra taxatum fuit, congruè referendo, conſequi poſſint.

Pro præſentatione gratiarum, & caſſatione condemnationum, ſi gratiæ ſint tales, in quibus requiratur approbatio Senatus, habere poſſint vſque ad aureum vnum; ſi verò conceſſæ fuerint per litteras miſſiuas Locumtenentis no-

ſtri,

stri vt fit in delictis leuioribus descendentibus à proclamationibus, accipere non possint vltra dimidium vnius aurei.

Præmissa tamen locum non habeant in personis nihil proprij habentibus, sed quotidianus laboribus sibi victum quærentibus: à quibus vltra dimidiũ eius, quod taxatum fuit, congruè referendo, consequi non possint: à miserabilibus autem nihil penitus consequi valeant. Et quòd vltra prædicta non possint aliquid percipere etiam à sponte dantibus, sub pœna aureorum centum Cameræ nostræ applicandorum, amotionis, vel suspensionis ab Officio, arbitrio Senatus. nec in exequendis his ordinibus interponatur dilatio, sub eadem pœna.

Iudices autem, qui de publico salarium ordinarium habent, teneantur seruare ad vnguem dispositionem nouarum Constitut. de qua sub Rubrica de sportulis, sub pęnis in eisdem Constitut. contentis.

Quos cùm (ita exigente publica vtilitate) maturè esse compositos cognouerimus: Illos approbantes, inconcussè, prout iacent, seruari mandamus. In quorũ fidem præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani 17. Augusti 1553.

Signat. B. Patellanus.

Quod nullus delatus aut defferendus de auxilio ad homicidium in rixa, possit posthac pœna mortis, & confiscationis condemnari.

MDLXXXII. DIE VII. MAII.

SAepe dubitatũ in Senatu fuit, post publicatos nouissimos ordines iussu Reg. Maiest. quibus Senatui eidem iniungitur, vt legum communium, ac Constitutionum Status præscripta adamussim obseruet in diffinitione causarum; consuetudine contraria qualibet explosa; an qui de auxilio ad homicidium in rixa præstito culpantur, & contumaces condemnantur, possint ad pęnam mortis, & confiscationis posthac condemnari, iuxta antiquum vsum in hac metropolitana, & nonnullis alijs huius Dominij locis, qui etiam inter postrema Senatus Decreta relatus est. Cum verò iura & rationes in vtranq; partem per Senatores non semel adducta, simul & discussa fuissent; Auditusq; demum vnus ex egregij Fisci Aduocatis, cui munus refferendi fuerat ab eodem Senatu demandatum; quo manus extrema huic negotio, quod magni alioquin est momenti imponerentur, isq; verba Decreti in titulo de pœnis, versiculo, Si quis verò auxilium, in sensum consuetudini recitatæ contrarium bifariam obseruasset; & quòd aduersatiua præcedentibus, nedum in facto, sed etiam in iure aduersetur, & quòd non possit pœna semper esse vniformis mortis, & bonorum confiscationis, si vt in Decreto legitur, iuxta facti qualitatem puniendus est auxiliator, & illud de in subiecisset, quòd arbitrium Iudici ad fontes puniendos concessum, ad pœnam mortis nunquam extendi queat, nisi in casibus, quibus tali pœna lege communi puniri reperirentur. Iure autem communi inspecto, auxiliatores pœna capitis & quæ ab illa consequitur, non damnari, nisi quando ante homicidium, vel in actu homicidij, allatum ex proposito auxilium fuisset, non etiam si casualiter, & in rixa, idq; vel ex ipso etiam vsu compertum, quandoquidem de tali auxilio qui conuincuntur, vel confessi verè deprehenduntur,

duntur, non nisi extraordinaria pœna damnari consueuerint: Dictu propterea ab sonum videri, quòd plures quicquam fictæ, quàm veræ confessioni sit tribuendum.

Sanxit Senatus, inhærendo veræ decreti ipsius interpretationi, nullum de auxilio ad homicidium in rixa delatum, aut defferendum, siue contumax fuerit, siue non, posse posthac pœna mortis, & confiscationis bonorum condemnari, sed alia infra mortem leuiori, & grauiori, iuxta facti ipsius qualitatem, re tamen per Iudices inferiores apud curias prius proposita, & conclusa, vel cum Fiscalibus generalibus, vel Auditoribus; si minoris fuerint Magistratus, communicata: omnemq; contrariam consuetudinem, & illam similiter, quam alibi inoleuisse relatum est, condemnandi reos istiusmodi ad certam pecuniariam quantitatem, irritã ex nunc decreuit, ac decernit. Mandatq; quibus spectat, vt hanc ipsam sanctionem in locis consuetis publicari curent.

PHILIPPVS HISPANIARVM ETC.
Rex, & Mediolani Dux, &c.

Dilecte noster, sicuti noctes atque dies studet Senatus, vt iustitia ciuilis, & criminalis suas obtineat partes, sic etiam prouidere solet, ne quis indebitè, aut seuerius mulctetur; animaduertens igitur in aliquibus Ciuitatibus abusum inoleuisse in damnandis ijs, qui homicidio citra animi propositum interueniunt, nec tamen principales sunt, operepretium duxit declarare quomodo sit in his casibus procedendum, vt feriosius videbitis ex declaratione alligata; quam vos, & successores vestri seruabitis, & apud officium vestrum registrari facietis. Dat. Mediolani die 10. Maij. 1581.

M.Ant.Marlianus.

A tergo, Egregio Iureconf. Prætori Nouariæ nostro dilecto. Et sig. &c.

Ordines pro quibusdam abusibus, qui in causis Criminalibus committebantur tollendis.

MDLXXX. DIE XIV. MAII.

IN relationibus processuum agitatorum in causis Syndicatuum Senatui Excellentissimo Mediolani factis, intellexit Senatus multa fieri, tum à Notarijs, tum à Iudicibus, multa item omitti, ex quibus grauia damna Regijs subditis inferuntur, iustitia violatur, & ordines ab eodem Senatu, conditi, vel penitus euertuntur, vel in sinistrum sensum trahuntur: Inter alia animaduertit abusus subsequentes videlicet.

Notarios quandoq; inscijs etiam Iudicibus, capturas, & relaxationes satellibus, & custodibus carcerum oretennes tantùm concessisse.

Contigisse plerunq; vt capti fuerint à satellibus aliqui cum armis, sub prætextu quòd aut arma, aut locus, aut tempus essent ex proclamationum superinde publicatarum dispositione prohibita, cùm tamen prohibita verè non essent, & nihilominus eiusmodi captiuos grauibus impensis, & molestijs carceris, capturæ, relaxationis, & alijs similibus affectos fuisse.

No-

Notarios abusum aliquando induxisse in scriben. libris causarum Criminalium diuersas decretationes videlicet: Non procedatur; casus inopinatus; non extant inditia, & similia; cum tamen hæc non ad illos, sed ad iusdicentes iudicare pertineat, & ex inscriptionibus huiusmodi Iudices moueri facilè possint ad non procedendum.

Citationum præsertim perhemptoriarum relationes in libris sæpius scriptas non fuisse, aut si scribi cœptæ fuissent, non completas, aut etiam aliquibus in locis deletas, aut immutatas.

In casibus leuibus formatas fuisse inquisitiones super sola, vel partis, vel consulis denuntia.

Examina testium, & alios alius generis actus imperfectos remansisse.

Processus aliquando in foliatijs, nō in libris, vt ordine disponunt fuisse conscriptos, etiam si nulla esset necessitas ita faciendi, mox cùm in libris referrentur, aliqua inuenta fuisse immutata, & foliatia dispersa.

Processum fuisse sæpius ad pœnam prioris euaginationis, vbi aliquis manum tantùm apposuisset ensi. vel pugioni, licet non eduxisset.

Contra verò non fuisse processum ad pœnam abusus armorum postquã sequuta esset partis offensæ remissio, etiam in casibus, in quibus extiterit confessio reorum.

Deniq; animaduertit commissa quandoq; fuisse delicta ab ijs qui fraudibus bladorum præsunt, eosq; impunitos sæpe euasisse, quia iudices ordinarij contra eos non procedant.

Quibus morbis medelam adhibere volens infrascripta decreta, quæ inuiolabiliter obseruari mandat, condere statuit.

Primò, quòd deinceps capturæ omnes, & relaxationes carceratorum à solis iusdicentibus concedantur, & per Notarios in scriptis dentur exequutoribus, & in processibus registrentur.

Secundò; cauere debere Prætores, & alios Officiales, ne aliqui detineantur ex causa delationis armorum, qui non sint cōprensi in dispositione proclamationum, & vbi detineantur, dimittendos absq; impensa, & dãna eis esse reficienda.

Tertiò: Actuarios ad processus in libris descriptos applicare non debere apostillas, quibus dicatur, vel non esse procedendum, vel quòd casus sit inopinatus, vel quòd indicia non extent.

Quartò relationes quarumcunque citationum, & maximè perhemptoriarum, in libris esse describendas.

Quintò; inquisitiones non deberi formari ad simplices denuntias, etiam si casus leues sint, sed examinatis prius testibus in processibus nominatis omnibus, si fieri poterit.

Sextò; examina testium & alios quoscunq; actus, debere ad longum perfici, nec aliquo pacto imperfectos esse relinquendos.

Septimò, dispositionem Nou. Const. & ordinum, de conscribendis processibus in libris, omnino ad vnguem esse obseruandam, & vbi necessariò oporteat aliquid in foliatijs conscribi, cum postea in libris referentur foliatia ipsa nihilominus in actis omnino dimittenda esse, & asseruanda.

Octauò, de primo ponente manus ad arma, vel primo euaginante ensem, vel pugionem, non esse procedendum, nisi ensis vel pugio plenè euaginatus fuerit, vel extra corigiam eductus.

Nonò, etiam post sequutam partis remissionem procedendum esse ex officio ad

ad pœnam abusus armorum, remissione ipsa non obstante, præsertim si rei delictum fassi fuerint.

Decimo, si Milites ad fraudes bladorum deputati, aut alij priuilegiati delicta communia committant. Et Iudices sui intra terminos à constitutionibus limitatos processus non expediant,& expeditionis Iudicibus ordinarijs fidem non faciant, Iudices ipsos ordinarios eis terminis lapsis, procedere contra illos omnino debere.

Et prædicta omnia seruari mandat Senatus sub pœna scutorum quinquaginta Fisco Regio applic. & alia grauiori, etiam corporali, ad Senatus ipsius arbitrium, iuxta casuum & personarum qualitatem. Et quia ex eisdem Syndicatum relationibus cognitum fuit, Actuarios, quorum cura est, vt testes ad offensam temporibus debitis examinentur, & rei contumaces quam primum condemnentur, in vtroq; fuisse negligentes, ita vt iustitiæ quandoq; fucus factus fuerit, & delinquentes, impuniti dimissi. Mandat idem Senatus, sub pœna de qua supra, Actuarijs omnibus, in prædictis exequendis, quàm cellerimè fieri possit, accurratè incumbant, & ita agant, ne eorum diligentia desideretur, ac præterea, vt singulis mensibus Iudici proponantur in scriptis causæ inexpeditæ, & propositiones, in libris redigantur, & similiter notula fiat omnium condemnandorum, eaq; Iudici exhibeatur, mox in libris condemnationum referatur ad ipsorum Actuariorum excusationem, quòd nisi relatæ fuerint, aliæ eorum excusationes non admittentur. Facius.

Et sigillata, &c.

Publicata die 10. Iunij. 1580.

DECRETVM GRATIOSVM EDITVM DIE XVIII. DECEMBRIS MDLXXI.

Don Aluarus de Sanda, Arcisporta Iouis Mediolani præfectus, & Prouinciæ Mediolanen. Gubernator, ac Italiæ Regius Capitaneus Generalis, &c.

MAgnæ sanè, atq; optabiles superioribus temporibus causæ se se obtulerũt ob quas frequẽtes Deo immortali gratias agi, & varia publicæ lætitiæ signa edi par fuit: Sed nulla iudicio nostro, aut maior, aut optabilior extitit; quàm quæ Dei Opt. Max. beneficio nuper oblata est, cũ Sacratissima Regis Catholici Domini nostri Maiestas Filiolo, non modo ad successionis tot regnorum suorum spem, sed etiam ad vniuersi terrarum orbis tranquillitatem, aucta est, ob cuius felicẽ atq; opportunum, exoptatissimumq; ortum, post actas bonorũ omnium datori Deo debitas gratias, hoc etiam, in maius lætitiæ argumentum, edictum publicè proponendum curauimus: quo variorum criminum pœnas condonandas, & creditorũ in debitores seueritatem aliqua ex parte mitigandam duximus.

Itaque præsenti edicto nostro, Regia & Ducali auctoritate, qua fungimur,

L habita

habita Senatus Excellentiss. sententia, req; postmodum etiam in Consilio Secreto participata, Decernimus, statuimus, & mandamus, omnes & singulos huic Dominio Mediolani mediatè, immediatèuè subiectos, aut in eo firmam habitationem habentes; qui de quibuscunq; delictis & criminibus, etiam capitalibus, ab hodierna die retro factis, vel commissis suspecti, delati, accusati, vel iudicati sint, etiam si confessi aut conuicti fuerint. & siue processus ipsi adhuc cœpti non sint, siue adhuc pendeant, siue iam condemnatio sequuta fuerit, & siue rei in carcere sint, siue iam ad triremes deportati, siue sub fideiussione extra carcerem iudicant, siue adhuc in iudicio non comparuerint, & siue in contumaciam banniti, aut condemnati, aut arbitrio nostro, vel Senatus, aut aliter certo tempore, aut perpetuo exulare iussi fuerint; à quacunq; pœna non modo corporali, sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione, quæ tam ad Regiam Cameram, quam ad Feudatarios, vel communitates huius dominij spectaret, dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, vel composita non sit, aut bona ipsa per sententiam confiscata, & actualiter apprehensa non fuerint; ipso iure & facto absolui, & liberari debere. Atque ita præsenti edicto absoluimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus, & si aliqui prædictis de causibus carceri mancipati sunt, eos illico liberari, & dimitti mandamus.

Atque hæc omnia locum habere declaramus quo ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & pacem ab offensis habuerint, in casibus in quibus remissio necessaria est: aut illam intra tres menses, post huius edicti publicationem, obtinuerint, & infra idem tempus officialibus, ad quos spectat, spectabituè, citato Fiscali illius ciuitatis, aut loci, vbi adsit, in authenticam formam legitimè præsentauerint.

Declarantes etiã inter casus, in quibus remissio partis non requiritur, cõprehendi casum prouocationis ad rixã, insultus simplicis, primæ euaginationis, aut delationis armorũ prohibitorũ; vbi tamẽ vulnera, percussioneſuè sequutę non fuerint.

Volumus autem, vt officiales, in abolitionibus faciendis, ad omnia diligenter aduertant: & si qui fortè simpliciter de homicidio condemnati fuerint aliquibus indicijs præcedentibus; ex quibus suspicio animi deliberati elici possit; licet qualitas ipsa expressa non sit, sed tantùm præmissa facti narratione inquisitio formata fuerit; mandamus, vt productis legitimæ remissionis instrumentis, rem omnem Senatui referant, qui pro casuum & personarum qualitate, quid agendum fuerit decernet.

Declaramus insuper in hoc Edicto non comprehendi eos, qui in Crimina Læsæ Maiestatis, Rebellionis, Hæresis, Fabricationis falsæ Monetæ, Sodomiæ, Homicidij animo deliberato patrati, mandati ad occidendum dati, ex quo sequutus fuerit effectus, & Testimonij falsi ad offensam in causa capitali perhibiti, aut in aliquod eorum inciderint: quos omnes, & singulos præsentis edicti beneficio gaudere nolumus: sicuti neq; eos, qui dum Officiales essent, in suis officijs deliquerunt, quos pariter ab huius Edicti indulgentia exclusos esse declaramus.

Volumus tamen Consules terrarum, Antianosq; parochiarum, qui ob denuntiationes omissas, vel minus legitimè factas in pœnam aliquam incurrerint, sub officialium nomine non censeri, sed in hoc decreto comprehensos esse.

Mandantes omnibus, & singulis Officialibus, Iusdicentibus, & Notarijs huic Dominio, mediatè, vel immediatè subiectis; ad quos spectat spectabituè, vt omnes,

nes, & singulos processus, scripturas, condemnationes, acta, banna, & quælibet alia, quæ in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur (saluis tamen reseruatis vtsupra) gratis deleant, & annulleant, ac reorum huiusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant: sicut & nos præsenti Edicto delemus, annullamus, tollimus, & abolemus, saluis ijs quæ respectu gratuitæ remissionis à Senatu ordinata fuerunt die 21. Aprilis Anni. 1559. quæ ad vnguem seruari volumus.

Volentes etiam, & ita expressè mandantes quibuscunq; Officialibus, & Iusdicentibus vtsupra, vt pro quibuscunq; delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reseruatis) atq; eorum occasione, nullo modo in futurum procedere, inquirire, aut aliquos molestare audeant: modò in casibus, quibus requiritur, ab offensa parte legittima remissio obtenta fuerit, vt illam in futurum obtineri contingat, & termino mensium trium postquam de ipso delicto delati fuerint, & contra ipsos procedi cęptum sit, remissio ipsa eorum officio legitimè exhibita fuerit.

Ad hęc decernimus & ordinamus, quoscumq; tam publici, quàm priuati debiti causa in carcere detentos ex ipso carcere illico dimitti debere: quos omnes, & alios quoscunq; debitores, siue ex causa publica, siue ex priuata, intra quattuor menses personaliter molestari hoc edicto prohibemus.

Decernimus prætereà omnes, & quascumque mulctas, siue condemnationes pecuniarias, tam Regiæ Cameræ, quàm Feudatariorum, & communitatibus vrbiũ, oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum huius Dominij, quacumque ex causa in hanc vsq; diem factas, & applicatas nullas esse, neq; exigi aliquo modo posse, saluo vtsupra, & saluo semper iure tertij, quo ad capitale debitum, cui derogare non intendimus. In quorum fidem pręsentes manu nostra subscriptas, sigilloq; nostro munitas fieri iussimus. Mediolani die 18. Decemb. 1571.

Signata, Don Aluaro de Sande.

Declaratio Excellentiss. Senatus super Decreto gratioso Edito die 18. Decembris anni 1571.

INnotuit nuper Senatui quamplures in interpretanda, & exequenda generalis abolitionis sententia, abusus per aliquos Officiales admissos fuisse; Nam etsi in publica hac, & tãta lætitia quamplura fuerint condonanda, nonnulla etiam iustè veniunt retinenda, aut saltem accurratè perpendenda; in ijs præcipuè casibus, qui ex annexa notula adnotantur; pariter & vbi de re pecuniaria agitur, si per fideiussionem, aliteruè Cameræ cautum sit. Itaque animaduertendum, nec prius ad hęc apponenda manus, quàm consulatur Senatus, & quę ipsius ordinis sit, sententia habeatur.

DE CASIBVS RESERVATIS.

HOmicidium ab eo commissum, qui alia duo homicidia patrarit, etiam si ob ea damnatus nondum sit.

Vulnus proditoriè sclopo rotato illatum, etiam si mors non succedat.

Diminutionem monetarum, vbi amplius quam semel fiat.

L 2 Raptum

Raptum mulieris honestæ: & si copulæ non sequatur.
Vsum venereum cum Sanctimoniali, in habitu intra monasterium degente.
Sodomiam.
Spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum.
Adulterantes sigillum Principis, aut Senatus.
Propinationem veneni.
Cædem Officialis Ducalis.
Qui seditionem mandant Populumq;, aut Plebem aduersus Principis, vel Senatus decreta, & prouisiones concitant.
Qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur pœna mortis naturalis, ad alicuius offensam dicunt, aut ab alio dici curant, aut mandant.
Qui executiones reorum, vbi de mortis, vel mutilationis membrorum pœna agitur, impediunt, vel ab alijs impediri curant, aut mandant.

Signat. Facius.

Declaratio in causa furtorum pertinens ad Decretum gratiosum.

MDLXXI. DIE XIX. DECEMBRIS.

CVm referretur carceratorum generalis visitatio corā Illust. & Excellentiss. Gubernatore Dominij Mediolani, sedente in Excellentiss. Senatu, & sermo haberetur de nonnullis pro furtis ad remū damnatis: DD. Protectores carceratorum dixerunt, aliquos dictorum damnatorum aliqua furta fassos fuisse, sed de illis non constare, & propterea ignorari à quibus habendæ sint remissiones. Petebant igitur prouideri, vt ipsi fures memorato impedimento non obstante, vbi alias requisitas habeant, decreti gratiosi nuper editi beneficio possint gaudere, re vero maturè perpensa.

Declarauit idem Gubernator, cum voto ipsius Senatus, fures ipsos, etiam quòd remissiones non habeant pro illis furtis, de quorum dominis non constat, vbi idoneas alias habuerint remissiones pro alijs delictis, dicto decreto posse gaudere: cum eo tamen, quòd si dominus, cui furtum illud patratum fuerat, apparuerit, fur iam in gratiam receptus virtute huius decreti, ab ipso domino remissionem obtineat termino mensium duorum postquàm apparuerit.

Signat. Io. Maria Cattaneus, & sigillat.

Ordines Excell. Senatus obseruandi ab Officialibus, & Notarijs in abolendis reorum nominibus, editi anno 1559. de quibus Decr. generalis abolitionis meminit.

MDLIX. DIE XXI. APRILIS.

TAmetsi in generali criminum abolitione, quæ nuper ob pacem inter Catholicum, & Christianissimum Reges initam promulgata est, mandatū sit omnibus Magistratibus, seu Officialibus, & Notarijs, vt nomina Reorum in eo decreto compræhensorum gratis de albo deleant: attamen re ad Senatum delata, cum aliqui Officiales nullum ex ærario publico stipendium percipiant, & Notarij tribunalia rerum criminalium sub certis pensionibus conducant; visum est eorum

rum aliquam rationem habendam esse: omnibus igitur diligenter perpensis.

Senatus censuit, concedendum esse, & permittendum, atq; ita praesenti Senatus consulto permittit Officialibus, qui nullum de publico salarium habent, vt in hac generali criminum abolitione honorarium accipere possint, videlicet, pro qualibet causa capitali aureum vnum scutatum: pro causa verò non capitali dimidiam vnius aurei partem: à miserabilibus autē personis nihil prorsus accipiant.

Notarijs quoque rerum Criminalium in abolendis Reorum nominibus permissum est, vt pro qualibet causa capitali dimidiam vnius aurei partem, non capitali verò quartam partem aurei, à miserabilibus autem personis nihil omnino accipere possint.

Gubernatores insuper Statutorum Mediolani in causis reorum de albo delendorum, non possint pro ea abolitione accipere nisi asses decem imperialium pro quolibet reo, qui tamen non sit miserabilis, quoniam a miserabilibus nihil exigere iubentur.

Praeter honoraria supradicta nihil prorsus accipiant, etiam à sponte dantibus, aut dare volentibus.

Sub poena ipsis Officialibus, Notarijs, & Gubernatoribus quadrupli Fisco Reg. adiudicanda, & alia etiam grauiori arbitrio ipsius Senatus infligenda, si huic sanctioni non paruerint. Subs. F. Petr.

DECLARATIO PERTINENS AD MATERIAM Decreti gratiosi. Mediolani X. Maij. MDLIV.

IVDICI MALEFICIORVM PAPIAE.

NOn est haesitandum, quin poenae pecuniariae ob blasphemias irrogatae per generalem criminum abolitionem sint condonatae. Non etiam est haesitandū, quin remissio sit necessaria ijs, qui ob auxilium homicidio in rixa commisso praestitum pecuniaria pęna sint mulctati. atq; ita seruabitis.

Sig. Arrig. Subs. Franc. Petr.

ORDINES POSTREMI,

PRO OBTINENDIS RESCRIPTIS AB EXCELL. Senatu, vt valida sint.

MDLXXX. DIE XV. IANVARII.

CVM quandoq; propter litigantium importunitatem, & Patronorum causarum imperitiā, contingat ad Senatum recursum haberi in his, quae a Iudicibus causarum expediri possunt, multaq; etiam peti, quae, licet prima facie iusta & aequa videantur, tamen (veritate cōperta) vel in damnum alterius partis tendere, vel alia iniustitia laborare cognoscūtur. Quo fit, vt Senatus qui omnib⁹ succurrere studet, & quā tū fieri potest cauillationes, & litiū protellationes resecare conatur, saepissimè supplicationibus mendosis, & veritatem reticentibus, decipiatur; ita vt varia, & plura rescripta, & contrarias quandoq; prouisiones in eadē causa

causa emanari contingat, tam in Ciuilibus, quàm Criminalibus causis; nec non etiam in dispensationibus, & alijs prouisionibus, quæ in dies à Senatu petuntur. Propterea ijs omnibus, quoad fieri potest, occurrere volens Senatus, infrascripta statuere necessarium duxit, eaq; notificari iussit; vt sciant cuncti quid obtentur. sint.

Quòd si quid contra ipsa petatur, id vti calumniosum reijciendum esse, nec à Iudicibus (vbi fortè aliquid per importunitatem in contrarium obtinerentur) vllo modo seruari debere censet.

In primis igitur omnia, quæ ex Constitutionibus huius Dominij circa rescripta sancita sunt, memoriæ repetenda esse, & inconcussè obseruari debere à Iudicibus statuit; ac pro clariori eorum obseruantia declarat.

Quòd rescripta, quibus mandatur Iudicibus ordinarijs, vel alijs iurisdictionem habentibus, vt summariè & facti veritate attenta procedant, non tollunt, quominus dari debeat consilium sapientis, quòd aliàs ex iure municipali assumendum sit; Nec etiam censentur dare iurisdictionem, vt quis extra forum suum ad litigandum trahatur, nisi in specie id fuerit expressum. Verùm animaduertendum esse, ne id concedatur, nisi cum causæ cognitione, & ex iusta causa, parteq; vocata, ac etiã re in Senatu proposita; secus rescriptum sit nullius momenti.

Impetrantes rescripta teneantur intra sex dies iuridicos ea præsentare Iudici causæ, parte citata; alias nulla, & irrita sint; & Iudices, eo termino lapso, ea non obseruent.

Confirmationes pactorum in forma Cameræ non tribuant iurisdictionem executoribus Cameræ; sed partes coram iudicibus ordinarijs, tam Mediolani, quàm in alijs Ciuitatibus, & terris ius suum prosequantur. Quòd si partes in contractibus inter ipsas faciendis conuenerint, vt coram executoribus conueniri possint; eo casu exequutores ipsi nullum salarium sententiarum accipere possint; sed tantùm sportulas moderatas pro videndis scripturis; Quòd si causam consilio sapientis, vbi iuris articuli emergant, committi contingat consultor nihil plus accipere possit, quàm in alijs causis ab ordinibus cauetur.

Superfedentiæ non fiant in causa appellabili, post emanatum perhemptorium; & Iudex, vbi fiat, ea non attenta, si voluerit, iudicet.

Idem etiam in causa appellationis, vbi emanata sint duo perhemptoria signata manu Iudicis.

In alijs causis, superfedentiæ, quæ fiunt ad effectum, vt parti supplicatio intimetur; non habeant effectum post terminum ex Constitutionibus limitatum in tit. de rescrip. §. si quis preces, & eo lapso Iudices procedant, nisi pars, quæ preces porrexit, prouisionem reportatam præsentauerit; Nec fiant prorogationes dictarum superfedentiarum, nisi ex occupationibus Senatorum, quibus supplicationes, & responsiones ad referendum datæ sint, expediri non possint; quo casu Senatores, quibus delatæ sunt, fidem faciant de impedimento, subscribendo supplicationi.

Supplicationes non admittantur, nisi sint subscriptæ à parte, vel per aduocatum, vel causidicum, qui descriptus sit in matricula illius Ciuitatis, in cuius territorio causæ tractantur.

Semel decisa per Senatũ non reuocentur in dubiũ, nec iterũ proponantur; & in hoc diligẽter animaduertatur dũ supplicationes porrectæ leguntur; & vbi ex aliqua causa id fieri debere videatur, non fiat, nisi re in pleno Senatu proposita & primo

relatore causæ audito. Quòd si quis aduersus rem decisam per Senatũ supplicauerit, nõ facta mentione ordinationis iã factæ, vltra quòd prouisio superinde obtenta, nullius erit momẽti; Impetrãs ẽt teneatur ad expensas resarciendas parti aduersæ, & vlterius in pœnam quinquaginta aureorum Fisco Regio applicandorum.

Non auocentur causæ ad Senatum, nisi vbi Iudices iure ordinario prouidere non possint, & res prouisione egere videatur, idq; re in Senatu proposita.

Senatores nullam supplicationem expediant, nisi prius in Senatu proponatur; exceptis casibus, quibus de forma solet prouideri, & dispensari; vel si casus moram non pateretur.

In causa principali, & in quocunq; articulo, in quo parti consuli possit per remedium appellationis, siue ab interloquutoria, siue à diffinitiua, nullæ fiant prouisiones, sed partes ad eorum Iudices remittantur.

Si petatur tolli aliquam exceptionem ad præcidendas lites, vel calumniam aduersæ partis, nihil concedatur, nisi parte audita, & re in Senatu relata.

In causa appellationis super articulo principal non apponatur manus, nec causa ad Senatum trahatur, nisi tractetur de dolo, & fraude alicuius ex partibus; vel nisi subesset maxima æquitas ex parte petentis; aut tractetur de re valdè exemplari, vel Iudex malè sentiret: & in his casibus non apponatur manus, nisi parte audita, & re in Senatu tractata.

Exequutio rei iudicatæ non impediatur, nec differatur vltra disposita à iure cõmuni. Quòd si pars de iudicato conqueratur, res in Senatu proponatur, non retardata exequutione.

Non fiant de cętero prouisiones, quòd iudices causarum ciuilium, tam in Ciuitate Mediolani, quàm extra, faciant relationis in Senatu; aut verbum cum Senatore.

Non fiant expeditiones, quòd non obstante appellatione, exequutio primæ sententiæ concedatur; nisi ex euidenti calumnia appellatio interposita cognoscatur; & eo in casu res in Senatu, parte prius vocata, proponatur.

Informationes petentium immunitatem duodecim liberorum non expediantur, nisi lectis in Senatu informationibus.

Non concedantur moratoriæ debitoribus vltra quindecim dies, nisi parte consentiente, vel nisi magna æquitate subsistente; Idq; etiam non fiat, nisi præstita cautione de soluenda sorte, & expensas, damna, & legitimum interesse termino præfigendo, & vna concessa non concedatur alia, Et si quis supplicauerit, non facta mentione concessionis ei prius factæ, puniatur in scutis decem Fisco Regio applicandis; & pro eo teneatur ille, qui supplicationem subscripserit; & vlterius in expensis duplicatis per partem ea de causa factis.

Non fiant expeditiones detinendi aliquos personaliter, nec in Domo, & diebus feriatis, in casibus prohibitis; nisi clarè cõstet de malitia debitoris interuertẽtis modum faciendi realem exequutionem.

Non tollantur exceptiones retitudinis capturarum in causis ciuilibus, sed cognitio earum permittatur protectoribus.

Prorogationes termini ad redimendum non fiant, non audita parte, & ex causa rationabili, & vltra primam vicem non fiant, nisi relatis in Senatu precibus, & responsionibus partium.

In causis fictabilium, & colonorum aduersus conuenta cum Dominis, non fiant dispensationes super caducitate locationum inuito Domino, nisi magna æqui-

æquitate subsistente; Idq; etiam nisi prius solutis fiscis, & præstita fideiussione de soluendo in futurum.

In causis emphiteotarum aduersus caducitatem, ob alienationem factam irrequisito Domino, non fiant dispensationes; & aduersus caducitatem ob non solutionem, vltra primam vicem non fiant, nisi relato negotio in Senatu.

In causis cognoscendi articuli, an causa sit appellabilis, nulla prorsus fiat prorogatio, sed termino præstituto expediantur.

Non fiant dispensationes aduersus constitutiones, & statuta, ex quibus tollatur, vel lædatur ius tertij, datum ex ipsis ordinibus, puta contra statutum ascendens, vel statutum Nulla mulier, & alia similia.

Itē nec super admittendis Notarijs ante tēpus ab eorum ordinibus limitatum, vel super admittendis forensibus, nisi consentientibus Abbatibus eorum collegij.

Non concedantur prorogationes forensibus, qui bona acquisiuerunt in Dominio tum eo, vt veniant intra annum habitatum; nec etiam licentia recedendi postquam venerint; nisi ex causa vrgenti, & re in Senatu relata.

Non cōcedantur litteræ, quod nulla habita rōne iuramēti procedatur in causa.

Non concedantur litteræ, quòd prius cognoscatur super lapsu instantiæ, nisi depositis xxv. aureis, qui pro medietate parti, & pro medietate Fisco Regio cedant, vbi instantia subesse comperiatur, & hoc vltra expensas parti persoluendas.

Non concedantur litteræ, quòd testes examinentur cum interuentu Fiscalis in causis ciuilibus, ne Fiscales ab eorum negotijs abstrahantur; possint tamen concedi, vt eum interuentu aliquorum ex Notarijs, qui vocantur de pilastro, examinentur; & etiam super interrogatorijs per partem dandis: & quod vnico contextu (vbi commodè fieri possit) examinentur; quando verisimiliter subest timor falsitatis, vel subornationis.

Non introducantur in Senatum causæ Datiorum, aut aliæ causæ Fiscales, ad Magistratus spectantes, vel in eis pendentes; nisi in casibus, in quibus causæ ad cognitionem Senatus ordinariè spectarent, sed omnia sēper ad Quęstores remittātur.

Idem fiat in causis litterarum cambij, qui Abbatibus Mercatorum remittātur, ad quorum cognitionem spectant. Nec etiam dentur dilationes ad soluendum debitoribus ex causa litterarum cambij, parte contradicente.

Audientiæ non concedantur, vbi per remedium appellationis parti succursum esse possit.

Item non concedantur in alijs, nisi ex causa, quæ prima facie indigere videatur prouisione Senatus, præsertim quando additur supersedentia, & nisi supplicatione in Senatu proposita.

Audita semel causa, iterum non audiatur; & si non facta mentione in supplicatione pars surripuerit, condemnetur in scutis xxv. Fisco Regio applicandis; & in duplicatis expensis versus partem; & teneatur etiam ille, qui supplicationi subscripserit.

Cum in publica audientia, vel mutuis responsis ordinatur partes vti debere iuribus suis, succumbens censeatur in expensis condemnatus. Item cùm ordinatur exhiberi debere iura, non recipiantur per Secretarium lapsis octo diebus à die ordinationis intimatæ; & si non deferantur, partes iuribus suis vtantur.

Idem etiam fit, si deferantur, vbi actor intra mensem expeditionem non reportauerit; nullo legitimo impedimento subsistente.

Quód si dicatur adeundum esse Senatorem, Senator omnino intra trimestre cau-

causam expediat; quo lapso,& non prouiso, causa ad suum Iudicem remissa censeatur.

Iniungitur aduocatis vt breuitate vtantur, ita vt saltem quatuor causæ intra tempus audientijs publicis tributum expediantur, sub pœna etiam suspensionis ab aduocatione Senatus arbitrio, vbi extra punctum, super quo audientia concessa est, tempus conterant.

Non fiant dispensationes aduersus prohibitiones testatorum, ne filij bona intra certum tempus alienent, nisi ex causa, quam si testator cogitasset, verisimile sit, quòd prohibitionem non fecisset.

Item nec aduersus prohibitionem alienationis factam per testatorem, qui non sit ascendens per lineam rectam, etiam quòd dicatur fiendam esse implicationem pretij, vel illud deponendum ad eum effectum, nisi melioretur conditio fideicommissi, Senatus iudicio; quo in casu de eo in dispensatione fiat mentio.

Non fiant dispensationes super obligationibus dotium mulierum, vel super liberatione bonorum ad vtilitatem mariti, quando mulier non remanet cauta pro dote super alijs bonis mariti, nisi sumptis prius informationibus de præcisa necessitate, quo casu fiat etiam consentientibus duobus agnatis proximioribus vxoris, vel in eorum defectum duobus cognatis proximioribus. Quibus non extantibus non fiat, nisi mulier omnino cauta reddatur.

Non dentur litteræ, quòd hæres scriptus, vel ab intestato, esse debeat curator hæreditatis, donec deliberet de adeunda hæreditate; sed alius deputetur.

In causis criminalibus, relationes, quæ diffinitiuæ non sunt, sed tantum statum causæ continent, referantur summatim, vna cum prouisione petita.

Aduertatur tamen ne fiant litteræ, vt status referatur, nisi maxima iniuria per Iudices conquerentibus inferreretur.

Item non mandetur Iudicibus in Ciuitate Mediolani, vt verbum de processu in Senatu faciant, nisi ex magna causa.

Pariter non iniungatur, vt pendente processu quis relaxetur, vel retineatur, aut aliud fiat, quod per Iudices prouideri potest, & debet; sed omnia curiæ, & Iudicibus permittantur, nisi euidentur Iudices indebitè facerent, quo in casu habita aliqua causæ cognitione, Iudice vocato, & negotio in Senatu tractato, fiat prouisio.

Non fiant litteræ, quòd differatur constitutio alicuius, donec alij compareant, etiam quòd fideiussionem offerant de se constituendo, &c.

Non fiant supersedentiæ bannitis ad recedendum, & si videbitur aliquid ex iusta causa indulgendum, id fiat in ipsa sententia, vel ordinatione, quæ fit super relatione diffinitiua, in qua specificetur tempus, quo lapso non fiat vlterior prorogatio.

Idem etiam in condemnatis ad triremes, vt exequutio differatur, nisi ex aliqua superuenienti infirmitate graui, quo in casu habeantur prius informationes à peritis medicis ex officio iudicum, qui causam tractauerunt, elligendis, cum illorum iudicum voto, & Senatui referatur.

Idem in condemnatis pœna pecuniaria.

Non concedatur facultas citandi præceptis pœnalibus, nisi in casibus grauioribus, vbi indicia non sufficiant ad inquirendum, & probabiles suspiciones adsint contra citandos.

Nouæ defenſiones non concedantur etiam intra annum, vbi petentes conuincti ſint.

Non concedantur ſaluiconductus bannitis,& condemnatis,pro perhibendo teſtimonio, vbi alia via probatio haberi poſſit, & vbi concedantur, non fiant vt poſſint plus morari,quàm neceſſitas perhibendi teſtimonium poſtulet; quódq; interim vagari non poſſint per loca, in quibus venerint pro perhibendo teſtimonio; ſed prius etiam caueatur, quòd neminem offendent.

Saluiconductus bannitis, qui pro alio delicto vocantur, licet concedi non ſolerent,tamen cùm de iure concedendi ſint, in futurum concedantur, modò iuſdicāt in carceribus.

Non fiant ſaluiconductus pro non delatis,nec indiciatis his, qui cõdemnati ſunt; & petunt admitti ad nouas defenſiones.

Item his qui petunt approbationem gratiæ pro delictis capitalibus.

Non audiantur relationes prohibitæ exequutionis in cauſa ciuili, vbi non adſint vulnera,vel alia delicta; ſed ad Iudices remittantur, qui iuſtitiam faciant.

Idem in cauſa blaſphemiæ, vbi non agatur de atroci,vel dubitetur, an ſit atrox.

Idem de priori euaginatione ſimplici,quando vulnus,aut aliud delictum ſequutum non eſt.

Non audiantur Iudices conſulentes Senatum quomodo ſit procedendum, niſi vbi certa forma à iure,vel ordinibus data non reperiatur.

Idem de officialibus feudatariorum, qui auditores illorum conſulere debent.

Moneantur omnes iuſdicentes, vbi breuius quoad fieri poterit, relationes criminales preſtringant,& præmittant ſemper qualitatem delicti,& numerum ac nomina perſonarum, de quibus agitur; ſcribant bonis caracteribus.

Qui Senatores, vel Præſidem ſuſpectos allegant,ſi cauſa non ſit notoria, teneantur intra biduum cauſas ſuſpicionum adducere, & probare coram Secretario à prę ſide, vel Propræſide eligendo; quæ poſtea in Senatu diſcutiantur. Et ſi per Senatum declarabitur cauſas adductas non eſſe legitimas, vel non probatas, condemnetur allegans in ſcut. 50. Fiſco Regio applicandis, nec admittatur ad allegandū cauſas ſuſpicionis,niſi prius facto depoſito in manibus Secretarij.

Landrianus.

Et Sigillata, &c.

ORDINES CANCELLARIAE EXCELLENTISS. SENATVS.

MDLXVI. DIE SECVNDO APRILIS.

CVM in pleroſq; ordines Officialiū Cācellarię Excellentiſs. Senatus Mediolani aliquæ corruptelæ inuaſiſſent: quæ non ſolū Senatus ipſius ſplendorē maculis aſpergere, & officialibus non parum dedecoris afferre videbantur, ſed etiā priuatorū rebus pernicioſę eſſe poterant; earum certior tandē factus Senatus, modum aliquem ponere optimum arbitratus eſt: quo, & ſplendor ſuus illæſus ſeruaretur,& ſuum officialibus decus reſtitueretur, & priuatorum vtilitati ſimul conſoleretur. Et quoniam totius rei ſumma & cardo in prima eorū electione verſatur;

& qui

& qui in Cancellaria scriptores appellantur, aliorum tanquàm seminarium quodam existunt: ex ijs.n. ad extremum Secretarij creantur: maximi autem refert (vt in vineis plantandis è quo vitium genere plantentur) cuius indolis, ac eruditionis, quorumq; morum ij sint, qui ad superiores ordines pro tempore traduci debeant; à scriptoribus potissimùm incipiendum, mox de alijs ordinatim tractandum, & quid quisque seruare debeat, sanciendum esse iudicauit. De Scriptoribus igitur ita primùm statuit, & decernit.

DE SCRIPTORIBVS CANCELLARIAE.

NVLLVS Scriptor in Cācellariam posthac introducatur: nisi prius legitimè constiterit, eum honestis parentibus ortum esse, præditum bonis moribus, latinisq; literis bene eruditum: De quibus ab vno ex publicis professoribus humanarum literarum periculum fiat coràm Senatore, & Secretario eligendis. sciat aūt is non modò rectè, & seruata orthographia, sed etiam pulchris & elegantibus characteribus scribere: nisi adeò literis excelleret, vt etiam sine hac characterum elegātia mereretur admitti. Et cùm aliquis admittetur, iuramentum præstet more officialium à Principe creatorum.

Qui nunc introducti reperiuntur, cùm numerum aliàs præfinitum excedant, & ex ijs quidam minus idonei esse dicantur; interrogentur omnes de literis modo antedicto. idonei reperti retineantur ad numerum octo, vltra prorogationum receptorem, & archiuij custodem. Quòd si ex ijs, qui nunc adsunt, octo idonei non reperientur, alij conquirantur, & admittantur.

Eorum officium erit litteras, & supplicationum literis includendarum exempla scribere: nec ab alijs scripta accipere, nisi conferant cum decretatis, & eis subscribant, pro qua collatione nihil omnino accipiant, etiam à spontè dantibus: quia literæ missiuæ gratis scribi debent, vt superioribus temporibus fieri consueuerat; Secretarium acta tenere, prout alius ab alio eorum fuerit electus, quemadmodum infra, cùm de Secretarijs tractabitur, dicetur: pro quorum omnium scriptura nihil plus accipiant, quàm aliàs ordinatum fuit.

A minutis, vt vocant, faciendis Scriptores admittendi, vel retinendi, vt supra, abstineant.

Hora campanoni patui mane in Cancellaria omnino adsint, nec, nisi discendente Thesaurario, aut habita ab aliquo Secretario licentia, discedant: à prandio autem, æstate hora xix. hieme xxi. neque discedant, nisi vt supra.

Intendiamo ancora, che per le dette Constitutioni vi è data facoltà d'approbare, & limitare le gratie, che facessero i Prencipi de'delitti commessi, & che questo fu fatto à fine, che se l'importunità di qualch'uno gli sforzasse à far alcuna gratia che non paresse ben fatta, potesse il Senato metter difficoltà nell'approbarla: la qual cosa essendo presenti i Duchi, poco importaua; perche non ostante le oppositioni del Senato, era in man loro di fare, che l'approbasse come faceuano; ma per la differenza de i tempi, è venuta questa tal facoltà à partorire inconuenienti assai, & diminutione d'auttorità a nostri Ministri; non parendo giusto, che il Senato reprobi le gratie, che fanno i Gouernatori ne i casi a loro permessi, di pena corporale, & hora approbi liberamente, hora nel pari caso, & per auuentura più lieue, castighi seueramente, & hora in cose graui restino i colpeuoli senza pena, onde gli vni, & gli altri rimangono ingannati sotto la parola del Gouernatore, & egli nella dignità sua offeso. Et perche non conuiene, che per questa via il Senato si vsurpi l'auttorità di alterar le gratie ne i casi permessi fatte da Gouernatori sopra narratione delle parti; anzi pare indecentia, che il Senato, senza participatione del Gouernatore, voglia arbitrar, ò moderar le sue gratie, ò aggrauarle; perciò ordiniamo, & commandiamo, che di qui innanzi il Gouernatore sopra memoriali di gratia, dimandi il parer vostro, & quello inteso, faccia ò lasci di fare la supplicata gratia, come la sua conscienza gli dettarà: & che facendola, la parte ricorra per l'internatione al Senato, ilquale, vdito il Fisco, la faccia. Et trouandosi che il supplicante habbia esposto il falso; procederete ordinariamente per termini di giustitia: ma se anco hauerà supplicato il vero, & cō tutto ciò parerà al Senato, per qualche cagione, non conuenirsi, che la fatta gratia habbia luogo; volontà nostra è, che senza dichiarar altro à la parte, publicare il parer vostro: consultiate secretamente col Gouernatore in iscritto ò à bocca per mezo d'vn Senatore che l'informi, & che il Gouernatore, hauuta l'informatione vostra, chiami i togati soli del nostro Conseglio secreto, rimossi i non togati, & assistendo il Senatore mandato, tratti con loro sopra la consulta, che il Senato gli hauerà fatta, & quello che il Gouernatore in questa forma risoluerà, quello habbia effetto senza alcuna replica, ne contrauentione; che tale è la nostra mente & questo vogliamo, che così il Gouernator nostro, presente, & futuro, come il Senato, ciascuno per quel che gli tocca, reciproca, & puntualmente adempia, & essequisca.

Le querele, che del continuo ci si danno da i sudditi di cotesto Stato della lunghezza delle cause nel Tribunal vostro agitate con graue danno, & pregiuditio delle parti, & l'obligo nostro di prouederui in maniera, che la giustitia si amministri con l'equità, & breuità che si deue, ci muoue à ordinarui, & precisamente commandarui che nel terminare, & decider le cause osseruiate puntualmente gli Ordini, & le Constitutioni dello Stato. Et quanto all'instanza della ragion commune nelle cause, che si trattano innanzi a i Giudici inferiori, a quali si dà termine di quaranta giorni vtili, & per le prorogationi, che il Tribunal vostro concede vengono quelle cause à durar molto più: ordiniamo, che possiate prorogare il detto termine *ex causa*, pur che tutte le prorogationi insieme poste non passino i tre

Anni

Anni ſtabiliti dalla legge; guardando. & adimpiendo ſimilmente tutto quello, che la ragion commune diſpone ſopra la deciſione delle liti. Et perche ci ſaria gratiſſimo chè ſi trouaſſe anco forma da dar in queſto à i ſudditi piena ſodisfattione; riceueremo per particolar ſeruitio da voi, che andiate penſando il modo, & eſpediente che ci poteſſe eſſere d'accortar tanto più la deciſion delle cauſe, & lo proponiate al noſtro Gouernatore, acciò che egli communicatolo ſimilmēte co'i Dottori del noſtro Conſiglio ſecreto, ci auiſi di quello che coſtì parerà: à fine che noi poſſiamo poi ordinar quello che più conuenga.

Siamo informati che ciaſcuno dei trè Senatori di lettura, che ſono ogni meſe, cioè due del Criminale, & vno del Ciuile ſpediſce in caſa ſua ſupplicationi in quel modo che gli pare; & da queſto procede che ricorrendo l'vna delle parti à vn Senatore, & l'altra a l'altro, & decretando ciaſcuno di quelli à ſuo modo, & le più volte in fauor della parte, che và da lui, & ſenza che l'vno ſappia dell'altro, eſcono in vna medeſima cauſa, & in vn tempo medeſimo diuerſe, & cōtrarie ſpeditioni, coſa d'eccelliua ſpeſa a le parti, perciò coſtrette di tornar à procurar nuoui rimedij, oltre all'impedimento & alla dilatione che ne riſulta alle cauſe, cō diſcapito ancora dell'auttorita, & decoro del Senato. Oltra ciò intendiamo che ſe il Senator di lettura vuol riſoluere, e ſpedir vn negotio pendēte, ſenza diſturbo, ne impedimento, conſultatolo col Preſidente ſolo paſſeggiando per la Città, ò in caſa dell'iſteſſo alla preſenza d'vno, ò due Senatori ſolamente, lo ſpediſce, & che per ingiuſta che ſia la ſpeditione fatta; forza è che la parte à cui và contra porti patientia. Le quali coſe eſſendo di tanta importanza, & ſi degne di remedio; per darglielo, ſtatuimo, ordiniamo, & commandiamo, che da hoggi innanzi non poſſano i due Senatori di lettura Criminale eſpedir niuna cauſa Ciuile, mà che il Senatore di lettura Ciuile di quel meſe ſpediſca quelle ſolamente che occorreranno nel meſe ſuo, & ciò s'ha da intender di quelle cauſe ſole, che ſi ſpediſcono in forma conſueta, & non d'altre. Auuertendo, che nelle piccole feſte, nelle quali i Senatori ſi congregano in caſa del Preſidente, non ſi hà da trattar, ne ſpedir quiui coſa alcuna controuerſa frà parti; mà ſolamente l'altre facili, & d'eſpedienti; al cui trattato non habbia anco à trouarſi minor numero di quattro Senatori. Auuertendoui etiandio, & incaricandoui, che vi aſteniate da trattare frà voi negotij toccanti à tutto il Senato, in altro tempo, che quando tutti vi trouate à ſedere *pro Tribunali*, per quanto importa ſeruar in ciò il debito ordine & decoro.

Hauemo ſimilmente inteſo accadere molte volte, che cominciata la relatione d'vna cauſa ciuile in Senato, quella ſi laſcia dietro per cominciarne vn'altra; di che naſcono inconuenienti, & ſpeſe alle parti dilatandoſi le cauſe loro. Per rimedio di queſto noſtra volontà è, che di qui innanzi ſi finiſcano ſucceſſiuamente, & per ordine tutte le cauſe cominciate, ò che ſi cominciaranno à riferire. Et che trouandoſi preſenti le parti, ſempre ſi cominci à trattar la più antica; & non trouandouiſi, l'altra che le ſeguirà più anteriore fino à concluderla, e terminarla; sì che non ſia in elettione del Preſidente; ne d'alcun Senatore il qual habbia molte cauſe da riferire, e ſpedir prima quella dell'amico, ſe ben poco tempo innanzi fù cominciata, & tralaſciar l'altra di molti anni pendente: che coſi vogliamo, ordiniamo, & commandiamo.

Ordiniamo etiandio, & commandiamo, che alla relatione delle cauſe ſian chiamate le parti, & ſuoi Procuratori. & Auuocati, accioche poſſano ricordare quello, che nella narratione del fatto ſi tralaſciaſſe: perche, ſecondo intendiamo, dal

non

non seruarsi questo ordine in cotesto Stato seguono inconuenienti, & graui danni alle parti.

Vogliamo ancora, & commandiamo, che il Relatore non possa leuare, ne aggiungere cosa alcuna alle ordinationi del Senato, (come intendiamo che hora si fa) senza communicar prima la cagione di ciò che si leua, ò s'aggiugne con quei Giudici, che si saranno trouati à deliberare.

Intendiamo che parimente nelle cause Criminali sono abusi degni di rimedio, come è questo; che quando mancano inditij à formare l'inquisitione d'alcuno delitto secondo la via ordinaria della ragione commune, voi, ò la maggior parte, vsate di dar licenza à petitione de' Giudici, di poter procedere senza inditij, con precetti penali; cosa à suddiţi nostri di gran pregiudicio. Et quantunque prima di hora v'habbiamo ordinato, che non vsiate di questa facoltà, se non in cose graui, & di notabil necessità: dicesi che nol fate, di che non poco ci marauigliamo; & non meno, che (oltra ciò) quãdo i Giudici vogliono in cause Criminali aggrauar qualcuno, ò di tortura, ò d'altro, che di ragione non possano, ne debbano fare, ricorrendo al Senato, ne cauano prouisioni fatte, *manu Regia*. Et essendo tutto questo della consideratione, che si vede; per rimedio ordiniamo, & commandiamo, che per l'auuenire si guardi in ciò precisamente la dispositione della legge, si che le informationi, che in tutti i delitti si pigliaranno, si cõformino a quella.

In oltre, siamo informati, che quando alcuno è ditenuto in prigione da alcun offitiale, & qualche volta innanzi ancora che sia preso, perche non si proceda cõtra di lui col rigore, che quello offitiale vsa, & che forse merita il delitto, ò per hauer luce de gli inditij, che contra di lui si hanno auanti la publicatione del processo, non li potendo sapere dal Giudice ordinario, ne da i Notarij, espone al Tribunal vostro, quel che gli pare, dimandando che intenda il negotio; & proueda, può qual si voglia Senatore di lettura ordinare sopra la supplicatione sua, che *Fiat verbum in Senatu*, ò vero che *Referatur status causæ*: Et quando lo stato della causa si referisce, che sono gli inditij del processo, dicono trouarsi molte volte presenti fra Senatori, Fiscali, & Segretarij, vinti, ò più persone, onde subito si fa il secreto del processo, & resta la giustitia delusa. Perche, bisognando riparare a questo disordine, vogliamo, & commandiamo, che nell'auuenire il Senatore di lettura Criminale, non possa ordinare ad alcun Giudice, che riferisca lo stato della causa del processo, che non sarà già publicato, se non supplicando dopò hauer la parte appellato dal Giudice per cagione di qualche pretenso grauame. nel qual caso il Senatore di lettura Criminale, intimata la parte, communichi col Tribunale, & parendoui, che pur s'habbia à fare relatione del processo secreto, ordinarete, che ella si faccia nel detto Tribunale alla presenza di coloro, che l'haueranno veduto, mandandone fuori tutti gli altri, eccetto i Fiscali.

Più, intendiamo, che quando altri recusa come sospetto alcuno di voi, ò altro ministro de gli altri Tribunali di esso Stato, non ci è forma nella maniera del procedere, ne di specificar le cause della recusatione; anzi che dipoi ancora d'essersi dichiarato, che il ricusato s'astenga, tuttauia si sta presente al trattar del negotio, & a gli articoli di quello, come basti solo il non votare nella causa: il che similmẽte hà necessità di remedio. Per tanto vogliamo, & commandiamo, che in ciò ancora si guardi la legge, ne si proceda sopra quelle cause di ricusatione, le quali anche prouate che fossero, non sarano bastanti di ragione: ne si troui il sospetto presente, quando si trattarà di ricusarlo, & poiche si sarà dichiarato, ne sia presente,

ſente, nè aſſiſta, non che al votare, ma ne anche nel referire, & al trattare della cauſa. Ma non prouandoſi la cagione della ricuſatione, incorra il ricuſante nella pena di vintiquatro ducati, applicandi per terzo al Giudice ricuſato, al Fiſco, & alla parte.

Ancora intendiamo che ſe il Senatore, ò altri de i due Magiſtrati, che ſi troua al principio del referir vna cauſa, ò à tutta, s'ammala, ò s'abſenta, quella cauſa ſi eſpediſce ſenza la ſua preſenza, & anco ſenza il ſuo voto, onde procede inconueniente, & danno grande alla parte. Et per euitarlo, ſaremo ſeruiti, che di quì innanzi, occorrendo che altri habbia comminciato à vdire la relatione, & fra tanto, che ella dura, ſia da legitimo impedimento ritenuto; quella relatione ſi ſoſpenda infin'à tanto, che poſſa trouarſi ad vdirla tutta. Et ſe dopò vdita, & viſta ſe ne ſtarà abſente più di trenta giorni, ſi riſerui il ſuo voto per il tempo della ſentenza.

Intēdiamo oltra ciò, che nel Tribunal voſtro ſi admettono *ad nouas defenſiones*; quaſi tutti i condannati che lo ricercano, ſe per lo proceſſo non è concludentemente prouato il delitto; & che le più volte chi vuole per queſta via liberarſi, aſpetta ſei, otto, ò più Anni dopò il delitto, à dimandarlo; quando già i teſtimonij ſono morti, ò quando per eſſerſi compoſto, & accommodato con la parte contraria, nō vi è chi lo cacci, onde poche volte, ò non mai ſi traggono in luce perfettamēte i delitti. Perche conſiderando noi, che nel prefiger à tali condennati tempo à poter eſſer admeſſi alle lor difeſe, rimarrà queſto male riſanato à baſtanza; ci è parſo ordinare, & commandare, che color che pretendino eſſer innocenti d'alcun delitto à lor imputato, habbiano à dare, & diano le loro difeſe dētro d'vn'Anno, ò al più longo dentro di due, dal dì del delitto di che ſaranno incolpati, ò condennati; che quanto più freſca ſarà la memoria tanto meglio potrà chi ſarà innocente prouar l'innocentia ſua, & s'amminiſtrerà più retta giuſtitia, & con maggior ſatisfattione delle parti.

Oltre à tutto quello, che di ſopra ſi è detto, habbiamo inteſo etiandio, che il Senato s'intromette ne i matrimonij delle figliuole principali, & di qualità, che ſono in coteſto Stato, pretendendo che non poſſano maritarſi ſenza voſtro conſentimento, & promulgando commandamenti penali ſe fanno altrimenti; il che non ſolo è contra la noſtra mente; ma è contra ogni douere, diſponendo la legge che à niuno ſi leui la libertà con che nacque.

Ordiniamo per tanto, & commandiamo, che di quì innanzi non v'intromettiate diretta, ne indirettamente in ſimili matrimonij, auuenga che quando qualche conſideratione ci fuſſe, per la qual conueniſſe metter la mano in alcun d'eſſi, toccherebbe al Gouernator noſtro, & non al Senato, queſta, ò cognitione, ò prouiſione.

Et tutto quello, che in queſta noſtra lettera ſi contiene terrete, guardarete, & compirete per l'innanzi, ſenza eccedere nè in tutto nè in parte (come è detto, & voi douete fare) per legge, inſtruttione, & decreto inuiolabile: che per tale ve lo diamo, & vogliamo che da voi ſia preſo, tenuto, & fedelmente eſſequito.

Et però faremo dar copia di tutto ciò all'Illuſtriſſimo Duca di Medina Sidonia noſtro cugino, al quale, come douete ſapere, habbiamo dato i carichi di Gouernatore, & di Capitan generale di coteſto noſtro Stato, à fine che egli ſappia ciò che quì ſi contiene, come è honeſto, & habbia cura dell'oſſeruanza,

&

& compimento di quanto vi commandiamo. Data nel Conuento di Tomar à xvij. d'Aprile, del M. D. LXXXI.

Yo El Rey.

Cum signo Illustriss. Cardinalis Granuelani. Vidit Comes de Chincon. Gabriel de Cayas. Vidit Ramondectus Regens. Vidit Caruajal Regens. Vidit Herrera Regens. Vidit Leon Regens. Vidit Moles Regens.

Sigillata, & a tergo.

Alli Mag. Reuerendi, Nobili, Spettabili, Fedeli, & cari Conseglieri nostri, Presidente, & Senatori del nostro Stato di Milano.

De quodam euaginante in domo priuata.

PHILIPPVS HISP. ANGLIÆ, &c. REX, ET MED. DVX, &c.

DIlecte noster, Ioannem Mariam Canellum, quẽ condemnasse dicitis ob querelã contra eum porrectã à Io. Iacobo Lanzauegia, pro oppositione manus ad arma: Cum ea res in domo successerit non molestabitis: Et condemnationem tolletis, quò ad primum ponentem manum ad arma. Dat. Mediolani. die 13. Octobris. M. D. LV. Io. Maria Cattaneus.

A tergo; Egregio. I. C. Prætori Alexandriæ.

Ordo quod Doctor, vel Scholaris possit expellere Fabrum malleantem.

PHILIPPVS DEI GRATIA HISP. VTRIVSQ. SICILIAE, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

LEctis in Senatu nostro precibus Petri Cantonij I.C. Auditoris Ill. Capitanei Generalis Equitum leuis armaturæ huius nostræ Mediolanensis Prouinciæ, & Alexandri Crassi Legum Scholaris, ac responsis Iosephi, & Fratrum Mantegatiorum, vnà cum vtrinq. replicatis omnibusq. maturè perpensis.

Censuit is ordo mandandum esse prout nos tenore præsentium mandamus omnibus ad quos spectat, & spectabit, vt iubeant dictos Fratres Mantegatios artem suam ab eo loco, in quem nuper eam transtulerunt, alium in locum transferre, ex quo supplicantium studia propter strepitum malleorum impediri non possint. In quorum fidem præsentes Sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediol. die 18. Aprilis. M. D. X C II.

Subscrip. Poggius.

Et registr. in filo Pateñ.

Damnandorum ad remum ætas habitudo corporis, & alia referri debent à Iusdicentibus ad Senatum.

M. D. XCI. Die X I. Decembris.

EXcellentiss. Senatus Mediolani monet quoscunq; Pretores, Fiscales, ac alios Iusdicentes huius Dominij, quibus contingit referre ad ipsum Senatum causas criminales carceratorum, vt quotiescunq; agetur de damnando quempiam ad Remum, referant distinctè ætatem, & habitudinem corporis carcerati, & qualitatẽ morbi, si quò fortè laborabit, vt consultius deliberari possit. Landrianus.

Ordi-

Ordines pertinentes ad Notarios Causarum Criminalium, eorumque Coadiutores, & Scriptores.

M D XCIV. Die xxix. Decembris.

ETSI multis antehac Edictis, & Constitutionibus studuit Excellentiss. Senatus obuiam ire corruptelis, incommodis, & damnis, quæ frequenter oriri solent ex imperitia, negligentia, ac malitia nonnullorum ex Actuarijs Causarum criminalium, & eorum Coadiutoribus, ac Scriptoribus, qui tum in Officio Capitanei Iustitiæ, tum in Prętorio Mediolani versantur: attamen animaduertit is Ordo decursu temporis veteres Sanctiones paullatim obliterari, ac nouos quotidie abusus irrepere, vel potius inuehi, quibus & Iustitia ipsa magnopere læditur, & subditis ipsis, præsertim verò carceratis pessimè consulitur. Cumq; horum malorum radix triplex esse comperiatur, multitudo nempe eorũ, qui huiusmodi officijs præficiuntur, & modica cura, quæ in ijs hominibus deligendis adhibetur, ac summa officiorum ipsorum confusio, dum ijdem Officiales, non contenti suo munere, alius in alius partes inuadunt, quo nihil perniciosius esse potest; statuit Excellentiss. Senatus triplici huic morbo opportunis remedijs occurrere, nonnullos Ordines ad Officiales ipsos, sigillatim, & vniuersè spectantes edendo, quos salutares fore non dubitat. Proinde vetera Decreta, & Senatus consulta, quæ in hac ipsa materia iam promulgata fuere, quatenus infrascriptis non sint contraria, renouãs, atque iterans, sequentia inuiolatè seruari præcipit, ac mandat.

a Vult igitur in primis Senatus Excellentiss. vt minuatur numerus Scriptorum, Coadiutorum, & Actuariorum causarum criminalium; ita, vt dehinc in Officio Capitanei Iustitiæ Actuarij non possint esse plures, quàm tres, Coadiutores xiv. Scriptores verò sex, neque plures ex vno quoque Ordine in Prętorio Mediolani existere possint.

a Et quoniam de Actuarijs, & Coadiutoribus ipsis optima ratione cautum est alijs sanctionibus, ne quis ea munera suscipiat, nisi sit approbatus à Senatu, sumptis prius de illius integritate, ac peritia per Quæstores Extraordinarios informationibus. Eadem ratione statuitur, vt nullus Scriptor ad ipsum munus post hac accedat, nisi prius de eius natalibus, indole, educatione, moribus litteris, ac manu scribendi benè senserint, tum Actuarij ipsi, quibus ministraturus erit, tum Iudices, quorum Curiam sequi maluerit, tum verò maximè Senatus ipse Excellentiss. sine cuius approbatione nullo modo quisquam eorum admittatur.

Scriptores autem ipsi Processuum criminalium exemplis describendis tantùm incumbant; à reliquis abstineant; iuramentumq́ue, vt cæteri Officiales, præstent.

§ Coadiutorum munus sit manu sua Processus causarum criminalium in libris conscribere, ac diligenter cauere, ne quidquam arcani pandatur: quod vt melius seruetur, nemini liceat processus describendos cuiquam, præter antedictos Scriptores tradere; ipsi verò non alibi, quàm in officio exempla ipsa processuũ describant; neque libros vllo modo extra officium afferant.

B Actua-

4 Actuariorum tandem munus, & officium sit Inquisitiones formare, condemnationes scribere, Coadiutoribusq; ipsis, tam in euacuandis, quam in formandis processibus assistere. Neque ipsis ad conscribendos processus vllo modo manum apponant, nisi fortè ipsorum quispiam ab aliquo Iudice ad aliquem processum conficiendum nominatim fuerit electus.

5 Curent Actuarij in primis, tum verò etiam Coadiutores processuum expeditionem, quàm diligentissimè, & quàm celerrimè fieri poterit: quod vt facilius assequantur, vti possint opera cuiuslibet publici nuntij huius Ciuitatis ad intimandas tum citationes, & praecepta testibus examinandis, repetendis, ac confrontandis, tum etiam Inquisitiones ipsis reis, tum denique ad alia omnia necessaria. Nam, quemadmodum Senatus vult illis ademptam esse hanc excusationem defectus, aut impedimenti nuntij illius, qui mercede conductus vni, vel alteri officio operam suam praestare tenetur, ita omnes monitos vult, Senatum ipsum cuiuscunque superfluae dilationis culpam ipsismet Actuarijs, & Coadiutoribus, non alij cuipiam esse adscripturum; neque vllam excusationē, nisi quae sit legitima, & patens, accepturum.

6 Habeant ijdem Actuarij libros aliquot peculiares, quorum in vno singulis diebus scribant nomina, & cognomina eorum, qui in carceres conijcientur, & ex carceribus emittentur; in alio, eorum, qui fideiussori relaxabuntur; in alio, testium, qui ad coarctandum negatiuam examinabuntur; in alio, latronum; in alio, bannitorum, iuxta formam iam à Senatu praescriptam; in alio, demum omnium Inquisitorum per ordinem alphabeti.

7 Teneanturq; singula hebdomada, stato die, coram Iudicibus suis profiteri numerum, & qualitatem Inquisitionum, quae per eam hebdomadam formatae fuerint: nec non & rationem reddere, cur contumaces, si qui extiterint, non fuerint condemnati.

8 Restituant omnino antiquum, & laudabilem morem faciendarum, & publicandarum in loco solito, praecedente sono tubae, singulis Mensibus condemnationum reorum contumaciam, eumq; morem semper posthac seruent, nec amplius in desuetudinem abire patiantur; &, vbi iusta ex causa, aut legitimo impedimento, necesse sit aliquam ex condemnationibus faciendis, postquam cesserit dies eius faciendae, differri, Coadiutor, seu Notarius, qui causae illi incūbet, scribat in libro, quare ea facta non sit, & quare illam differri opportuerit.

9 Quotiescumq; facta cadaueris, aut vulnerati alicuius visitatione, vel super cōsulis denuntia, vel etiam ad querelam partis sumenda sint indicia, & informationes ad habendam facti alicuius veritatem, is, qui initium faciet sumendis ipsis informationibus, antequam Mediolanum reuertatur, testes omnes, quos, aut nominari contigerit, aut aliàs vti de facto edoctos examinari opus sit, coram se habeat, eorumq; examina in scriptis redigat, &, vbi propter aliquorum absentiam, vel aliàs propter iustum aliquod impedimentum, id assequi non possit, de eo impedimento, seu absentia mentionem faciat in libro, super quo informationes sumptae erunt, memorq; sit, cum primum fieri poterit, eos omnes, qui examinandi supererunt, vocare, & perficienda statim perficere, ne locus detur subornationibus, alijsuè dolis, & malis artibus in iustitiae, & offensorum detrimentum.

10 In notulis carceratorum, quae singulis Mensibus dantur vni ex Senatoribus ad carcerum visitationem deputatis, scribantur non modò nomina, & cognomina

carce-

carceratorum,& titulus delicti, seu delictorum vnicuiq; impictorum,& in margine nomen Notarij, qui causæ illius rei incumbat, quemadmodum ante hac factum fuit, sed etiam dies spontaneæ constitutionis, vel detentionis rei, dies etiam, quo ille sit examinatus, item quo die publicatus fuerit processus, tum offensiuus, tum defensiuus; propterea quot dilationes habuerit reus ad suas defensiones faciendas, quot dierum fuerint singulæ dilationes vna post aliam, ac deniq; scribantur post hæc omnia, saltem summatim, quæcunq; decreta facta fuerint à singulis Senatoribus, cum ab eis fiunt visitationes carceratorum, vt hinc cognoscere possint Senatores, qui proxime visitationi incũbent, num ea decreta exequutioni missa fuerint, &, vbi missa non fuisse videat, tum exquirere possit, num culpa, aut negligentia alicuius id euenerit, vel vbi aliud quidpiam euenerit, propter quod exequutioni demandari non potuerit, deliberare valeat de aliqua alia prouisione adhibenda ad tollendas procrastinationes, & subterfugia, quæ culpa, & dolo ipsorummet reorum de industria interponuntur.

11 Teneantur etiam diligenter conquirere, ac reperire omnes libros processuum criminalium, qui ab annis viginti citra conscripti fuerint, & de eis inuentaria conficere, ipsosq; penes se per publicum instrumentum consignatos maxima cura custodire, ne cuiquam præter Iudices, Fiscales, & Officiales, quibus ratione muneris sui opus sint, pateant. Conficianturq; ad hunc usum scrinia, seu plutei alti cum suis subsellijs, ita septis, vt nisi uolentibus ipsis Officialibus ibi sessuris, quisquam eò ingredi, uel introspicere nequeat. Inuentarij aũt utsup. conficiendi exemplum, manu unius ex ipsis Actuarijs subscriptum tradatur statim Egregio Alexandro Besutio Senatus Archiuij præfecto, ac deinceps singulis annis eiusmodi inuentaria conficiantur, & post finem cuiuslibet anni tradatur illi Secretario, qui prædicto Archiuio à Senatu præfectus esse reperietur.

12 Præcipitur etiam omnibus ipsis Officialibus, vt singulis diebus profestis, horis opportunis, ad sua quiq; subsellia, muneri suo exercendo destinata accedant, neq; ab officio recedant, nisi post discessum ipsorum Iudicum, sine quorũ etiam iussu non audeant, procul ab urbe discedere, nisi uisendi uulnerati, uel cadaueris alicuius gratia, aut alias ex causa sumendarum informationum ad processus causarum criminalium, quibus unusquisque eorum incumbat, pertinentium.

13 Ex ijs autem Coadiutoribus, quos Senatus admittit, uult ut duo in officio Capitanei Iustitiæ ab Actuarijs eligantur, qui expeditioni processuum causarum antiquarum incumbant, nisi ex aliqua urgenti causa aliud Senatui ipsi statuendum esse uisum fuerit. Idemq; seruetur in Prætorio; ubi tamen illi ipsi Coadiutores in Prætorio existentes, penes quos sunt ipsi processus ueteres, uel ab ipsis, uel ab eorum antecessoribus inchoati illorum absolutioni commodè uacare non possint.

14 Officialibus Constitutiones has, & præcepta ad se pertinentia negligentibus, uel infringentibus pœna prima uice sit solutio scutorum 25. Fisco inferendorum; tum suspensio; tum remotio à munere, quod gesserit; tum etiam alia grauiori Senatus arbitrio, pro criminis qualitate statuenda.

Alexander Besutius.

Decretum Senatus, quod Notarij in Instrumentis Procurarum apponant nomina Procuratorum; &c.

M D. XXXXV. Die XXVI. Martij.

QVo magis per ingenia callida & dolosa multa excogitantur, quæ subditis in causis agendis damnum & laborem indebitè afferunt, eo nixius, & efficacius per Senatum elaborandum est, vt materia peccandi malis præcidatur, ne etiã volentes peccare, possint. Nã cũm cognitionẽ eius peruenisset plura enormi sequi ex mandatis, & instrumentis procurationum, in quibus cum fiunt nomina, & cognomina Procuratorum, seu Mandatariorum, vel Sindicorum nõ scribuntur; sed dicitur, Ponantur nomina, prout dabuntur, necnon cum Instrumentis venditionum: & in alijs, in quibus bona describi debent, Soleat scribi, Ponantur bona prout dabuntur: ac in Instrumentis cessionum, in quibus requiritur iuramentum qualificatum, solet apponi, Qua dicitur, & iurant secundum formam Statut. vel Constitutionum &c. ex quibus innumeræ lites proueniunt; vt omnibus in commune consuleretur, visum est, Senatui expedire, vt Collegia D. Doct. & Not. Ciuitatis Mediolani omnia intelligerent, & quid etiam sentirent scripto dicerent, consideratis deinde omnibus.

Statuit Senatus, Nomina & cognomina illorum, qui Procuratores, seu Mandatarij, vel Sindici deputabuntur, scribi debere in matrice Instrumenti, quam Imbreuiaturam appellant, tunc cum Instrumentum scribitur, Et sic; nec post rogitum apponi possint, Et quòd bona pariter in Instrumento venditionum, & vt supra, describantur per situm, & coherentias: nec postea scribi possint, etiam quòd adesset clausula, qua concederetur de partium consensu facultas describendi bona toties, quoties per contrahentes, seu per alteram partium, aut per aliam personam dabuntur, etiam si de eis Notarius in specie rogatus esset, quo vero ad cessiones statuit Notarios huiusmodi instrumenta facturos in ipso actu confessionis, & priusquàm interrogent partes an cõtententur, quòd instrumentum faciat, debere scribere in matrice instrumenti iuramentum per verba requisita, & ad id ordinata, quòd si quis non feceris ei aufferrentur scuti centum dandi Cameræ Cæs. & vlterius afficientur alia pœna arbitrio Senatus, maximè vbi non esset modus soluendi talem pœnam, & instrumenta irrita erunt, tenebiturq; ad resarctionem damni per contrahentes passi: prædicta autem omnia vim decreti inuiolabilis habere, & in locis consuetis publicari statuit, quòd effectum sortiri vult, Incipiendo per duos menses: à die publicationis numerandos.

Io. Cattaneus. Octauianus de Comite L. T.

Decretum in materia prohibita executionis, quando ad vnguem non seruatur forma Nou. Const.

MDLXXXIII. Die X. Februarij.

CVm Aluisius Agazinus causa cognita condemnatus fuisset per D. Iacobum Brippium Iureconsultum delegatum à Senatu Excellentiss. ad expeditionẽ proces-

processuum veterum pendentium, propter prohibitam exequutionem, & is Agazinus conquestus fuisset de indebita condemnatione, allegando inter cætera non seruatam fuisse formam à Constitutionibus traditã, cùm nec Antianus, minusq; duo testes iurati in defectu Antiani ad dictam exequutionem faciẽdam, quæ prohibita dicitur, interuenerint, sed solummodo Antiani famulus. Qua de re cum negotium istud ad referendum demandatũ fuisset Egr. Prætori Mediolani; eoq; deinde audito, & si à Fisco allegaretur inueteratam consuetudinem vigere, quòd in exequutionibus faciendis in defectu Antiani, vel Consulis solent, quandoq; vxores, quandoq; filij, & quandq; famuli interuenire.

Propterea, stante dicta inueterata consuetudine præfatam condemnationem nullo modo circumscribendam fore, Senatus, omnibus hinc inde discussis, & maturè consideratis, censuit, præfatam condemnationem tollendã, & annullandam.

Et sigillat, &c. Landrianus.

Decretum de Ferijs causarum est Francisci Ferdinandi Arnati Notarij publici Mediolanen.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, Vtriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Lectis in Senatu nostro precibus Agentium Collegiorum Iurisconsultorum, & Causidicorum huius Ciuitatis, vnà cum responsis Actuariorum causarum ciuilium eiusdem Ciuitatis, quæ sunt exempli sequentis videlicet. Potentissime Rex, Scit M. V. statuto cap. 107. lib. 1. caueri, quòd feriæ vindemiarum se extendunt quindecim diebus ante, & totidem post festum Sancti Michaelis, & sic mense continuo. Verum ex decreto Senatus iampridem introductum fuisse, vt singulis hebdomadis ius reddatur diebus Mercurij, Iouis, & Veneris, sed longo rerum vsu compertum est, dictam dierum vtilium interpositionem præsentibus temporibus damnum, & incommodum plurimum afferre, nam, cùm hisce diebus causas ordinarias pertractari contingat, ferè nil aliud emergit, quam diuerticula, subterfugia, & impensæ superfluæ, ac stratagemata pro ordinationibus extorquendis à iudicibus, nacta occasione absentiæ alterius partis, aut eius Procuratoris, vel Aduocati, quorum maior pars eo tempore pro negotijs domesticis, & vt aliquantulum etiam à laboribus respirent, rus petunt. Hinc multoties fit, quòd lites ex litibus suscitantur, neque enim adest aliquis Iudex, præsertim de Collegio, neque Causidicus, qui aliqua bona rusticana non possideat; quæ cùm saltem semel in anno inuisere deceat, idque opportunius dicto vindemiarum tempore, quieto animo negotijs incumbere non possunt: ideo dicto tempore in causis tractandis, & in sententijs ferendis M. V. comperiet inconfuso omnia esse. Nam illis, qui bona habent distantia miliaribus viginti, aut quadraginta, vel circa, necesse est, quòd Mediolano die Sabbati discedant, ipsumque diem & sequentem in itinere consumunt, die autem Lunæ, & Martis reuertuntur, & ita in continuo existunt motu, scilicet in recessu, & regressu, ita vt nec rei familiari, neq; litibus consulere queant: sicque etiam litigatores, qui & ipsi fructuum collectioni pro eorum, & publicæ rei vtilitate incumbere deberent, maximo cum incommodo, & dispendio in Ciuitate morari coguntur; Iudices,

dices,& Causidicos expectando; & ita durantibus ipsis ferijs impensæ superfluæ cumulantur,& fiunt,quia vel Iudex reperitur absens, aut Aduocatus; vel Causidicus, aut aliud impedimentum intercedit,quo fit, vt feriæ pro hominum vtilitate,& commodo, immò necessitate introductæ,potius incommodum afferant, & dispendium: & hinc est, quod,prout etiam M.V. nouit, in toto hoc Dominio, & ferè in omnibus mundi partibus feriæ sunt continuæ, non autem ita intercisæ. Ita etiam Mediolani operæ pretium videtur esse ordinandum. Idem etiam iure communi cauetur;sed idem & statutum quoque supra allegatum cap. 107. volum.1. non aliter cauerat. Quapropter vtrumque Collegium I. P. scillicet, & Causidicorum huius Ciuitatis his,& alijs rationibus, quæ breuitatis causa omittuntur,communicato inter se negotio optimum esse censuerunt,operam dare, vt dictæ feriæ, quæ nunc intercisæ sunt, reducantur ad mensem continuum; & ad eum effectum dicta Collegia ad M. V. recursum habere decreuerunt. Supplicando,vt illa decernere dignetur; quòd posthac memoratæ feriæ sint continuæ, & incipiant in die 24. Septemb. & finem recipiant in die 24. Octob. sequentis; quibus a litibus ciuilibus omninò quiescatur ad for. allegati statuti cap. 107. Exceptis tamen causis alimentorum præsentium, restitutionis rei locatæ, solutionis fictorum simplicium,noui operis nunciationis, & sequestrorum, seu repositionū ne mobilia,& fructus pendentes transeant in sinistrum; quod quia iustum esse videtur, speratur &c. P. R. Precibus vtriusque Collegij, I. C. scilicet, & Causidicorum Mediolani paucis respondent Actuarij causarum ciuilium Mediolani, se non modicum lensuros detrimentum, si petitio hæc exaudiatur; cum ex pacto in instrumento conductionis per eos a dominis datij factæ, non possint propter huiusmodi feriarum reformationes aliquod restaurum prætendere; & propterea conueniens foret,quod eorum indemnitati prouideretur. Verumtamen, ne penitus difficiliores videantur, vbi M. V. placeat huiusmodi petitionem exaudire, contentantur quod fiat, sed pro viginti diebus tantum, incipiendo à die 24. Septemb. & finiendo in die 14. Octob. sequentis, ita tamen quod in causis in ipsis precibus exceptuatis, dignetur M. V. dicere, quod ius reddi possit,& debeat, non illis solum tribus diebus in hebdomada, quibus hactenus consueuit, sed omnibus diebus, modo non sint in honorem Dei, vel Sanctorum feriati. Subscript. Ioseph Delfinonus Not. causarum ciuilium Mediolani. Subscript. Io. Ambrosius de Ripa Not. dictarum causarum ciuilium Mediolani subscript. Omnibusq; maturè perpensis, per has nostras de illius ordinis sententia decernimus, memoratas ferias vindemiarum posthac continuas esse debere, easq; incipere in die vigesimo quarto, Mensis Septembris,& finem recipere in die vigesimo, Mensis Octob.; quibus durantibus volumus, vt in causis alimentorum præsentium, restitutionis rei locatæ, solutionis fictorum simplicium, noui operis nunciationis, & sequestrorū, seu repositionum, ne mobilia, & fructus pendentes transeant in sinistrum, quolibet die ius dicatur, exceptis solum diebus feriatis in honorem Dei, vel Sanctorū. Mandamusq; omnibus, ad quos spectat,& spectabit, vt ita seruent, & seruari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediolani die 3. Septemb. M D X C I I I.

Signat. Poggius.

A terg. Registratæ in filo patent. & sigillat. &c.

De

Decreta Solebant, & Minimus, cum declaratione dictorum Decretorum quomodo intelligi debent.

Ne feuda, & Regalia Ducalia Mediolani tā donata, & concessa, quā donanda, & concedenda in futurum: Non transeant, nec transire possint, Præterquam in primum Aquirentem eiusq; filios masculos, & descendentes Masculos legitimos, & de legitimo Matrimonio natos tantum, & non in fœminas. Neque aliasue personas sequuntur videlicet.

DVX Mediolani,&c. Dilecti nostri reformauimus decretum, quod superioribus Mensibus edidimus super rebus immobilibus à nobis, aut à Camera nostra dono, vel feudo concessis, Quæ ad fœminas transire debeant, vel ne quia nonnulla in eo emendationis indigere videbantur, id publica forma conscriptum, ac auctoritate nostra consignatum ad vos mittimus his subnexum, vt & publicari ex more locis consuetis, & in nostris annalibus registrari, ac deniq; custodiri ex affectu obseruariq; curetis moxq; ipsum ad nos remittatis. Vigleuani die 14. Nouemb. 1490. Signat. B. Chalcus cum sigillo Ducali, à tergo Egregio, & nobilibus viris Regulari, & Magistris intratarum vtriusq; Cameræ nostris dilectis Tenor decreti sequitur. Ioannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, &c. Papiæ Angleriæq; Comes ac Genuæ, & Cremonæ Dominus.

Minimus alias dignis moti respectibus decretorum nostrum condidisse, Dat. sub die 27. Mensis Martij proximè elapsi tenoris infrascripti videlicet.

Dux Mediolani,&c. Papiæ Angleriæq; Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus solebant maiores nostri, ijs quorum sincera fide, & industria in agendis rebus vsi essent firme aliquid, & certe rei elargiri, quod & optime voluntatis gratiq; animi monumentum, & præstite fidelis operę pignus extaret, Nunc deinde nos morem sequuti, & quæ maiores nostri fecerunt cõfirmauimus, & noua insuper concedere contigit id quod libenter quidem fecimus, & facturos etiam in posterum non negamus, verum vnum est, quod nonnulla interdum nos afficit molestia, quod persepe non tam magnæ necessitatisque modici alicuius commodi causa in alios atque alios transferri ex ea videmus, subindeq; permutari ad aliosq; dominos transire ex quo sępè intercidit peritque memoria talium beneficiorum, à nobis Illustrissimaq; gente nostra collatorum, quod cum dignitati nostræ plurimum obsit nec minora detrimenta capiat Fiscus noster, & equum censeri debeat, ea durare, æternæque esse quę beniuolentem principum animum testificentur nostræ operę esse duximus omnino male auertere, ac quantum possumus rei nostre fidem æternitatemq; præstare. Igitur, quod consensu, & voluntate Illustriss. patrui curatoris, Locumtenē. & Capitane. nostri Generalis Domini Ludouici Marię Sforciæ Ducis Barri facimus ex certa scientia, & de nostræ potestatis plenitudine etiam absolutè decernimus, statuimus ac perpetuo edicto sancimus, vt bonorum quorumlibet immobilium donationes concessionesuè gratuitæ quibusuis verbis clausulis conditionibus titulis derogationibus amplificatæ, & munitæ, tam quas nos ad hanc diem fecimus

quamq;

quamq; posthac à nobis successoribusq; nostris fient quæ ius transeundum ad posteros habent, intelligantur pertinere ac spectare, ac omninò pertineant ad eos in quos collatæ datæq; primitus fuerunt, atq; item ad eorum filios, & descendentes, ac descendentium descendentes masculos, & legitimos, ac de legitimo matrimonio natos, & nascituros tantum. Ita vt neque in extraneos alienari neq; in fœminas vllo modo transferri vel in alia bona permutari queant. Sed in filios vt diximus masculos reliquosq; omnes legitimos masculinæque prolis posteros perueniant: Cæterum ne scrupulus peruersaq; interpretandi ingenijs hominũ relinquatur occasio, exprimendũ visum est qua mẽte ipsa cõcipimus: neque enim consilij nostri est velle post hoc decretum derogari ne esse cuiquam contractui venditionis permutationis aut quolibet alio titulo alienationis, seu translationi dictorum bonorum quatenus iustę concessiones, & dispensationes nostrarum litterarum ac maiorum nostrorum factæ iam, & transactæ atq; effectum habuisse reperiantur, neque etiam hanc mentem nostram extendi debere intendimus ad aliquas concessiones siue dispensationes quas hactenus fecissemus seu in futurum faceremus nos, & successores nostri, & super bonis per nos donatis, seu donandis vt supra, possint mulieres cautę reddi dotium suarum, ratione ac bonorum parafrenalium, sed si fortè aliquę dispensationes alienandorum bonorum à nobis aut à maioribus nostris iam emanassent non tamen adhuc transactę alienationes ipsę confectiq; contractus forent, ad eas tollendas extinguendasq; præsentis decreti vim pertinere volumus atq; ita sicuti iam factas minimè interrũpimus, sed in vigore virtuteq; sua relinquimus ita infectas, ne in posterum amplius fieri possint interdicimus quodquidẽ ita in firmum Sanctumq; esse declaramus vt quicquid contra actum factum, cõcessum impetratumuè fuerit irritum prorsus, & nullius valoris effectus roboris, & momenti sit, nullaq; ratione teneat quicquid in aduersum fiet nisi huic decreto signanter, & expresse derogetur. Cuius nostræ voluntatis, constitutionisq; vt perpetuum monumentum extet palamq; omnibus intelligatur; Mandamus Regulari, & Magistris intratarum vtriusq; Cameræ, ac Refferendarijs, & Officialibus nostris ad quos spectat vt has nostras publicari vbi de more est atque obseruari curent, moxq; ipsi diligenter custodiant, & obseruent in quo ordine. & libris aliorum nostrorum decretorum defferri registrarique faciant; Dat. Mediolani die 27. Martij 1490. B. Chalchus.

Modo autem pro ampliori mentis, & intentionis nostræ declaratione, & expressione, vltra ea omnia quæ superius in decreto nostro prædicto; recitantur, & expressa sunt, accedente etiam consilio, deliberatione, ac conscientia præfat. Illustriss. Patrui curatores Locumten. & Capitanei nostri Generalis amantissimi, facimus ex certa scientia, & de nostrę plenitudine potestatis etiam absolute decreuimus ac proprio edicto firmamus, & sancimus vt bonorum quorumlibet immobilium donationes concessionesuè gratuitæ, & infeudationes quibuscumque clausulis cõditionibus titulis derogationibus amplificatę, & munitę tam quas Illustriss. Prædecessores nostri, & nos ad hunc diem fecimus, quã quæ post hac à nobis successoribusq; nostris fient, quæ ius transeundi ad fœminas vel posteros vel alios aliter disponen. habent, intelligantur pertinere, & spectare ad eos in quos collatæ datæq; fuerunt primitus eorumq; beneficio hi soli gaudere possunt, necnon eorum filij, & descendentes, & descendentiũ descendentes masculi, & legitimi, ac de legitimo matrimonio nati; & procrea-

ri natum, ita vt neq; facto hominis nec legis ministerio in extraneo alienari, & deuenire neq; in descendentes fœminas aliquo modo transferri, vel in alia bona permutari queant, sed in filios, vt diximus masculos, reliquosque omnes legitimos masculinæ prolis descendentes tantùm perueniant: Non intendimus tamen per præsens decretum derogari derogatumq; esse iuribus earum fœminarum, & personarum quæ in possessione reperirentur bonorũ, & iurium per nos seu prædecessores nostros donatorum, seu aliter concessorum ante diem vigesimã Mensis Martij proximè præterit, respectu comprehensorum in decreto supradicto, & a Calend. Septembris retro ratione præsentis decreti nostri modo iuxta concessiones per nos seu prædecessores nostros factas in fœminas vel extraneas personas deuenire potuerint: quoniam si tales concessiones iam effectum reperiantur habuisse per adeptionem possessionis vt supra eas firmas, & illibatas esse volumus. quod si forte dispensationes vel concessiones alienandorum bonorum à nobis aut prædecessoribus nostris habuissent, & adhuc res integra extaret, quia nundum adita foret possessio iurium, & bonorum donatorum seu aliter concessorum per fœminas vel extraneas personas in quas vigore donationum, & concessionum factarum vel concedendarum vt sup. deuenire possent ad id tollendum extirpandũ præsentis decreti dispositionem vim obtinere volumus, atque ita sicut, quòd tã effectum habuit per adeptionem temporis ante ea tempora de quibus singula singulis congrue refferendo minime interrumpimus, sed in vigore, & virtute sua relinquimus ita quòd est integrum adhuc vel effectum non habuerit vt supra. Interdicimus prorsus, & abscindimus quoquidem ita validum, & firmum esse declaramus, & quicquid contra actum impetratumuè fuerit irritum prorsus, nulliusq; efficaciæ, & momenti sit, nec quouismodo teneat quicquid contrafiet, nisi huic decreto signanter, & expresse derogetur, cuius nostræ voluntatis constitutionisq; vt publicum perpetuumque monumentum extet palamque omnibus intelligatur, mandamus Regulari, & Magistris intratarum vtriusq; Cameræ nostræ ac Refferendarijs, & Officialibus ad quos spectat vt has nostras publicari vbi de more est, atque obseruari curent: mox q; ipsi diligenter custodiant, & obseruent, inque ordine, & libris aliorum decretorum nostrorum refferri registrariq; faciant: in quorum testimonium præsentes fieri, & registrari nostriq; sigilli impressione muniri iussimus. Dat. Viglepani die 13. Nouemb. 1490. Io. Galeaz Maria Dux Mediolani subscripsit, Ludouicus Maria subscr. Signat. B. Chalcum cũ sigillo Duc. in cera alba, vt moris est. Publicatum &c.

Declaratio quomodo intelligi debent Decreta Solebant & meminimus, quod aliquomodo fœminæ aliauè persona succedant in priuilegijs feudorum, & aliorum iurium à Ducibus donatorum.

Dux Mediolani, &c.

DILECTE nostri nuper vt intelleximus nonnulla in dubium refricari videntur, tam ratione decreti nostri editi sub die 27. Martij proximè elapsi, qui

ratione additiones eidem decreto factę super donationibus, & bonis per nos seu prædecessores nostros factis cum nonnulli asserant. In primo decreto non cōprehendi donationes per antecessores nostros factas, quod fuit, & est à mente nostra penitus alienū, Ad tollendas igitur oēs hæsitationes, & Ambiguitatesque circa prædicta oriuntur, & oriri possint ex certa sciētia declaramus, & decidimus, tam in primo decreto die 17. Martij, quàm in additione eiusde omnes donationes, non solum per nos, sed etiam per antecessores nostros factas; & per nos & successores nostros fiendas comprehendi debere.

Insuper declaramus, & decernimus, quòd per additionem vltimæ partis vbi dicitur non intendimus tamen &c.

Non intelligatur quòd mulieres nec aliæ quæuis personæ existant potuerint, vel possint à die 27. Martij citra bona per nos, seu prædecessores nostros, vt supra quomodocūq; qualiterq; donata, & in futurum donanda, Alienare nec in aliū seu alios quoui modo titulo, causa vel occasione transferre vel obligare, præterquam in filios masculos, & de legitimo matrimonio natos, vt in dicto decreto contineri non ambigimus terminum quoque Calend. Septembris in additione ipsius decreti præfixum ad bona solum feudalia, de quibus in dicto decreto die 27. Martij nullam facimus mentionem extendi intelleximus, quòd si tales alienationes translatione sué, aut obligationes quouismodo vt supra factæ vt vel reperientur à dictis temporibus citra singula singulis congrue referendo.

Mentis nostræ erat, & est quòd ipso iure forent, & sint nulla nulliusque valoris & momenti, & iniungentes vobis vt has nostras declarationis littera inseri, & describi post decretum seu additionem. de quibus supra, & obseruari ab omnibus faciatis. Viglevani die 6. Decembris 1490. Io. Galeaz Maria Dux Mediolani subscrip. Ludouicus M. subscrip. & Sign. B. Chalcus. à tergo Egregijs Dectoribus, & nobilibus viris Magistris intratarum vtriusque Cameræ nostræ dilectis nostris. Publicatum &c.

Littera Excellentiss. Senatus, quòd donationes valeant, licet in eis appositum sit tantummodo iuramentum ex forma nouarum Constitutionum requisitum.

PHILIPPVS Hispaniarum &c. Rex & Mediolani Dux &c. Dilecti nostri. In cōtrouersia pendente inter Fiscū nostrū, & Nob. Alphonsum Vicecomitem in qua apprehensis nomine fisci nonnullis bonis quon. Nob. Petri Francisci Vicecomitis eius patris ob condemnationem scutorum duorum mille, eisq; ad cridas positis, & facta per ipsum Alphonsum contradictione, exhibitoq; instrumento donationis a patre sibi factæ de omnibus bonis confecto die xxj. Martij M. D. X I V. oppositum fuit nomine fisci donationem ipsam non valere, & sustineri non posse, ea præsertim ratione quòd in instrumento superinde confecto appositum fuisset tantummodo iuramentum ex forma Nouarum Constitutionum requisitum; omisso altero ex dispositione statutorum sub titulo de donationibus requisito. Lectis coram Senatu nostro litteris vestris diei decimi noni Augusti proxime præteriti ad nos ea de re datis quibus eiusdem ordinis sententiam

sententiam cum agatur de interpretatione statutorum, & constitutionum requisitis, & excitato rursus vno ex Fiscalibus, qui opponeret si quid haberet opponen. & omnibus deniq; diligenter, & maturè perpensis. Censuit Senatus eam donationem, & alias eiusmodi valore, & sustineri debere non obstan. obiectis, & ideo apprehensionem nomine fisci nostri de dictis bonis factam fieri non potuisse in praeiuditium ipsius donationis, & propterea reuocandam esse. Quam sententiam nos quoq; probantes idem decernimus, & declaramus; vobisq; mandamus vt iuxta illam exequamini. Dat. Mediolani die xj. Octobris. M. D. LXXXV. Signat. Octauianus Robius, à tergo Spectabili & Egregijs Iuris Consultis ac Nobilibus viris Praesidi, & Quaestoribus Redditum Extraordinariorum Status Mediolani nostris dilectis, & sigillat. in cera rubea sigillo Reg. Duc. more solito.

Decretum per quod prohibetur nominatio Notariorum de Pilastro loquendo de actuarijs durante eius officio.

Mediolani M. D. LXXV. xxviij. Martij.

PHILIPPVS &c. Lectis in Senatu nostro, precibus Collegij Notariorum de Pilastro, huius nostrae Ciuitatis, vna cũ responsione Notariorum actuariorũ, causarum ciuilium predictae Ciuitatis, partium diuersarum quae sic legebantur videlicet.

Omittuntur causa breuitatis.

Tenor.

Super quibus antequam quicquam Senatus ipse decernere voluerit, iussit vocari Abbates Collegij Notariorum, coram vno ex Spectabilibus Senatoribus nostris, vt eorum votum superinde intelligeret qui votum suum dederunt, prout infra videlicet.

Omittuntur causa breuitatis.

Ponatur Tenor voti Abbatum.

Senatus super hincinde deductis habita matura consideratione, censuit inter Notarios de Pilastro nominandos pro testium examinibus faciendis non posse nominari aliquem ex actuarijs qui sit Notarius de Pilastro, donec durat eius officium. Et nominationes in futurum fiendae fiant in cedulis transmittendis partibus ad videndum produci Capitula. Et in contumaciam [illegible] in primum ex nominatis, & hoc sub poena nullitatis, [illegible] [illegible] sit. Quam Senatus nostri sanctionem, nos quoq; laudantes approbamus, & idem sancimus, & volumus, [illegible] litis, & consuetudinis publicetur, vt ad omnium notitiam perueniat [illegible] rum &c.

Signat. Mazenta, & Raynoldus.

Registrata die Lunae vigesimo octauo Martij anni 1575 [illegible] prascripto die 28. Martij.

Decretum in materia nominationis Notariorum de Pilastro faciendæ non super Capitulis, sed in Citationibus.

PHILIPPVS Dei gratia Hisp. vtrisq; Siciliæ &c. Rex & Mediolani Dux &c. Lectis in Senatu nostro precibus Collegij Notariorum de Pilastro huius nostræ Mediolani Ciuitatis tenoris huiusmodi videlicet. Sereniss. Rex Ecc. è ferentes Notarij actuarij causarum ciuilium Mediolani. Quòd hic amplissimus ordo ad preces Collegij Notariorum de Pilastro, cum matura causæ cognitione fraudibus, & abusibus occurrendo sanciuerit inter Notarios de Pilastro nominandos pro testium examinibus faciendis non posse nominari aliquem ex actuarijs qui sit Notarius de Pilastro, donec duret eius officium, & nominationes in futurum fiendæ fiant in citationibus transmittendis parti ad videndum produci capitula: & in contumaciam fiat commissio in primum ex nominatis, vt latius ex Senatus consulto, qui exhibetur, quotidie strategemata excogitant, quibus hanc sanctissimam legem elusoriam reddant, in primis nãque dant operam. Vt deferentes capitula in actis eandem nominationem super capitulis reiterent, vt hinc ante admissionem notitiam habeant nominatorum, & deinde eandem operam præstant quòd pars aduersa seligat quẽ ipsi actuarij malint, cum quo secretam habent pactionem, & lucri participatione, & quamuis ex dispositione statuti, de receptione testium expresse cautum sit, quòd in quibuscunq; causis ciuilibus à libris viginti quinq; Imp supra non possint recipi testes sub quocunq; Magistratu, & iusdicente, quam per Notarios de Pilastro nominandos, & eodem etiam statuto declaretur id habere locum in omnibus, & per omnia etiam si testes recipiantur super petitione, siue requisitione, nihilominus dicti actuarij curant probationes fieri per viam summariarum informationum, eo sub prætextu quòd hæc via in dicto statuto non cõprahendatur, & amplius volunt, quòd statutum generaliter loquens, tantũ in Prætorio locum habeat, non autem coram alijs iusdicentibus, quare vt statutum ipsum ad vnguẽ seruetur, & fraudibus occuratur memorati tabelliones de Pilastro fid. M. V. serui istam supplices rogant, vt dignetur sancire, & ordinare, quòd memorata Notariorum nominatio ad formam dicti Senatus consulti in citationibus, & non super capitulis fiat. Item quòd dictum statutum de receptione testium in cæteris ad vnguem seruetur, declarando illud etiam habere locum, quacunq; via in iudicio probationes fiant secus acta non valere, quæ ordinatio publicetur in locis solitis, & ita speratur &c.

Et eis diligenter consideratis censuit is ordo ad tollendas fraudes, quòd non fiat nominatio super capitulis, sed tantum super citationibus, & seruetur dictum Decretum in omnibus testium examinibus, & id publicari mandat idem Senatus in locis solitis, in quam sententiam nos quoq; euntes mandamus ad quos spectat, & spectabit, vt ita obseruent, & seruari faciant, in quorum testimonium præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus.

Datum Mediolani Septimi Iunij M. D. LXXV. Signatum in angulo. Facius à tergo: registrata in filo patentium, sigillat. Sigillo Regioque Ducali in cera rubea more solito.

Decretum in materia Notariorum de Pilastro, ut non possint examinare certos testes, prout infra.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum vtriusq; Siciliæ, &c. Reg. & Mediolani Dux, &c. Collegium Notariorum de Pilastro huius nostræ Ciuit. Med. porrexit nobis Preces, quæ

Omittitur Supplicatio causa breuitatis.

Cuius indemnitati consulere volentes attentis his quæ narrantur per has nostras sancimus, & declaramus memoratos Actuarios, etiam quòd sint Notarij de Pilastro omnino aliquos testes examinare non posse durante eorum officio ad formam dictorum ordinum, etiam quòd partium consensus accedat sub pœna vltra nullitatem, & alia de quibus in dictis ordinibus scut. viginti quinq; Fisco nostro applicandorum pro qualibet vice qua contrafactum fuerit, mandantes his, ad quos spectat, vt hanc nostram sanctionem seruent, & seruari, & exequi faciant, & ad Officium Panigarolarum publicari faciant. In quorum fidem præsentes Sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediolani &c. secundo Augusti 1577. signat. in angulo Pacius, & sigillat. &c. A tergo Registratæ in filo patentium. Publicat. ad officium Panigar. sub die 9. Iulij 1590. & Registratæ &c.

Decretum in materia Actuariorum, Coadiutorum, & Scriptorum qui omnes vocantur actuarij.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, Vtriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Collegium Notariorum de Pilastro Ciuitatis Mediolani porrexit nobis Preces, quæ sequuntur videlicet.

Omittitur Supplicatio causa breuitatis.

Nos autem priusq; quidquam suprascriptis precibus deliberaremus, iussimus eas intimari Io. Ant. Palliato Notario causarũ ciuilium in Prætorio Mediolani, nec non Io. Ambrosio Rotulæ eius coadiutori ad Tribunal Consulum Iustitiæ in eodem loco, qui ei tam moniti respondere neglexerunt. Quare nos ipsius Collegij petitioni annuere volentes per has nostras declaramus appellatione Actuariorum de quibus loquũtur ordines, in suprascriptis precibus nominati, non solum venire Notarios causarum ciuilium, sed etiam quoscunque eorum coadiutores, & scribas qui ad iudicum tribunalia sedent, & Acta recipiunt, mãdamusq; omnibus, ad quos spectat, & spectabit, vt iuxta hanc nostrã declarationem seruent, & seruari faciant, sub pœna non modo, quæ dictis ordinibus continetur, verum etiam aliorum scutorum cẽtum pro prima vice Fisco nostro applicandorum, pro altera priuationis tabellionatus, pro tertia arbitraria Senatui nostro: vt autem hæc nostra declaratio omnibus innotescat, ipsam volumus in locis solitis publicari, & ad officium statutorum registrari. In quor. fid. præsentes nostro sigillo munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediolani die vlt. Iunij 1590. Signat. in Angulo Vicecomes, & Sigillat. &c. A tergo Registratæ in filo Patentium, & publicatæ ad officium Panigarolarũ die nono Iulij 1590. & etiam registratæ ad dictum officium.

De-

Decretum effectus vt Cridæ non præiudicent nondum natis.

PHILIPPVS HISPAN. REX, &c. ET MED. DVX, &c.

Dilecti nostri, cum in causa contradictionũ factarum superioribus annis Proclamationibus factis de more pro bonis Marchionis Io. Mariæ Malaspinę, ex Marchionibus Castri Praegolæ, & pertinen. Cameræ Reg. huius Dominij confiscatis litteris vestris die 15. Martij anni 1582. Senatũ nostrũ super hoc articulo consulueritis num Cridæ factæ respectu confiscationis bonorum præiudicare habeant Ant. de Marchionis filio, tunc temporis non nato, quemadmodum ex parte agentium ipsius tunc non nati, qui pro eo contradixerunt, contenditur, eas non præiudicare, etiã nõobstante, quòd antequã nasceretur hic, conceptus ve esset, lapsa essent tempora ex cridis ipsis limitata, & multa iura, & iuris allegationes, tàm ex parte dicti Antonij, quàm Fisci nostri producta fuissent, eaq; omnia etiam ad præsentiam eiusdem Fisci ad hæc specialiter citati in ipso ordine relata, & diligenter excussa fuissent, dictum fuit, vobis rescribendũ esse, prout nos rescribimus, & dicimus huiusmodi cridas nondum natis non præiudicare. Proinde vobis mandamus, vt iuxta hoc Decretum; Quod etiam in similibus cœteris causis seruari volumus, iustitiam faciatis. Dat. Mediolani 19. Octobris 1585. sig. Petranigra, A tergo Sp. & I. C. ac Nob. viris Præsidi, & quæstoribus redditiuum extraordinariorum Status Med. nobis dilecti.

Hæc ordinatio facta fuit me aduocante in Senatu ad præsentiam Illustris. Ducis Caroli ab Aragonia.

P. Ber. Porr. I. C.

Decretum in materia Condemnationis expensarum ad Constitut. in tit. de iudic. vbi non habet locum pro condemnatione expensarum.

PRAET. NOVAR.

Relatis coram Senatu nostro iis, quæ nobis rescripsistis die 13. Aprilis proxime præteriti, ob controuersiam inter Octauianum Portam, & Bart. Cattam actores, & Galeacium Portam Reum conuentum, partes diuersas vigente; In qua controuersia Octauius, & Bartholomeus prætendunt Galeacium damnari debere ad refectionem expensarum in Iud. Criminali ad Querelam eiusdem Galeat. [illegible] quo ex sententia Senatus nostri absolui fuere, à se factarum, & omnibus hinc inde adductis maturè consideratis, fuit dictum Senatus mentem non fuisse, vt Galeacius in expensis damnatus censeatur, imo nec censeri posse condemnatum virtute constitutionis, in tit. de Iudic. quæ quidem consistit ex verbis ipsis, & ex vsu hanc recipit interpretationem, vt locum non habeat in sententiis ab ipso Senatu latis. Nos igitur id in censentes vobis mandamus, vt iuxta hanc declarationem exequamini, &c.

Declaratio Statuti de sexagenaria ætate.

PHILLIPPVS HISP. &c. REX, ET MED. DVX, &c.

Dilecti nostri, Relatis in Senatu nostro quæ nobis rescripsistis litteris vestris die 30. Ianuarij proximè præteriti in causa Martini de Martinis, qui petijt declarari se comprehensum in Statuto, de Sexagenarijs loquente, omnibusq; maturè consideratis, dictum fuit ipsum Martinum gaudere debere beneficio dicti Statuti de Sexagenaria ætate, non obstante quod contraxerit postquam sexagenarius factus est, cum renuntijs & iuramento in instrumento appositis, quod & nos censentes mandamus vobis, vt eum ipsius statuti beneficio frui permittatis. Dat. Mediolani die 5. Iunij 1589. sign. Pacius. à tergo vt supra, & sign. vt supra.

Decretum in fauorem condemnationus factarum contra condemnatos in contumacia, m.

PRAET. MEDIOLANI.

Dilecte noster. Animaduertit Senatus fieri excessus per aliquos in formandis inquisitionibus, & cõdemnationibus, ex quibus persæpè subditi vltra quàm par est, grauantur, præcipuè contumaces; Itaq; volens huic abusui occurrere; duxit scribere omnibus rerum criminalium officialibus, vt bene aduertant, ne contumaces damnent maiore pœna, quàm damnarentur, si præsentes fuerint, & contenta in Inquisitione faterentur, neue procedant ad Inquisitiones formandas, vel Reos criminum constituendos, nisi præcedentibus legitimis indicijs iuxta iuris dispositionem: monitos tamen officiales esse vult, tam regios, qui in vrbibus tamen ius non dicant, quàm feudatariorum, vt quandocunque à pena criminum ordinaria abstinen. putauerint ob causas aliquas iure delictum minuentes, pœna extraordinaria Reos non condemnent, quam consuluerint officialem Ciuitatis, cui sub sunt super pœnæ qualitate, cuius votum deinde. & expectare, & sequi teneantur. Ille verò intrà dies sex à consultationis præsentatione cum curia deliberare, & scripto respondere iubetur. Quod si non fuerit, moneatur Senatus à consulente officiali, vt opportune prouidere queat, sic igitur seruabitis, & has nostras registrari faciatis, & vt vestris successoribus in officio innotescant. Dat. Med. die 12. Octob. 1584. sig. Pacius. A tergo egr. I. C. Prætori Med. nostro dilectissimo, & sig. &c. Fabritius Ferrarius publicus Mediol. Not. Act. in Prætorio Mediolani pro fide subscripsit &c.

Decretum de præscriptione alicuius imputationis vbi declaratur currere debere ipsam præscriptionem etiam ignoranti.

M. D. XCIIII. Die 22. Septembris.

Facto verbo in Eccellentiss. Senatu Mediolani, per Vicarium Iustitiæ de querela porrecta à fratribus de Georgijs de Cereto, contra Franciscum de Sãto Petro,

Petro, quod in instrumento venditionis cuiusdam quantitatis bladorum falso, & cum iuramento dolosè assenserit se seorsum viuere à Patre, & negotia gerere separatim, cùm tamen re vera esset suppositus patriæ potestati, prout ipsemet postea excipiendo affirmauit, factaq; mentione exceptionū dicti Francisci præsertim, quòd crimini stellionatus, de quo delatus dicitur, & Actioni de dolo, tam Ciuiliter, quàm Criminaliter præscribitur biēnio, quæ præscriptio currit non solum scienti, vt prætendunt dicti fratres de Georgijs, sed etiā ignoranti; ita quòd iam diu præscriptum est habita ratione ad diem contractus, qui iam diu celebratus fuit, nempe circa annos decem & nouem: facta quoq; mentione allegationum productarum nomine dictorum fratrum de Georgijs ad demonstrandū, quòd allegata præscriptio non potuit currere nisi à die scientiæ, quòd ipse Franciscus esset omninò suppositus Patriæ potestati tēpore cōtractus, quam scientiam non habuerunt nisi citrà biennium, iam antea verisimiliter, & probabiliter id ignorarunt. Censuit Senatus præscriptionem currere etiam ignoranti, & proinde dictum Franciscum de Santo Petro, non esse vlterius Criminaliter molestandum: sed si quod prætendunt dicti fratres de Georgijs de Cereto experiantur de iuribus suis Iudicio Ciuili. Subscripta Pogius, & sig. &c.

Decretum contra Statutum de Domicilla. Cap. 496. vol. 2.

M. D. X C. Die septimo Iunij.

CVm ageretur de interpretatione Statuti Mediolanēsis, de quo infra factum fuit uerbum in Senatu Excellentiss. etiam ex voto curiæ per Egr. D. Prætore Mediolani de Catherina de Marchis, alias Ancilla in domo Io. Ambrosij Porri, qui aduersus eam querelam proposuit sub die 7. Augusti, anni 1589 ex eo quòd malè, & inhoneste se gesserit in eius domo à qua vsq; sub die 25. Martij dicti anni proximè præteriti recesserit, quàm postea ad carceres duci curauit die 25. Aprilis proximè præteriti, petens eam retineri per annum ad formam Statuti, 497. vol. 2. Qua in re Agentes pro dicta muliere prætendunt memorato Statuto locum non esse posse, quia tempore querelæ, & detentionis ipsa mulier à querelantis domo iam recesserat, omnibus maturè rectè, ac diligenter consideratis.

Censuit is ordo memoratū Statutum locum sibi uendicare non posse in casu mulieris suprascriptæ, quæ iam è domo querelantis per plures dies ante discesserat, & propterea è carceribus eandem Catherinam fore relaxandam.

Facinus.

Ordo super electione Habitaculi.

M. D. LXXXVIII. Die XI. Agosto.

PEr leuare diuersi inconuenienti, quali nasceuano (come anco di presente alle volte nascono) circa l'elettione d'habitaculo, perche diuersi, (forse con malicia) elegeuano Habitaculo in casa di persone, che non si trouauano; fu alli anni passati per il Venerando Collegio de Notari di questa Citta (inhe. endo alla

la dispositione del Statuto posto nelli Noui al cap. 34. qual dispone circa l'elettion d'habitaculo) fatto ordine di effetto che qualunque persona, qual elegerà habitaculo in questa Città, sia tenuta, non eligendo in casa di alcuno de Procuratori descritti, nominare la contrata doue serà la casa doue elegerà tale habitaculo, dando oltra ciò à detta casa qualche coherentie, acciò si possi sapere doue sera: Qual'ordine è stato nouamente approbato per il Senato Eccellentiss. come per lettere, il tenore delle quali sera qui da basso descritto.

Et acciò che tal'ordine, & approbatione venghi in notitia à ciascuno, li Mag. SS. Pinamonte Rabbia, e Gio. Battista Maggi Abbati del detto Venerando Collegio delegati anco in questa parte per dette infrascritte lettere, hanno procurato di fare publicare la presente, per la quale s'auisa ciascuno, à seruare dett'ordine, & approbatione.

Il tenor delle quali lettere siegue cioè.

PHILIPPVS DEI GRA. HISP. VTRIVSQ. SICILIAE, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

Abbates Collegij Causidicorum, & Notarorium huius vrbis nobis porrexerunt preces sequentes videlicet, Serenis. Rex: in volumine Statutorũ huius Ciuitatis sub cap. 34. reperitur Statutum huius tenoris videlicet, Omnes & singuli habitantes, & qui per tempora habitabunt extra corpora sanctorum Mediolani, volentes causari in Mediolano vel aliqua præcepta exequutiua, vel sequestra reportare ab aliquibus iusdicentibus Mediolani; teneantur prius in actis Iudicis, vel Magistratus, sub quo causari voluerint, vel sequestra, vel præcepta reportare eligere habitaculum in præsenti Ciuitate, vel intra redefossa eiusdem, vbi possint, & valeant citari, & requiri ad instan. aduersariorum suorum, de qua electione fiat mentio in petitione, vel ipsis præceptis, aut citationibus primitus transmittendis: aliter processus non valeat. idem habeat locum in reo comparente ad contradicen. opponen. vel reconueniendum: Idem etiam in tertio comparente ratione sui iuris vt supra, & vt in eo quod exhibetur. cum autem annis præteritis in die festi Sancti Thomæ Apostoli congregatum esset vniuersum Collegium Causidicorum, & Notariorum Mediolani pro creãdis nouis Abbatibus, & alijs Officialibus anni tũc futuri, & DD. Abb. nunc sedẽtes sciscitati essent an esset aliquid recordandum prouisione dignũ, fuit releuatum, quod in causis forensium Mediolani litigantium sæpissime fiebant electiones habitaculi in domibus aliquorum ignotorum, & quod non reperiebantur, quod forte non erant in rerum natura, & quod inde maximum damnum, dispendium, & incommodum litigantibus, & sollicitatoribus oriebatur, & quod ideo huic inconuenienti prouidendum erat, & sumptis omniũ astantium votis fuit nemine discrepante conclusum & ordinatum, quod de cetero, vbi electiones habitaculi non fierent in domo alicuius ex causidicis huius Ciuitatis descriptis, deberent fieri non solum cum de nominatione Portæ & Parochiæ, sed etiam Contratę cum aliqua designatione coherentiæ domus, in qua fit electio ipsa habitaculi, verum videtur hucusq; dictum ordinem non habuisse effectum cum nõ fuerit per M. V. approbatus, nec publicatus, propterea Moderni Abbates dicti Collegij sid. M. V. Ser. pro bono etiam publico duxerunt

xerunt ad M.V. recurrere: Supplicando vt dignetur per eius litteras dictum ordinem vt supra ex voto dicti Collegij compillatum approbare, & confirmare comminando nullitatem processus prout etiam disponit memoratum Statutum, vbi non seruetur, concedereq; dictis Abbatibus, auctoritatem ordinem ipsum, & approbationem eius sono tubæ publicari faciendi, & sic speratur &c. Et cum ordo, cuius approbatio petitur rationabilis videantur illum per has nostras, vbi alias validus sit, & seruatis seruandis factus fuit, approbamus, & confirmamus, mandamusque omnibus, ad quos spectat & spectabit, vt illum publicari, & seruari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediolani 23. Iulij 1588. subscript. Landrianus, & sigillat. sigillo Regio, & Duc. in cera rubea more solito. à tergo Registrat. in filo paten. &c.

Pinamons Abbas. I. B. Madius Abbas.

Ordo contra vendentes, & in vsus suos conuertentes res alienas.

M. D. XCI. Die Iouis secundo Maij.

CVm D. Iudex Equi verbum fecisset in Excellentiss. Senatu de Processu agitato cõtra Cæsarẽ, & Herculẽ de Regibus de Ello querelatos à Petro Martire de fidelibus Mercatore serici; eo quòd ex quadringẽtis libris serici, quod dictus Fidelis eis tradiderat tot quendum cum eorum molendino tercentum tantum lib. & restituerint; reliquam verò partem distraxerint, & in vsus proprios conuerterint committendo schacum; qua de causa contra eos captura concessa fuit, & detentus Hercules alter eorum fratrum, qui examinatus dixit se cum Cæsare fratre suo aufugisse. Exposuitq; quòd pars dicti serici fuit vendita, pars penes diuersas personas reposita, Quamobrem dictus Pet. Martyr, qui bona fide supradictis fratribus dictum sericum tradidit deceptus remansit: Cùmq; etiam proposuisset idem Iudex, quòd eo sub prætextu, quòd res haberet originem a contractu, quia de dolo à principio non constabat, siquidem dictum sericum datum fuerat ipsis fratribus de Regibus de Ello mensibus Iulij, Augusti, & Septembris, ipsi delinquentes die primo Februarij proximè præteriti fugam arripuerunt, & quòd frequentes hodiernis tẽporibus in id genus incurritur, quodq; re tractata in Curia, dictum fuit consulendum esse Senatum quomodo procedendum esset contra memoratos Fratres, & alios, qui in posterum similes fraudes committerent.

Is ordo omnibus mature consideratis censuit Criminaliter procedendum esse, cõtra dictos Fratres, & contra Cæsarem formandam esse Inquisitionem de Schacho, & hoc eodem modo in posterum procedendum esse contra vendentes res alienas, & in suos vsus cõuertentes absq; licentia Dominorum ipsarum rerum, ac contra fugientes in eiusmodi rebus, vel se, & eas occultantibus atq; id genus hominum minimè admittendum ad probandum rem habere originem à contractu. Signata in calce Landrianus, & sigil &c.

Ordo quòd gaudere possit beneficio Gratiæ.

M. D. XCVI. Die viij. Martij.

DIcto in Senatu Excellentiss. per Iudicem Equi, quod Daniel de Rigola de mense Septẽbris anni 1591. imputatus fuit de insultu prima cuagitatione, &

& delatione pilæ ferreæ, & quod die decima Aprilis, anni 1593. in relatione generali obtinuit gratiā suprascriptarum imputationum; & quod die prima Decemb. anni 1593. fuit in contumaciam damnatus in pœna contenta in proclamationibus, quod die quarta Ianuarij præsentis Anni præsentauit dictam gratiam.

Senatus censuit, non obstante quod dicta gratia fuerit præsentata, post secutam condemnationem dictum Danielem gaudere debere dicta gratia, ac si non esset sequuta condemnatio, signata Poggius, & sigillata, &c.

Ordo in materia proclamat. editarum contra rurales.

PHILIPPVS, &c.

Dilecte noster, Visis inclusis precibus Baptistæ de Barni vobis mandamus, vt constito vobis, quod supp. non vacet agriculturæ, agros proprijs manibus colendo, vel operas alijs locando, cum prætextu dictarum cridarum non molestetis. Dat. Mediolani die xxv. Augusti 1593. signata Landrianus, & sigillata &c. A tergo suprascripti I.C. Iudici Equi Mediolani nostro dilecte &c.

Ordo fauore Carceratorum.

PHILIPPVS, &c.

Dilecte noster visa inclusa supplicatione fratrum Cruceorum, mandamus vobis, vt non permittatis à supplicantibus, vel alijs carceratis, aliquid exigi, si victū, vel lectum non habuerunt, nisi id quod pro custodia in constitutionibus permittur. Mediolani xx. Septembris 1585. signata Landrianus, & sigillata &c. A tergo D. Vicario Iustitiæ nostro dilecto.

Ordo in materia prohibita exequut. & prioris euaginationis.

PHILLIPPVS HISP. &c. REX, ET MED. DVX, &c.

Dilecte noster propositis in Senatu nostro duabus dubitationibus vestris, altera de eo, quod seruandū sit cum non constet in rixa quis prior ensem euaginauerit altera, quomodo procedendum sit contra prohibentes exequutiones quando non adest copia testium omnibusq; diligenter consideratis.

Venit is ordo in sententiam vbi non constet de primo euaginante neutram partem condemnandam esse in pœnam primæ euaginationis, de prohibita vero exequutione procedendum esse contra delinquentes vbi adsit depositio vnius testis vltra familiæ relationem, sic igitur exequamini. Dat. Mediolani die 30. Martij. 1585. signata Marcus Antonius Marlianus pro Domino Cruceo. A tergo. Egregio I. C. Prætori Alexandriæ nostro dilecto, & sigillata, &c.

Ordo fauore punitorum publico.

PHILIPPVS Hispaniarum &c. Rex & Mediolani Dux &c. Dilecti nostri, Consideratis expositis in inclusa supplicatione Egregiorū Protectorū Carce-

ratorum huius Ciuitatis, vobis mãdamus vt vbi recitatæ mulieres alia de causa non detineantur, quam ratione memoratarum impensarum fuerintq; publice fustigatæ. illas statim dimittatis: idem etiam exequendo in futurum, in similibus casibus. Dat. Mediolani die 27 Maij 1591. sign. Vicecomes, A tergo Egregio I. C. Prætori Mediolani nostro dilecto, & sigil. &c.

Ordo contra insultantes in loco sacro.

M D X C V I. Die 11. Maij.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per D. Iudicem signi Equi de insultu facto Io. Baptistæ Marliano in loco Sacro extra Ecclesiam existentẽ, cuius causa insultans allegat se non teneri ad se consignandum.

Censuit Senatus insultantem sub pœna corporali, arbitrio eiusdem Senatus esse citandum, & contumacem in eandem pœnam condemnandum. sign. Poggius, & sigillat. &c.

Quod condemnati in pœna corporali, pro delatione Armorum prohibitorum iuxtà formam Proclamat. non possint molestari sub prætextu arbitrij sibi reseruati à Principe in Proclamationibus.

Referendario Cremonæ.

Mediolani. Primo Aprilis. M. D. X C V I I.

COnsideratis annexis precibus Bartholomæi Gazaroni, mandamus vobis, vt supplicantẽ molestari non permittatis respectu memorati arbitrij, postquã affectus fuerit pœna corporali iuxta dispositionem litterarum nostrarum. Signatum Gallaratus, & Bellonus loco Præsidis. Potentissime Rex, Bartholomæus Gazaronus fid. M. V. Ser. per Præt. Cremonæ vsq; de anno 1593. proximè præterito condẽnatus versus R. D. Fiscum in scutis centum auri, vel in ictibus tribus funis publicè ob imputationem delationis Armorum prohibitorum in Ciuitate ipsa Cremonæ, & in scutis tribus pro abusu commisso contra personam Theodoræ dictæ Duræ, publicæ meretricis, & in pœnam arbitrandam per Excellentissimum M. V. Senatum, pro prætensa vnione cum alijs, vt asseritur, facta in insidijs, expectando Io. Iacobum Lazarettum Molendinarium, & in alijs scutis centum, vel ictibus tribus funis publicè ob alteram delationẽ armorum, & in alijs scutis tribus pro abusu commisso contra personam dicti Molendinarij, dedit informationes de eius paupertate præsente Fisco coram Referendario prædictæ Ciuitatis, quibus visis, M. V. mandauit prædicto Referendario, vt supplicantem loco dictarum pœnarum pecuniarum pœna corporali affici faciat, verùm dubitat, ne vexetur respectu arbitrij, pro quo dictum nil fuit in dicta expeditione, quare ad M. V. iterato confugit. Humiliter supplicando, postquã ex informationibus prædictis constat, supplicantẽ esse pauperem,

perem, & in hac ciuitate passim seruatur, quod postquam quis affectus est pœna corporali loco pecuniariæ, licetin Proclamationibus Illustrissimi M. V. Locumtenentis, adsit etiam arbitrium vltra pœnam alternatiuam pecuniariã scilicet, vel corporalem in materia delationis Armorum, mandare dignetur præfato Referendario, Cremonæ, vt respectu memorati arbitrij supplicantem molestari non permittat, postquam affectus fuerit pœna corporali iuxta dispositionem litterarum M. V. quod cum iustum sit, sperat.

SENTENZA DEL MAGISTRATO ORDINARIO,

Con interuento di duoi Senatori, in effecutione di lettere di Sua Maestà d'effetto, che i Cittadini che habitano in Villa più di 20. giorni continui, con la maggior parte della fameglia, dalla Festa di S. Martino, fino à Calende di Maggio seguente, siano tenuti pagare per tutto l'anno, con la Communità del luogo oue habitaranno il censo del Sale, & tutte le grauezze che si sogliono repartire sopra le persone, così sopra le teste, come sopra le bocche nell'istesso modo, & maniera, come fanno i Rurali, si come dispone la Constitutione dello Stato, nel titulo de Oneribus, *nel* §. Quicunq; Ciuis, *non ostante, che da qui adietro detta Constitutione non si sia osseruata.*

L'effecutione di detta Sentenza, si comincia à S. Martino dell'Anno. M. D. X C I.

M. D. X C. Die Martis vndecimo Mensis Decembris in tertijs.

MVltum Illust. & Illust. D. Propræses, & Magistri Reg. Duc. Redd. Ord. Status Mediolani, necnon & M. Illustres D. Balthasar Mugnoz de Salazario, & Sigismundus Fossa Regij Senatores, adiuncti ex dispositione litterarum Regiarum vt infra.

Visis litteris Regijs datis Illustrissimo, & Excellentissimo Locumtenenti huius Status, remissis Illustri Magistratui Ordinario sub die nona Ianuarij 1587.

Viso edicto publicato ex ordine eiusdem Magistratus ad instantiam Regij Fisci dato sub die octaua Iulij anni 1588 effectus vt Ciues ruri habitantes comparerent ad allegandum, quare non deberent cogi ad solutionem onerum ruralium iuxta dispositionem dictarum litterarum Regiarum, & Nouarum Constitutionum in tit. de Oneribus. §. quicunque Ciuis.

Visis comparitionibus factis nomine Ciuitatum Papiæ, Nouariæ, & Dertonæ, & multorum Ciuium contendentium non debere obseruari dictas Constitutiones in allegato §.

Visis alijs litteris Regijs datis præf. Illustriss. Locumtenenti sub die 4. Martij. 1589. pariter ad Magistratum remissis, exempli sequentis videlicet.

Philip-

Philippus Dei gratia Rex, &c.

Don Carlo d'Aragon, Duca di Terranoua, Prencipe di Casteluetrano &c. Gouernatore del Stato di Milano per sua Maestà Cattolica, suo Capitano Generale in Italia &c.

Mag. Spect. & Egregij dilectissimi nobis. Con altre nostre di 9. Genaro 1587. V'inuiassimo cō vna Lettera di 22. Capitoli, che il Rè Nostro Signore ci scrisse trà gli altri il decimo sesto Capitolo del tenor che segue. Y por que se nos ha referido que hay en esta Ciudad muchos Ciudadanos que cō color de que lo son, aunque habitan en Villas, no pagan cargos rurales, ni menos los de la maçina, y que assimismo se eximen de los Ciuiles por estar fuera de la Ciudad, y no es iusto permitir esto, sino que sean compellidos abouler a las Ciudades, ò que contribuyan en los cargos rurales; proueereis que conforme à la Constituçion del Estado, se cobre de los tales lo passado, y por venir, y que se alguno pretendiere por ello aggrauio, se le haga iustiçia, y que lo mismo se haga con los forasteros que tienen bienes en el estado, y no habitan en el, ni pagan las graue zas que deuen conforme à las Constituçiones, pues (segun entendemos) son muchos los que han incurrido en las penas dellas. Hora S. M. ci scriue quello, che dalla seguente Lettera vederete.

Don PHELIPPE por la graçia de Dios Rey de Spaña, de las dos Sicilias, de Hierusalem, &c. Duque de Milan, Illustre Duque primo nuestro Gouernador, y Capitan General. Hauiendose entendido los dias passados que hauia en essa Ciudad muchos Ciudadanos, que con color que lo son, aunque habitan en Villas, no pagauan cargos rurales, ni menos los de la maçina, y se eximian assimismo de los Ciuiles por estar fuora de la Ciudad, se os scriuio entonces, que compellendo à los tales a boluer à las Ciudades, ò que contribuyessen en los cargos rurales, ordenassedes que conforme a la Constituçion deste estado se cobrasse dellos lo que deuessen por razon de lo passado, y por venir, administrando iustiçia à los que pretendiessen reçibir agrauio en ello. Y por que se me ha heco relaçion, que de mas de no hauerse executado la orden que sobre esto se os ha dado, y del perjuyzio, y daño que se sigue a las Villas de habitar en ellas personas que no contribuyan en los cargos que son personales, le riçebe tambien muy grande mi Ducal Camara deste estado por razon de los Daçios de la maçina, carnes, vino, sal, y encargar os executeys preçisamente lo que cerça de sto se os ha scripto, que lo mismo se os scriue tambien à instançia de los Sindicos de los Condados deste estado para que le executeys, por ser lo que conuiene à mi seruiçio, y buen gouierno de mis subditos del, y auisareys me de como lo haureys hecho ansi. De Madrid à 4. Março 1589. Signat.

Yo el Rey. Vidit Cardinalis Toletanus. Vidit Comes. Vidit Saladinus Reg. Vidit Cadena Regens. Vidit Leon Regens. Vidit Ponzonus Regens. Cayas.

La quale Lettera vi mandiamo insieme col detto Capitolo qui inserti, affinche compitamente essequiate quanto la Maestà Sua per essi commanda, dandoci auiso di quello, che operarete, acciò possiamo ragguagliarne la Maestà Sua, come per essa ci commette. Dio vi guardi. In Milano à 20. d'Aprile 1589.

Signat. Don Carlo d'Aragon. Vidit Filiodonus. in calce, Montius. A tergo,

Mag.

Mag. Spect. & Egr. Præsidi, & Magistris Redditua ordinariorum Status Mediolani nobis dilectissimis, & Sigillat. &c.

Visis alijs litteris Regijs datis ad instantiam Sindicorum Comitatuum sub die 19. Iulij anni 1589. mandantibus adiungi Magistratui duos Senatores, cum deputatione Multum Ill. Senatorum Didaci Salazarij, & Io. Baptistæ Capræ, facta pro executione dictarum litterarum.

Visa subrogatione præfatorum Multum Ill. DD. Balthassaris Salazarij, & Sigismundi Possæ in locum prædictorum, facta sub die 22. Augusti proximè præteriti.

Visa copia authentica aliarum litterarum Regiarum datarum sub die 2. Nouembris 1588. ad instantiam Ciuitatum status, effectus vt per Magistratum administraretur iustitia, & daretur adiunctus ipsi Magistratui aliquis Senator.

Visis relationibus Referendariorum Ciuitatum, qui requisiti per litteras præf. Ill. Magistratus retulerunt, qualiter attento prædicto edicto multi Ciues, qui in Villis degebant, ad Ciuitates habitandas se contulerant.

Visis alijs relationibus eorundem Refendariorum referentium, quòd si Ciues ruriculæ habitarent in Ciuitatibus, diuersa soluerent Datia Cameralia, quorū solutionem ruri habitando euadunt.

Visis litteris diei 28. Iulij 1587. scriptis per Mag. Deputatos Prouisionum Ciuitatis Comi præfato Ill. Magistratui pro responsione litterarum ad eos datarum in hoc negotio Ciuium ruricularum in quibus fatentur credere, quòd Ciues ruri habitantes debeant soluere onera ruralia.

Visis litteris diei 13. Augusti dicti anni 1587. scriptis per Mag. Præsidentes guberno Ciuitatis Laudæ ad præfatum Ill. Magistratum pro responsione vt sup. in quibus aiunt, quòd circa contenta in prædicto capitulo litterarum Suæ Regiæ Maiestatis opus esset ita efficere, vt seruaretur memorata Constitutio status in tit. de oneribus.

Viso ordine facto in Consilio Magn. DD. Præsidentium Prouisionibus Mag. Ciuitatis Vigleuani sub die 19. Iunij anni 1589. effectus, quòd detur opera, vt Ciues ruriculæ obseruent ordinem S. R. M. de quo supra, & cogantur ad solutionem onerum ruralium, si in Ciuitate non habitauerint.

Visis allegationibus, & fundamentis factis ad demonstrandum Constitutionem prædictam debere obseruari, vna cum responsionibus ad fundamenta Ciuium ruricolarum, ac trium illarum Ciuitatum, quæ contradixerunt, & demum in actis dimissis sub die prima præsentis mensis, necnon comparitione facta sub hac hora nomine Ciuitatum Papiæ, Nouariæ, & Laudæ.

Visis litteris Regijs diei 5. Augusti 1589. directis præfato Excell. Gubernatori ad preces Ciuitatis Nouariæ, quæ remissæ fuerunt per ipsum Illustrissimum Gubernatorem Senatui Excell. vnà cum omnibus coram ipso Excell. Senatu allegatis, tam pro parte ipsius Ciuitatis, quàm eius Comitatus, quæ omnia exinde remissa fuerunt præfato Ill. Magistratui, & præsentata fuere in actis sub die 13. Nouembris prox. præteriti per Mag. Oratorem dictæ Ciuitatis.

Visis omnibus iuribus productis per Ciuitates contradicentes, & Ciues ruricolas, & demum viso vniuerso processu, & omnibus alijs videndis, auditaq; relatione vnius ex Ill. Quæstoribus, cui onus videndi, & referendi iniunctum fuerat, & auditis Aduocatis Ciuitatum Mediolani, Papiæ, Derthonæ, Nouariæ, & Ciuium ruricolarum, ac nonnullorum habitantium in loco Romancoghi præsen-

tendentium seex priuilegio non teneri ad habitandum in Ciuitate. Necnon & Aduocato Comitatuum status pro suo iure, & interesse. Et tandem visa relatione citationis peremptoriæ cadentis sub hac hora publicatæ, & intimatæ ad formam litterarum Regiarum superinde obtentarum sub die vltimo Octobris proximè præteriti,

Præsente Ill. I. C. D. Emanuele Puteo Regio Aduocato Fiscali in specie ad curã huius causæ Delegato virtute litterarum Regiarum,

Omnibusq; consideratis.

ORDINAVERVNT, & ordinant, ac declarauerunt, & declarant attenta dictarum Constitutionum in obseruantia, absoluendos esse eos Ciues, qui in Villis vltra præscriptum tempus à Nou. Constitutionibus in tit. de oneribus. in §. quicunque Ciuis. habitarunt ab hodie retrò ab omni, & toto eo quod prætendi posset contra eos, occasione onerum non solutorum, vel aliter, prout eos absoluunt.

Cæterum dictam Constitutionem in d. §. quicunque Ciuis, esse ad vnguem, & prout iacet in futurum seruandam, omni penitus exceptione, vel contrarij vsus, vel aliter remota. Et hoc a Festo S. Martini proximè futuro in antea.

Reseruato iure cognoscendi super prætensionibus Ciuitatis Nouariæ, quæ particularibus rationibus prætendit eximi debere à dispositione dicti Decreti, cui Ciuitati, seu eius Egregio Oratori statuerunt, & statuunt terminum dierum viginti post ferias Natalitias ad sibi incumbentia faciendum. qui terminus sit etiam communis Regio Fisco, & Sindicis Comitatus Nouariensis.

Reseruato similiter iure cognoscendi de iuribus eorum qui prætendunt ex priuilegio, vel aliter, debere præseruari ab oneribus, si & prout iuris fuerit, non retardata tamen executione prout infra.

Ita tamen & taliter, quòd per præsentem ordinationem, & solutionem onerum ruralium in posterum faciendam ab ijs Ciuibus, qui ruri vltra præscriptũ tempus habitabunt, non censeatur acquisitum Feudatarijs plus iuris contra prædictos Ciues, vel rõne iurisdictionis, & maioris Magistratus, vel aliter, quàm cõpeteret ipsis Feudatarijs ante præsentem ordinationem, & ante ipsam solutionem, ita quòd ipsa solutio onerum nihil plus eis tribuat, quam antea cõpeteret.

Quibus etiam ciuibus onera ruralia vt supra soluentibus declarant nullum præiudicium fieri per memoratam solutionem, quin vtantur, & fruantur alijs oneribus, & priuilegijs nobilitati competentibus. ita quòd dici non possit per ipsã solutionem onerum derogatum fuisse nobilitati familiarum, quos ideò donec nobilitatem seruauerint, absoluunt ab illis oneribus sordidis, quæ per actum personalem præstantur, salua contributione ad ipsa onera sordida, quæ fieret per viam collectæ, ad quam eos teneri volunt, siue seruent nobilitatẽ siue non.

Decernentes etiã copiam huiusce præsentis ordinationis trasmittendam esse suæ Excellentiæ ad effectũ, vt de ea certior reddatur sua Regia Maiestas, ita tamen quòd nõ retardetur executio, quantum sit à dicto festo S. Martini prox. futuro in antea, nisi aliud interim in contrarium à S. R. Maiestate ordinatum fuerit.

Præsente præfato Ill. Aduocato Fiscali Emanuele Puteo prædictam ordinationem acceptante in partibus Regio Fisco fauorabilibus &c.

Præsente quoq; Egregio Michaele Angelo Caballo Causidico generali Comitatuum Status, acceptante similiter dicto nomine ipsam ordinationem in partibus dictis Comitatibus fauorabilibus &c.

Io. Iacobus Zuchellus.

Quid seruandum à Notarijs, & Iudicibus causarum Criminalium, quando Senatus mandat fieri relationem statûs causæ, & præcipuè de eorum mercede.

Mediolani XV. IVLII M. D. XCI.

PRo solutione dubij excitati in litteris vestris die 26. Iunij proximè superioris ad nos datis, vtrum notarij causarum Criminalium officij istius, cum quandoq; contingit super precibus reorum à nobis decerni, vt rescribatur status causę, teneantur Processum originalem Prætori, à quo facienda est relatio, exhibere sine aliqua mercedis, aut honorarij solutione: ipse autem Prætor gratis, an verò habito prius in eam causam aliquo honorario rescribere debeat; declarat Senatus noster, quo cum litteras vestras communicauimus, actuarijs honoraria, siue mercedem Processuum non deberi ante illorum editionem; iustum tamen esse, vt illis satisfiat pro scriptura huiusmodi relationũ status causæ, si ab illis conscribantur. Quod autem attinet ad Prætorem, cùm ex ordinibus ab ordine ipso aliàs conditis in hac materia caueatur, dari illi debere dimidium eius, quod deberetur, si causa definitiuè referretur, censet nihil esse innouandum, sed in iam ordinatis esse persistendum, vt scilicet, pro relationibus statuum causarum teneantur rei ad solutionem medietatis honorarij debiti pro relationibus definitiuis. Vos igitur sic de cœtero seruari facietis, & vbi Notarij sint renitentes, illos ad exhibitionem ipsorum processuum omninò cogetis. Ipsis autem reis, tam ijs, qui hactenùs huiusmodi prouisiones impetrarunt; quorum causas, eo impedimento interposito, iamdiù silentio inuolutas esse scribitis, quàm alijs, si qui posthac hoc remedio vti volent, assignabitis terminum competentem ad deponendum penes Officij Thesaurariũ pecuniam ea ex causa faciendæ relationis debitam, eiusq; relationis expeditionem curandam; & eo termino lapso, si aut contumaces erunt, aut negligentes, ad vlteriora pro iustitia procedetis, ipsi rescriptis nostris causarum statum rescribi mandantibus non obstantibus. Vos tamen monitos volumus, nullam vobis expectandam esse mercedis, aut honorarij solutionem, cum Senatus mandat, causæ alicuius statum ex officio, non ad supplicationem partis referri. Nam eis in casibus mandamus, vt gratis, & ex officio pariter vos rescribatis: Mandantes etiam, vt hanc declarationem apud acta vestri officij registrari faciatis, ad hoc, vt singulis etiam successoribus vestris innotescat, & ab ipsis quoq; seruetur. Signat. Riccardus, & Vicecomes.

Alexander Besutius.

Exul debet peremptoriè citari saltem in formam absentis, alioquin sententia contra eum lata nulla est.

M D XCVI. Die xx. Martij.

RElato per Fiscale Fernum statu condemnationis scutorum quinquaginta

E versus

versus Cameram Regiam secutæ cõtra Ioan. Paulum Brugoram detentum in Carceribus Prætorijs Mediolani, quia non consignauerat in carceribus Marcellum de Antonijs prout fideiusserat; intellectisq; rationibus adductis ad demonstrandum nullitatem ipsius condemnationis, Quia maximè, quando peremptoriè citatus fuit, abesset Exulà Dominio Mediolani; quiaq; cùm absentia ex causa exilij esset notoria, saltem debuisset in formam absentis citari. Senatus censuit dictam condemnationem, inualidam esse propterea ipsum Ioan. Paulum è carceribus dimittendum, de hisq; monendum esse executorem ipsius Cameræ, ne vlterius dicta de caussa eum molestet. Ghilinus.

Senatus mandat pecunias iniustæ condemnationis prætextu exactas restitui.

Quæstoribus Extraordinarijs.

Die Prima Februarij. M. D. LXXXIX.

DEclarauit Senatus noster iniquam eam condemnationem, quam fecit Prætor Vallis siccidæ, in pœnam scutorum centum, aduersus Franciscum Agacinũ, & Marcum Rauellum eius fideiussorem, eo quod Agacinus de delatione gladij falcati, quem vulgo stortam vocant, sine extrema parte ferrea vaginæ, coram eo Prætore delatus non se consignasset intra præfixum terminum, auditisq; postea eiusdem Francisci defensionibus, censuit, illum ab impico crimine absoluendum, & eidem, ac fideiussori restituendas pecunias eius condemnationis. Quas cùm Prætor rescripserit iam fuisse exactas per exactorem à vobis deputatum, vobis mandamus, vt illas omnino restitui faciatis: ita tamen, vt saluum sit Fisco nostro ius suum aduersus ipsum Prætorem, qui ad eã condemnationem iniquè deuenit. Signat. Fossa, loco Mag. D. Castellani, & Riccardus.

Mulieres ministrantes bannito receptato per dominum domus, non debent molestari: sed dimittenda sunt absq; impensa.

PHILLIPPVS HISP. &c. REX, ET MED. DVX, &c.

DIlecte noster. Cùm Bartholomęus de Iuliano de Cillio, qui proximis superioribus diebus istic detentus erat in suis examinibus inter cętera dixisset se domi Antonij Robij Mense Septembri, anni 1586. semel cenasse vna cũ Laurentio Masonelo Bannito, & capite damnato, præsentibus ipsomet Antonio, Martha de Berto eius matre, & Margarita Masonesa vxore, omnibus cenam ministrantibus, Processum fuit per præcessorem vestrum de Banniti receptatione, & de auxilio illi præstito, tàm contra Antonium, quam contra mulieres, quos omnes impiãti criminis reos constituit, personaliq; constitutione, ac alijs molestijs affecit, ac demùm facta ab eo fuit, quoad omnes relatiõ definitiua. Qua per Senatum nostrum visa miratus est Senatus ita fuisse actum cum mulieri-

mulieribus, cum neq; reæ constitui possent, neq; aliqua illis esset ascribenda culpa, quæ domino domus parere tenebantur, nec bannitum ab ea domo, cui ipsæ non præerant, eijcere; sed si qua alicuius culpa fuit, ea fuerit solius domini domus. Propterea consideratis omnibus relatis, quoad ipsas mulieres censuit, vt absq; impensa dimittantur, & aliç etiam expensæ, ea ex caussa factæ, eisdem restituantur. Quo autem ad Antonium, censuit vt in tormentis interrogetur super impiꝺcto crimine, & vbi nihil emergat, absoluatur rebus stantibus. Vos igitur sic exequimini, & pecunias à mulieribus exactas illis restitui omninò curabitis. Dat. Mediol. die 23. Iunij. M. D. X C. Marchesonius. Sp. I. C. Prætori Vallis sicidæ nostro dilecto.

Pæna testis falsò ad defensam deponentis.

HILIPPVS HISP. &c. REX, ET MED. DVX, &c.

Dilecte noster. Audita relatione tua Processus formati contra Paullinum Pighæum reum confessum testimonij ad defensam falsò perhibiti pro Filippo, Ioan. Paulo, & Ioan. Antonio Pellicis inquisitis de auxilio cooperatiuo ad homicidium Rufini de Plano, & omnibus relatis maturè perpensis, tibi mandamus, vt ipsum Paulinum duobus ictibus funis publicè plecti facias. Mediolani die 29. Ianuarij. 1593. Prætori Vulpelini,

Besutius.

Quòd imputati de delatione Armorum prohibitorum post decessum Gubernatoris, & antequam publicetur Cridæ confirmatoriæ in loco delationis, non molestentur.

PHILIPPVS HISPAN. REX, &c. ET MED. DVX, &c.

Dilecte noster. Considerata inclusa supplicatione Ioan. Francisci Trotti, mādamus vobis, vt, vbi in facto verū sit, quòd delatio scloppi de quo agitur, successerit post mortem Ill. Marchionis Ayamontis Locumtenentis nostri, tēpore quo Cridæ confirmatoriæ, adhuc in ista regione publicatæ non fuerant, nullam vlteriorem supplicanti molestiam eam ob caussam inferatis. Mediol. die xxvij. Iunij 1586. Prætori Gremiaschi.

Cruceius.

Quòd nullus fiat reus suspicionis.

PHILIPPVS, &c.

Dilecte noster. Quas nobis porrexit preces Barbara Tapella, eas ad vos his nostris annexas mittimus, mandantes, vt super petitis cum curia deliberetis, ac prouideatis. Præterea mandamus vobis, vt in futurum ab illo abusu consti-

tuendi aliquem reum suspicionis abstineatis, cùm Senatus iam pluries Iudices admonuerit, vt ab ipso abusu caueant. Mediol. die. 11. Decemb. 1592. Iudici Galli.

Alex. Besutius.

De Eodem.

PHILIPPVS HISPAINIARVM, &c.

Dilecte noster. Considerata occlusa supplicatione Petri, & Ioannis Antonij Besutiorum, mandamus vobis, vt, vbi legitima non subsint indicia constituendi reos supplicantes, eos vlterioribus expensis non grauetis; sciatisq; à Senatu nostro nullo pacto probari. Quòd quis de suspicione reus constituatur, & ideò vos ab hoc in futurum cauebitis. Mediol. die 23. Iulij. 1593. Vicarij Seprij.

Pœna insultus sine vulnere noctis tempore, præcedente inimicitia.

Philippus Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

Dilecte noster. Quòd Senatum nostrum consuluistis in quam pœnam dānandus sit Iacobus Blancus contumax, imputatus de insultu facto, vnà cum alijs, noctis tempore, in Ioan. Baptistam Tinctorem, præcedente inimicitia, re tota maturè perpensa, cùm de re satis graui agatur, venimus in sententiam, mādandum esse vobis, prout harum serie mandamus, vt dictum Ioan. Iacobum citatis vt sistat, sub pœna remi triennalis, & contumacem in ipsam pœnam dānetis. Mediol. die 22. Augusti 1596. Marchesonius.

A tergo. Sap. I. C. D. Pietro Cantono Auditori Comitum Rosat. nostro dilect.

Alij tamen sunt in contraria opinione, Alb. Pap. quem refert, & sequ. Ang. in l. tale pactum, parag. qui pronocauit, num. 27. ad fin. ff. de pact. dicens seruandum esse quamuis durum, Bal. in d. l. 1. sub num. 5. & sub num. 9. vers. Item contra ius, Idem probant Castr. & Alex. in d. parag. Eleganter, dum tenent contra Bal. etiam eo casu quo statutum simpliciter disponeret de carcerando debitore, dicente Castr. quòd Florentiæ truffantur de illa decisione Baldi, cum quibus transit Brun. sibi non satis constans in d. tract. quæst. 3. principali sub num. 4 distinguens inter statutum simpliciter loquens de carcerando debitore, & illud, quod vlterius progrederetur remouendo cessionem per verba expressa, vel æquipollentia. Et hoc quando statutum expresse loqueretur clarum esse dicit, Alex. in d. parag. Eleganter nu. 13. Eandem probat, & Boer. d. cap. 2. num. 11. 12. cum temperamento tamen quod debitor in carcere non remaneat, sed eum effugere posit tradendo se in seruitium creditori, vti iure Hispanico constituitur, quod, & repetit nu. 23. Ego etiam hanc sequor quod statuto, vel consuetudine posit adimi beneficium hoc cessionis, si expresim id fiat, qui videam idem in multis casibus lege communi constitutum collectis per Socin. in regul. 46. per D. Moder. super d. statuto 408. n. 48. & seq. & passim per Brun. in d. tract. de cess. Inter quos vnus est frequentissimus quando ex delicto debitor quis euadit, de quo mox specialiter agetur.

Quæstionis est modo in casibus quibus lege communi, vel municipali prohibita est cessio bonorum remedio aliquo detentis subueniatur si periculum sit; ne tales in carcere marcescant, vel squalore pereant. Feder. de Sen. in cons. 60. tenet pactum iuratum quo renuntiatur cessioni bonorum valere, sed limitat, nisi esset notoria, & manifesta mendicitas, paupertas, & fames, quia tunc pactum esset contra ius naturale, Idem voluit Bald. in d. l. 1. sub nu. 9. vers. tu concorda si qui bo. cæd. pos. sequitur Rom. in d. paragr. Eleganter, num. 16. ad fin. Ibi, nisi manifesta, & notoria sit paupertas renuntiantis sine spe lucri in futurum, puta quia decrepitus, & similiter cum spe negatiua, quod alius pro eo soluat, quia tunc cedere poterit renuntiatione iurata non obstante, quæ inualida remanet propter inhumanitatem, sequi-

tur & Alex. ibi num. 12. tuncenim verificantur rationes, quas idem Rom. contra impium creditorem meditatur, sub nu. 3. vers. quinto, & sub nu. 15. vers. secundo, idem sensit Did. in d. lib. 2. var. resol. cap. 1. nu. 7. propè fin. ibi Ego Iudicem admonitum esse velim, vt iuratam etiam renuntiationem cautè obseruet, negotij, & personarum qualitate perpensa, sæpè enim æquitas suadebit his non obstantibus permittendum esse debitori beneficium ei à iure concessum bonis cedendi quo etiam publicum carcerem effugere valeat, atque hoc indulgendum est inopię eius, & paupertati forsan inculpatę, Boet. qui citat alios in d. cap. 1. sub num. 41. versi. præterea Aufrezius, & ibi multa subnectit ad exprobandam creditoris immanitatem, cu ius nulla sit vtilitas, quod debitor carceris miseria, & sordibus tantum non enectus perpetuo suspiret, neque tamen sit expectandus diutius, qui pro eo soluat, quia iamdudum refrixerit charitas, raraq; sit, & tennis hominum benignitas in egenos, præsertim si magnam summam debeant. Ad Iudices planè pertineat in Rep. excitare exempla misericordiæ, & charitatis, non Tyrannicæ immanitatis, & Scythicę feritatis. Hanc etiam probat Rip. in d. l. obligatione, num. 30. ad fin. quod scilicet non procedat pactum imminente periculo, ne debitor in carceribus moriatur, vt si constitutus sit in extrema necessitate, quia iura alimentorum renuntiari non possunt. Et subdit, Ego autem dicerem Iudicem ex officio pacto non obstante, tunc debere debitorem relaxare, quia vita morituri, debet præualere cuicunque causæ pecuniariæ cap. non satis 86. dist. quia Iudex debet in causa alimentorum impartiri offitium non petenti, & sic relaxare carceratum non habentem vnde se alat, si creditor eum alere noluerit, Et Glos. in l. fin. in verbo agnoscere. C. de erog. mil. an. lib. 12. quod latè attingit, Pet. Pech. de iur. sist. & man. iniect. cap. 28. num. 6. Et hoc seruant Protectores nostri, Sequitur, & Fely. in d. cap. Ex rescripto sub num. 12. de iureiur. Bost. de car. fid. relax. num. 25. quando redactus esset ad extremam miseriam, absque fraude sua, Et quod creditore inopem debitorem non alente debeat, è carceribus relaxari probat diffusè Brun. in d. tracta. in 6. q. princip. nu. 8.

Quod autem de debitore famelico dictum est, in sene, seu decrepito etiam procedit, vti exemplificat Rom. in d. l. Eleganter, semper enim eadem viget ratio, ne in carceribus moriatur, nulla satisfactionis spe consistente, Ad quod videndus Cacialup. de debit. susp. q. 5. num. 6. nunciandum esse principi, an aliquis carceratus sit senio confectus, quia pietate motus illum dimitti faciet, arg. tex. in l. in metallum. ff. de pœn. quo text. à fortiori in carcerato sene, vel creditori addicto dimittendo vtitur Boet. cap. 7. per totum, Idem & in infirmo infirmitate perpetua, probat idem auctor. cap. 19. ex text. in d. l. in metallum quem inducit, à fortiori num. 1. & subdit num. 2. debitorem nunquam ita fore destituendum omni remedio, vt sit periculum ne moriatur in carcere, ex dict. supra in d. cap. 1. & num. 4. agit de debitore dimisso ob perpetuum morbum ex iudicio Medicorum, an si conualescat redire ad carceres teneatur, & sub num. 10. monet Iudicem, vt si talem è carcere dimittat, ob morbum de cuius sanitate desperetur non simpliciter eum dimittat, sed donec durauerit ægritudo, & num. 19. inquit, vt laborans morbo insanabili dimittatur, è carcere absque fideiussore, suaden. humanitate, & Christianæ charitatis zelo, sed tamen expediendum esse per diffini-

tiuam

tiuam sententiam, audito plenissimè creditore, qui sua pecunia priuatur, nec mirum quia de extrema hac paupertate docendum erit citato creditore afflict. decis. 377. Brun. de ces. bon. q. princ. 26. Inter alias vero fallentias, quæ regulæ cessionis accomodantur. Illa est frequens, & practicabilis, quando debitum ex delicto procedit, tunc namq; cedere volens non auditur sed in corpus pœnam luet, l. fin. ff. de in ius voc. l. 1 parag. fin. ff. de pœn. tradit Ias. in parag. pœnales nu. 43. & in parag. fin. nu. 13. Instit. de actio. in l. si quis id quod num. 28. de iur. omn. Iud. Veron. latè in consil. 9. vbi de communi, & procedit siuè Fisco applicetur, siuè parti, vt per Veron. Ibi addendi, quod statutum simpliciter loquens de cessione debitoris admittenda intelligeretur secundum ius commune, vt non recipiatur si debitum ex delicto prouenjat. Ad idem Clar. quæst. 95. versic. Sed pone Baet. cap. 11. d. tractatus, vbi latè Cumia. dict. cap. 95. num. 9. Ampliat. 2. Io. Fab. etiam si ciuiliter ex delicto actum fuisset, veluti iniuriarum ad pœnam pecuniariam in parag. fin. vbi Ias. num. 13. Instit. de act. ampliat. & 3. Abb. in c. fin. litibus num. 5. de dol. & cont. per illum Text. etiam si non esset pęna, sed interesse respectu actoris ob damna quæ passus foret, modo sit pœna respectu rei qui nihil habuerit, & sequitur Did. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 8. vbi, & Francum citat, sed in hoc est differentia quando applicatur Fisco commutatur in corporalem etiam eo non consentiente, quando verò applicatur parti non fit commutatio, nisi parte consentiente. Ita pulchrè decidit Abb in cap. Odoardus num. 5. de solut. quem sequitur Did. sub d. num. 8. versic. Hęc vero commutatio, & quod opus sit consensu partis, probat. Text. quem ibi Bal. obseruat. in d. l. fin. ff de in ius voc. in l. quod si minor. ff. de minor. in fin. & alij sequuntur quos congerit Ias. in d. paragr. pœnales nu. 46. Clar. vbi supra. versic. Sed quæro Baet. dic. cap. 11. nu. 7. vbi Boer. citat. testan. de communi d. q. 349.

Cœterum lubet paulisper in eo immorari, quod supra de partis interesse tetigimus, ob ancipitem intellectum Theoricæ Innocent. in d. cap. Odoardus de solut. illam siquidem ita variè exaudiunt Doct. vt vix certi quicquam, ex eorum traditionibus desumi queat, vt videre est apud Abb. Anan. & Imol. ibi Geminian. in cap. fraternitas num. 11. 12. q. 2. Did. in cap. 1. sub num. 8. vers. Ex quibus apparet, & rursus in vers. verum cum hęc quæstio, & Brun. in d. tract. de ceff. bon. in qō. 17. quartę q. princip. Existimo ègo namq; veram illius Theoricæ declarationem sumi ex Abb. in c. finem litibus nu. 5. de dol. & cont. Ex cuius dictis triplex partis læsæ, Interesse constituo, vnum quod pœnam pecuniariam respicit, quę sibi in solam vltionem iniuriæ applicatur, & hanc commutari posse creditore volente in pœnam corporalem non ambigimus per ea quæ supra relata sunt, & nuncupatim scribit Abb. ibidem dicens commutationem fieri, etiam si parti pœna applicetur, nedum Fisco, potest autem hoc primum interesse verificari in pęna furti vltra simplum, Ità intelligo eundem Abb. in dicto capitul. Odoardus, Ibi, Aut conuenitur quis ad interesse, & ad pœnam, Et tunc si pœna est applicanda parti, vt in furto, non debet fieri commutatio, quatenus est pœna, nisi actore consentiente, pondera hæc postrema verba, quatenus est pęna, Exemplificari etiam potest in pœna pecuniaria ob crimen iniuriarum, de quo loquitur Innocent. vbi supra, & sequitur Gemin. in dicto capit. Fraternitas,

quod ampliat Ioan. Fab. & Ias. num. 13. in dicto paragr. fin. de act. etiam si ciuiliter actum fuisset, quos sequitur Boet. dicto capit. 21. sub nu. 2. quicquid aliter putet Brun. in dict. quęstio. 17. ad fin. Aliud est interesse, quod mixtum appellatur, quia ex parte accusatoris continet damnum quod ipse passus est, ex parte verò rei pœnam si nihil ipse habuit, & exemplificatur in casu dicti capitul. finem litibus in expensis, quas actor passus fuit propter calumniam partis, & in damnis vulnerum, quia licet tantum absit vulnerato, nihil tamen adest vulneranti; Et hoc etiam casu locum esse dictæ commutationi, probat ille text. sanè notab. in dicto capitul. finem litibus, prout ibi adnotat Abb. Plus probat inquit, hęc littera videlicet hanc commutationem posse fieri non solum cum in pecunia soluenda est pœna ex parte vtriusque, sed etiam cum ex parte Rei est pœna, & ex parte actoris debentis recipere, est interesse &c. Et hoc dictum post Fran. magnifacit Did. sub nu. 8. sentiuntque non obscurè Innoc. & Gemin. dum purum interesse tantum excludunt, de quo mox agetur, Et hoc si criminaliter actum sit, secus si ciuiliter, quia tunc locus fit cessioni. Ita loquitur Innocen. in d. cap. Odoardus explicitè Imol. num. 29. Brun. qui alios citat. d. q. 17. 4. qō. prin. sub nu. 2. Ita etiam intelligo Did. in c. loco num. 8. ad fin. vers. At ea pœna.

Aliud igitur, & tertium est interesse, quod purum appellatur, quia nullam implicet pœnam, nec ex parte accusatoris cui tantum abest, nec ex parte Rei, cui tantundem adest, & tunc nulla fiet commutatio in pœnam corporalem, sed expectabitur donec ad pinguiorem fortunam deueniat, & ita loquitur text. in d. cap. Odoardus, prout Abb. pulchrè explicat dicto loco, Ibi, secus dic. vbi pecunia soluenda non est pœna, etiam ex parte Rei, qui soluendo non est, quia tunc non fiet commutatio. Et hoc exemplificabitur in furto, quatenus damnatur fur ad simplum, seu ad rei ablatæ restitutionem sic enim non obscurè voluit Inno. dum post relatum furti exemplum subijcit, sed pro puro interesse non subijcitur pœnitentię, sed reseruatur res habenda tempore prosperioris fortunæ. Idem sentit Abb. ibidem dum commutationem in pœua furti admittit, quatenus est pœna, clarius Gemin. in d. c. cap. fraternitas, Ibi, Si verò agatur ad pœnam, vel pœnitentiam imponendam, vt in furto, tunc si placet pęna, vel pœnitentia poterit commutari in corporalem, sed pro puro interesse non subijcitur pœnæ corporali, & ita refert secundum traditionem Abb. iudicatum fuisse Boet. decis. 349. sub num. 11.

Ab hac autem conclusione commutandæ pœnæ pecuniariæ in corporalem propter inopiam, demenda est mulcta, quam poterit Iudex minuere, vel etiam remittere propter inopiam l. illicitas paragr. fin. ff. de off. præs. & ibi Bart. tradit. Ias. in d. l. si quis id quod, num. 28. in 4. fall. ff. de iur. om. Iud. in parag. pœnales num. 49. insti. de act. Brun. d. q. 17. latè Boet. in d. tract. cap. 18. vbi limitat. numer. 3. quando mulcta applicata esset parti, communem dixit Clar. d. q. 95. versic. Hęc autem vbi quod Mediolani Senatus feret, vt componantur non tamen in minori quantitate quartæ partis.

Aduertendum prætereà, quod in hoc statu istiusmodi commutationes fiunt solius Senatus auctoritate, teste Clar. dicta. quęstione 95. versic. sed quid si Reus.

Stat

Stat modo eadem difficultas, quid si pars nolit consentire commutationi, an semper iste remanebit in carcere. Cumia. in d. cap. 95. num. 15. dicit, quod tunc locus erit cessioni, sed nihil allegat, & ego eius sententiam non probo vt potè Doctorum omnium assertioni contrariam pragmaticis tamen sanctionibus alibi receptam, de quibus meminit Did. in d. cap. 1. sub nu. 28. vers. Verùm cum hæc qò. Melius propterea sensit Cast. in d. l. fin. quod tunc poterit Iudex arbitrari, vt pœna corporali afficiatur ne moriatur in carceribus, & idem probauit Baet. in d. cap. 11. num. 6. ad fin. vers. Sed obijcis. Ibi num. 9. format, & demum concludit cum Pau. de Cast. pluribus rationibus. prima, quod hoc pacto via præcluderetur humanæ libertati, quę neque pactis, neque iuramentis tolli potest ex dictis in 1. capit. num. 45. relatis supra in q. iuratę renunciationis: secunda quod semper in carcere esset debitor, quod in iure reprobatur, l. incredibile. C. de pœn. tertia quia aliud pro alio soluatur, creditore inuito, vt è carceribus eximatur. auth. hoc nisi. C. de solu. Mouetur propterea auctoritate Ripæ, quem supra citauimus in materia renunciationis iuratæ in d. l. obligatione generali nu. 30. volens insumma quod non sit discrimen inter istum, & illum casum si despectetur quod debitor vnquam soluere possit, sed ante istos hanc eandem conclusionem probat Bald. in l. quicunque nu. 19. C. de furr. vers. sed quid si aduersarius, dicens audiendum non esse accusatorem, si dicat nolle aliam vindictam, nisi quod remaneat reus in carcere, donec soluat, quoniam vel fidem inquit, habebit de debito, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, aut fustibus cędetur, & absoluetur, quia tenendus in carcere non sit, postquā de crimine constat per text. in l. dinus, paragr. fin. ff. de iur. pat. in l. quod si minor, paragr. si seruus, ff. de minor. putat tamen, quod si reus mallet stare in carceribus, quam iustibus cędi esset audiendus, sequitur Salic. ibi sub num. 14. per tex. dicentem pœnam corporalem non esse differendam in l. cum reis. C. de pœn. receditque à Bal. in eo quod censuit debitori fore indulgendum si malit stare in carceribus, quam aliam pœnam subire, quia non sit arguendum à contractu ad delictum transeunt cum eadem concl. Ang. num. 4. Cast. num. 9. & Fulg. num. 10. in l. si quis id quod ff. de iur. om. iud. Paris de Put. de sind. vers. licet dicatur fol. 230. ea tantum suffulci ratione ne in carceribus marcescant debitores, cùm ea etiam transit Alex. in d. l. fin. ff. de in ius vo. dum Bal. citat in d. vers. sed quid si aduersarius, quem omninò videndum ait. Facit quod nullus debitor, etiam si extrema præmatur inopia; Creditori tamen iure Romano adiudicandus est, neque prætextu debiti retinendus l. fi. ff. de lib. ho. exh. l. ob æs. C. de act. & ob. Rip. in l. obligatione generali, num. 9. ff. de pignor. Et quamuis operas quis locare possit l. qui operas, ff. locat. non tamen ius creditori super eius persona quæri potest, vt proinde retineri valeat, & locatio operatur perpetua non consisteret, si promissio solutione interesse, vel substitutione alterius explicari requiret, vt per Rip. eo. loci Gasp. Baet. de inop. deb. cred. addicen. cap. 1. nu. 3. 5. 6. 7. & 16. ad tēpus autē valeret promissio Baet. num. 18. Hinc dura rigoris, & inhumanitatis plena lex Hispanica reputatur, qua debitor creditori addicit ad seruiendum, vt per dict. auctorem num. 56. & eius validitate differitur in capit. 2. per totum, sed admissa eius validitate, nec ipsa recipitur in casibus quibus inutilis futura esset

addi-

addictio ita in sene diuenę, & cariosæ ętatis. Baet. concludit capit. 7 ibiq; num. 4. ex textu monetur in l. in metallum, ff. de pęn. Ibi si valetudine, aut ętatis infirmitate inutiles operi faciundo deprehendantur à Pręside dimitti poterunt. Eadem ratione non addiceretur Infans cuius nullæ sunt operæ, vt apud eundem auctorem cap. 8. sub num. 5. Idem de furioso, & muto, ac surdo, à natura constitutum, vt in cap. 9. num. 9. to. 11. & de debitore perpetua infirmitate detento in cap. 19. Diuersum quoq; in eum statuendum non foret, qui ita expers negotiorum sit, vt nulla ex eo sperari possit vtilitas Ita Per. Pech. de iur. fist. & man. iniect. capit. 4. num. 1. subnixus auctoritate Ang. in l. pro hærede. parag. si quid tamen num. 2. ff. de acq. hęr. quem ibi secuti sunt Rom. num. 7. Imol. num 4. & Alex. num. 3. ff. de acq. hær.

Neque Boer. his aduertatur in d. decis. 349. num. 8. vers. Secundo si is cul. quo loci videtur, à Cast. recedere in d. l. fi. dicens omnes tenere opinionem Bal. in d. l. quod si minor Innoc. in d. cap Odoardus, & sequacium, vt retineri debeat creditore nolente, quod in corpus luat, sed expectetur, quod fiat soluendo, ne aliud pro alio sibi soluatur inuito, quoniam contraria ista non sunt, sed diuersa, sit vera, sit communis dicta conclusio, procedit illa tamen donec est spes, quod soluere possit in pecunia ipse, vel alius pro eo, sed si de hoc desperetur, tunc locus est fallentiæ, nec patitur lex vt in carcere quisquam marcescat, & obid qui dictam conclusionem probant, hanc quoque Baldi, Cast. & aliorum declarationem sequuntur.

Sed vltra præmissa, ego aliud considero, quod quando hæc resolutio possit esse dubia apud Iudices inferiores. apud Senatum tamen nullam propè contineat difficultatem, & ad hoc dicendum moueor ex Theorica Bal. in d. l. 1. sub num 9. vers. tu concorda C. qui bo. ced pos. ibi enim num. 8. & 9. examinat. q. an possit renuntiari beneficio cessionis, & demum opiniones contrarias Iac. But. & Dyni fædere distinctionis conciliat, vt respectu carceris nunquam euitandi renuntiatio non teneat, adducit rationes libertatis non abrogandæ, & quia non interest creditoris debitorem in carceribus mori, sunt eius verba formalia, aut respectu effectus cessionis, vt non operetur, si ad meliorem fortunam deueniat, & valeat, vt ibi per eum Baldi distinctionem alij secuti sunt excepto. Alexan. & secundum eam sæpius iudicauit Rot. Romana vti diffusè retulit Brun. eiusdem sententię in dict. tract. ces. bon. q. princ. 21. num. 12. & seq. illam eandem rationem, quod creditoris non intersit, quod in carceribus debitor moriatur, nisi quando posset ibi operando aliquid superlucrari, probauit Rom. in d. parag. Eleganter, sub. num. 3. vers. 5. & sub nu. 15. vers. secundo, & patet ad sensum. Tunc dico, quod cum rigorosa ista dispositio, vt quis in carcere maneat, tota pendeat ex iure positiuo, potest Princeps illi absolutè derogare, Glos. & Doct. in l. fi. C. si cont. ius, vel pub. vt doct. omnes in cap. quę in Ecclesiarum de constit. maximè Dec. num. 19. & fine causa ex potestate absoluta, cum caussa verò extraordinaria, vt habetur, in dictis locis, hanc verò posteriorem tantum Senatui communicasse dicitur: Felyn. in capitul. postulasti num. 13. & melius in capitul. ad audientiam, 2. sub num. 4. versicul. omnia tamen ista, de rescrip. tradit Cur. Sen. in cons. 73. num. 26. Rip. in tit. de rescript. Resp. 9. num. 7. fol. 10. apostil. ad Bald. in l. 2. num. 39. C. de ser. & aqu. nulla autem potest maior causa adduci, quā quod à morte debitor liberetur à seruitute,

a per-

a perpetuo carcere, absque aliquo pœnitus creditoris, detrimento, si despe- retur, quod possit ad meliorem fortunam deuenire, tex. est ad litteram in l. Rescripta, C. de pre. Imper. offer. imo etiam si cum aliquali damno, vt ibi in Glos.

Si modo quęratur qualis debeat esse hæc pœna corporalis, Respondet Ang. in dicta l. si quis id quod, de iur. om. Iud. eam modicam esse debere, & secuti sunt Castren. & Fulg. ibi exemplificantes in pœna funis, vel fustigationis etiam intra Palatium, & secreto ad vitandam infamiam, Purpur. ad Ias. ibidem num. 28. Paris de Puth. in dict. vers. licet dicatur. Nec quemquam moueat, quod Did. scriptum reliquit in d. cap. 1. nu. 8. ad fin. Iudices illarum Curiarum plerumque delinquentem inopem damnatum pecuniaria pœna in satisfactionem priuatæ læsionis non admittere ad cessionem bonorum, quam pragmatica induxit. Sed enim damnare, mittereq; in publicas triremes, vt mercede publica ibidem remigis offitio fungantur donec ex mercedis pecunia damnum priuatum farciatur, quoniam præter id quod formatur hæc sequela ex duritie alterius legis addicentis debitores inopes creditoribus iure Romanorum reluctante, quam meritò execratur Baet. d. cap. 1. post num. 56. vers. Idem, in debentibus non est indistinctè exaudienda, sed duobus in casibus tantum, quando debitor hostis foret creditoris, cui propterea tuto non seruiret, vel atrox esset crimen, ita Didacum in hanc sententiam exaudit, Baet. in d. tracta. cap. 11. sub nu. 6. versic. Et si constito.

Hęc cum in Senatu discussa fuissent, probauit is ordo, ręcitatas conclusiones, hac vltima excepta, qua in re motus fuit consuetudine, quæ in eo seruatur damnandi aliquem pecuniaria pœna, vel remi in subsidium, & quod quis à pœna remi quandoque eximere se possit soluta quantitate suprascripta longe minori.

Decreta autem sequuntur, vt infra.

1588. Die 15, Decembris.

Cum lectæ in Senatu fuissent mutuæ preces Pauli Castelij, & Fabritij Casati, quibus ex parte Castellij petebatur, vt inspecta eius inhabilitate sanè manifesta ad persoluendum pœnam vulnerum, & magnam damnorum quantitatem ex aduerso prætensam, protestas sibi fieret, vel cedendi bonis, vel luendi pœnam in corpus Senatus arbitrio, ad effectum ne marcesceret in carcere, in quo iam supra annum à condemnatione sequuta detinetur. Ex parte verò Casati contendebatur, locum cessioni, in debitis ex maleficio non esse, nec etiam commutationi in pœnam corporalem, si creditoris cõsensus absit, & si aliter ipso etiam dissentiente foret statuendum, non prius tamen de pœna corporali deliberandum, qua creditum suum quantitatis non exiguę extinguatur, quam data sibi facultate deliberandi, an velit pœnæ, quam Senat. statuet acquiescere, & crediti sui iacturam facere, vel potius quod carceres impunitus euadat, prestita quam debitor poterit, cautione de soluendo, si ad pinguiorem deuenerit fortunam.

Propositis etiam non multis postea diebus, supplicatis nomine Marci Ceruij in carceribus Papiensibus quinquennio iam exacto detenti ex causa debiti

priua;

priuati subuentionis Coloniæ, & liberorum, vt eius egestate non dissimili perpensa, & quod obtulerat creditori suo Dominico Vicedomino dare insolutum bona vxoris dotalia iuxta formam à Senatu probatam, liceret sibi tandem carceres euadere, facta omnium bonorum cessione, lege municipali, & Nou. Constitutionum qua cessio fieri eo casu prohibetur, non attenta, ne in ijs demum animam agere cogeretur, absque vlla dicti creditoris vtilitate, Nec non & responsis dicti Vicedomini conditiones nonnullas offerentis, & si non acceptarentur, contendentis ius quæsitum ex aliqua sibi potestate auferri non posse, statuit Senatus seriò rem vtramque agendam fore, Vt quid post hanc in ijs, & alijs casibus seruandum sit, maturè decerneretur, proindeq; mandauit dubia vtrique creditori, ac fisco excitari, responsaque expectari, quæ cum in Senatu lecta, discussaque fuissent semel, atque iterum.

Censuit is ordo, in ijs, & cœteris huiusmodi casibus seruandum esse, vt si de manifesta debitorum paupertate constiterit, creditoribus auditis; ità vt nulla alia subsit spes solutionis per se ipsos, vel per alios faciendæ, commutatio in criminalibus in pœnam corporalem fiat Senatus arbitrio, ne in carceribus moriantur debitores, tàm respectu pœnæ pecuniariæ fisco, vel parti adiudicatæ, quàm interesse, & expensarum quę parti deberentur ob offensam sibi factam, ex qua tamen nil in ipsum condemnatum peruenisse, & hoc creditore etiam inuito, data tamen ei optione post declaratam pœnam corporalem, an malit debitorem impunitum carceres exire, prętita quam poterit cautione. In alijs verò debitis, quæ ex maleficio non oriantur, vel etiam ex maleficio descendât, sed tamen purum ex vtraq; parte interesse contineant, cessionem bonorum eo casu fieri posse, lege aliqua communi, vel municipali non obstante, saluo iure creditoribus aduersus debitores, si ad pinguiorem quandocunque fortunam deuenerint. Verum ne praui debitores paratam sibi opportunitatem putent, quæ excogitatis artibus; & iustitiæ, & creditoribus imponant; Decernit idem Senatus potestatem hac, nedum respectu commutationis, quę ad ipsum solùm spectat, sed etiam cessionis an eius obtentu deploratæ spei debitor sit excarcerandus, à solo ipsius arbitrio pendere debere; ipse enim excitatis creditoribus cuncta prius rimabitur adamussim, nec quicquam nisi causa perspecta, planeq; cognita constituet. Cœterum quod ad casus pręsentes pertinet, mandandum esse Egregio Capitaneo Iustitię, vt terminum statuat partibus breuem ad deducendam quicquid voluerint, fisco citato circa allegatam detenti inopiam, deindamna Casati, & expensas liquidet. Mag. verò Papiæ Prætori, vt similem terminum Vicedomino pręscribat ad probandum, & allegandū quicquid voluerit in præmissis, quia his visis deliberabitur opportunè.

Concordat cum originali, signat. Landrianus.

1589. Die 14. Ianuarij.

IN causa Pauli Castelli, qui iamdudum in carceribus Egreg. Iustitiæ Capitanei retinetur ob pecuniariam condemnationem ex causa vulneris sclopetati Fabricio Casato, damnorumque, & expensarum quę passus fuit, & patitur propterea quod pede debilitatus remansit; Visis litteris diei 19.

Nouem-

Nouembris proximè lapsi quibus dicto Capitaneo iniunctum fuerat, vt statuta breui dilatione partibus ad deducendum, & probandum quicquid voluissent circa allegatam, è decreto notoriam paupertatem, citato Fisco ad damnorum, & expensarum liquidationem procederet, ac referret, vt de pœnæ commutatione, & eius qualitate deliberari posset, ad effectum ne in carceribus perpetuo manere cogeretur. Visa similiter dilatione statuta, intra quam probauit habere tantum credita pro summa librarum octocentum, & mille Imper. super quibus creditis habet infrascripta debita, videlicet eius vxori libras octocentum Imper. Baptistæ Aliprãdo libras centum tredecim. solidorũ quinque Imper. & Custodi carcerum malæmansionis libras quinquaginta duas sol. 18. Imper. Et successiuè liquidatione damnorum, & expensarum facta per dictum Egreg. Capitaneum in summa lib. 5310. Reseruato sibi iure declarandi super damnis, & expensis futuris, omnibusque maturè perpensis, ac inherendo decreto ab ipso Senatu condito sub die 15. Decembris proximè præteriti.

Censuit idem Senatus, ex supradictis creditis dicti Castellij, libras octocentum relinquendas esse penes debitores pro dote vxoris suę, & alias libras centum tredecim, sol. quinque pro debito erga Aliprandum, & alias libras quinquagiura duas sol. 18. pro debito erga Custodem malæmansionis, vt supra, & alia si quę abinde citrà eidem Custodi debitæ sunt, alias vero exigi debere, cessuras primo in pœnam dictorum vulneris, & abusus Fisco debitam, & carcerum nouorum fabricationi applicandam, & quod reliquum fuerit dicto Casato relaxandum in causam dicti crediti sui pro concurrenti quantitate. Pro restanti verò summa eidem Casato debita taxata, & taxanda, cùm nulla sit spes, vt detentus eam vnquam persoluere possit, commutationem esse faciendam in penam corporalem, atquè ità condemnandum fore dictum Castellium ad Reg. Triremes, in quibus triennio remiget, tuncque ab omni ære quo tenetur erga Casatum, liberatus intelligatur, non tamen remigio exacto eum admittendum in hunc Mediolani statum, nisi præstita fideiussione de non offendendo Casatum, cui Casato tamen integrum esse vult Senatus deliberare intra triduum statuendum, an malit detentum carceres euadere impunitum, præstita quàm poterit cautione tàm de non offendendo, quàm de soluendo, quod debet, si ad meliorem fortunam deuenerit.

Concordat cum originali.

Signat. Landrianus.

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectissimè noster, Relatis in Senatu nostro ijs, quæ nobis rescripsistis in causa vertente inter Marcum Ceruium, & Io. Dominicum Vicedominum, omnibusque maturè perpensis, Venimus in sententiam, vt Ceruius relaxetur è carceribus, facta per eum prius cessione bonorum suorum in forma pudenda, non obstante allegato statuto istius Ciuitatis, cum conditione tamen, quod bona ipsius Ceruij quæ dicuntur esse eius vxori obligata

H ad

ad Cridas ponantur, & ipsi creditori insolutum dentur ad formam litterarum Senatus ad vos datarum, tractato etiã negotio ad præsentiam Illustrissimi Locumtenentis nostri sub die vigesima octaua Aprilis 1587. modo per prędictas Cridas non impediatur dicta relaxatio facienda vt supra, ac etiam cum conditione, quod saluum sit ius ipsi creditori aduersus dictum Ceruium, si ipse Ceruius ad pinguiorem fortunam quandoque deuenerit ad formam ordinis facti à Senatu sub die decimaquinta Decembris proximè preteriti. Insuper decreuimus in actu relaxationis fieri debere preceptum dicto Ceruio de non offendendo dictum Vicedominũ, nec eius agentes in ęre, nec in persona sub pœna triremium triennalium. Itaque sic exequemini. Dat. Mediolani die 16. Martij 1589.

Spectab. I. C. Pretori Papiæ Senatori nostro dilect.

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecte noster. Quid posthac seruandum sit in causis debitorum, de quorum manifesta paupertate ita constiterit, vt nulla alia subsit spes vel per se ipsos, vel per alios satisfaciendi creditoribus, ex occluso Decreto nuper à Senatu nostro condito cognoscetis. Vt autem omnibus innotescat, vobis mandamus, vt illud in actis officij vestri registrari faciatis. Dat. Mediolani 4. Februarij 1589. signat. Facius. à tergo. Egregio I. C. D. Pretori Laudæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Quod delinquentes, qui pœnas delictorum dederunt, in carceribus non detineantur ob solum debitum alimentorum.

Vt infra fore scriptum reperitur in libro 33. ex. 91. fol. 88. pœnes Bergomum Coadiutorem existen. idest.

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

Dilecte noster. Consideratis expositis in inclusa supplicatione Egr. Protectorum carceratorum huius Ciuitatis, vobis mandamus, vt vbi recitatæ mulieres aliâ de causa non detineantur, quam ratione memoratarum impensarum, fuerintq; publicè fustigatę, illas statim dimittatis, idéetiam exequendo in futurum in similibus casibus. Dat. Mediolani die 27. Maij 1591. subscript. Vicecomes. à tergo. Egregio I. C. Pretori Mediolani nostro dilecto, & sigillat. &c.

Serenissime Rex.

IN carceribus Mag. D. Pretoris Mediolani retinẽtur adhuc Angela Pisina, & Angela de Salmittis occasione furtorum abeis commissorum, qua de caussa fuerunt publicè fustigatę, vna semel altera verò tribus vicibus, nec aliâ de causa nunc detinentur, nisi quia debitrices remanent aureorum quatuor-

quatuordecim vel circa occasione panis ab eis conscripti, nec spes aliqua subest, quòd miserrimæ istæ mulieres debitum hoc exsoluere possint, præsertim cum illa pauca bona mobilia, quæ habebant fuerint querelantibus applicata. Quamobrem aliquo modo prouidendum est, quòd istæ infœlices dimittantur. Et quamuis Protectores Carceratorum fid. M. V. ser. omni diligentia vsi sint ad hoc, vt dimitterentur, etiam pro obseruatione statutorum in cap. 216. vol. 2. cuius copia exhibetur, non tamen nec apud Magnificum D. Prętorem, nec aliter id effici potuit, nec etiam poterit, nisi accedēte maxima M. V. benignitate, & auctoritate, prout etiam alias fecit in causa cuiusdam Caroli Vicecomitis, quem eadem M. V. mandauit relaxari, non obstante, quòd esset debitor librarum 595. prout ex copia literarū, quę exhibentur apparet, & ideò ad effectum, vt in pręsenti casu, & alijs similibus statuta obseruentur, carceratiq; relaxari possint, dicti Protectores.

Humiliter M. V. deprecantur, vt mandare dignetur dicto Magnifico Prætori, quòd vbi dictæ mulieres alia de causa non detineantur, quàm occasione prędictarum impensarum, fuerintq; publicè punitæ, prout supra dictum est illas absque vlteriori mora dimittat, in posterumque in similibus casibus exequatur, & ita &c.

1591. Die Mercurij 29. mensis Maij in vesperis.

CORam Illustr. Iuris Consul. D. Prętore Mediolani, &c.

Productę, & præsentatę fuerunt suprascriptæ litterę, & preces per suprascriptos Ill. DD. Protectores Carceratorum Mediolani etiam nomine prefatarum mulierum semper saluis, &c. cum requisitione; quod exequantur in omnibus, prout mandant aliter &c. & proinde quod velit, & debeat ipsas mulieres, de quibus in ipsis litteris, & precibus fit mentio dimittere, & seu dimitti facere statim absque impensa, postquam publicè fustigatę fuerunt, vt ex actis constat, aliter &c.

Qui præfatus Ill. D. Pretor visis suprascriptis litteris, nec non, & visa relatione acta à Baruerio qualiter mulieres ipsę fuerunt publicæ fustigatæ, & alijs videndis, omnibus modo &c. Ordinat ipsas mulieres fuisse, & esse statim, & incontinenti relaxandas absque memoratis impensis, etiam in omnibus ad formam memoratarum litterarum, & ita &c. Signat. Petrus Barbous, subscript. Hieronymus Vaca Notarius actuarius in Prætorio Mediolani pro fide subscripsit, & est in act. penes Bergomum.

Nos Iacobus Sormanus, & Iacobus Sansonus ambo Abbates Collegij Notariorum Mediolani fidem facimus, & attestamur suprascriptum Hieronymū Vacam fuisse, & esse Notariorum Actuarium in officio Pretorio rerum criminalium Mediolani, quodque eius scripturis, & actis ab eo receptis, ac subscriptis, & quæ in dies in dicto officio ab eo tali Notario vt supra recipiuntur, semper plena, & indubitata fides adhibita fuit, ac etiam de presenti adhibetur in iuditio, & extra. In quorum fidem pręsentes fieri, sigillique soliti huius nostri Collegij muniri iussimus. Dat. Mediolani die Lunę decimoquarto, mensis Nouembris 1594. Inditione octaua. Subscript. Gaspar Reueslatus Notarius, & Cancellarius præfati Collegij subscripsit & sigillat cum sigillo rotundo more solito in cera rubea.

Declaratio circa comprehensos in proclamationibus Suæ Excell. ratione delationis armorum prohibitorum.

1597. Die 5. Decembris.

Coram Dominis Vicepretore, & Iud. in Prætorio Mediolani.

COmparet Maximilianus Siccus, semper cum reseruatione &c. occasione fideiussionis per eum factę de consignando toties quoties &c. Bartholomæum Minolum Bergomensem, alias carceratum sub pœna scut. 300. & dicit, quod licet appareat ipsum comparentem fideiussisse vt supra sub die 10. Iulij anni 1595. nihilominus non potest, nec tenetur vlterius eum consignare, attento quod sub die 8. Februarij anni præsentis idem Minolus alia de causa criminali, & capitali inquisitus fuit à D. Vicario Marthesanæ, & capitaliter condemnatus, & bannitus à toto Mediolani Dominio, prout apparet ipsa condemnatione, quæ exhibetur in forma publica, & autentica, adeo quod absque sui culpa, imo ex culpa Iudicis, & eiusdem fisci non potest ipsum Minolam consignare, petens ideo in pace dimitti, & dicta de causa non molestari, & quatenus expediat ordinari, ipsum vlterius dicta de causa non esse molestandum &c.

Qui præfatus Dom. Vicepretor, visa dicta comparitione visa fideiussione, & demum dicta condemnatione capitali contra eum Minolam sequuta ad dictum officium Marthesanę sub dicta die octaua Februarij proximè præteriti, & alijs videndis re in Curia tractata &c. omnibus consideratis, &c.

Ordinauit, & ordinat dictum Maximilianum Siccum fideiussorem vlterius dicta de causa non esse molestari &c. & ità &c. signat.

Bripp. propretor.
Mandellus Proiudex. Fernus.
Porrus Sindicator. Coman.
Flaminius Fernus Sindicator.
Vicomercatus Sindicator.

Declaratio vnius qui non fuit in casu proclamationum in materia delationis sclopporum loquentium.

Philippus &c.

DIlecte noster, Visis inclusis precibus Baptistæ de Barni, vobis Mand. vt constito vobis quod suppl. non vacet agriculturæ, agros proprijs manibus colendo, vel operas alijs locando, eum prætextu dictarum cridarum non molestetis. Dat. Mediolani die 25. Augusti 1593. signat. Landrianus à tergo Sap. I. C. Iudici AEqui Mediolani nostro dilecto &c. & sigillat. &c.

P. R.

PEr Iudicem figni Equi Mediolani formata fuit Inquifitio contra fid. M. V. S. Io. Baptiftam de Barni, quod contra formam proclamationũ prohibentium rufticis delationem fclopporum detulerit fclopum per locũ Villę Plebis Incini Ducatus Mediolani,& licet de iure vt pluries M.V. declarauit contra fupplican. procedi non pofsit, cum non fit in cafu dictarum cridarum, non enim vacat agriculturæ terras proprijs manibus colendo, vel operas alijs locando, tamen prefatus Iudex minatur velle procedere ad condemnationem contra fupplicantem, vnde fit vt ad M. V. confugiat.

Supplicando dignetur mandare Prefato Iudici, vt vbi fupplic. non vacet agriculturæ terras proprijs manibus colendo, vel operas alijs locando, eum prætextu dictarum cridarum non moleftet, prout alias etiam mandauit, vt patet exemplo quod exhibetur, & ita fperatur &c.

In materia vnius gratiæ præfentatæ poft condemnationem, & nihilominus valere.

1595. Die 9. Martij.

DIcto in Excellentifsimo Senat. per Iudicem Equi, quod Daniel de Rigola de menfe Nouembris anni 1591. Imputatus fuit de infultu prima cuaginatione & delatione pilę ferreę,& quod die 10. Aprilis anni 1593. in relatione generali obtinuit gratiã fupraſcriptarũ imputationũ,& quod die prima Decembris anni 1593. fuit in contumatiam damnatus in pœnam cõtentam in proclamationibus,& quod die 4. Ianuarij pręfentis anni, pręsentauit dictam gratiam.

Senatus cenfuit, non obftante quod dicta gratia fuerit pręfentata, poft fequutam condemnationem dictum Danielem gaudere debere dicta gratia ac fi non effet fequuta condemnatio. fign. Poggius,& figillat. &c.

Quod aduenæ, qui quiete, & pacifice viuunt, in aliquibus artibus fe exercentes ac præcipue, qui familiam habent, & iam per aliquod tempus fe contulerunt, ad habitandum in ciuitate Cremonæ non cogantur iuxta proclamata Illuft. L. T. fideiufsionem de bene viuendo præftare, fed ij tantum ad id cogantur qui Prætori fufpecti videbuntur.

Philippus Hifpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte nofter. Vifis ijs, quę in executione literarum noftrarum ad vos datarum die 21. Iunij proximè præteriti, ad preces protectorum Carcerato-

ceratorum istius Urbis, ad nos rescripsistis circa obseruationem proclamatis Illu. Locumtenentis nostri, prohibentis quoscunque exteros istic habitare posse, nisi præstiterint fideiussionem de bene viuendo, sub pœna triremium triennalium, nec non, & intellecto superinde voto vestro, ac omnibus perpensis, Vos his nostris monere opportunum duximus, vt aduenas qui quiete, & pacificè viuunt, & in aliquibus artibus se exercent, precipuè qui familiam habent, & iam per aliquot tempus se contulerunt ad habitandum in istam Ciuitatem, carcere non grauetis, etiā si fideiussionem requisitam ex dispositione dicti proclamatis non præstiterint, sed vbi animaduertatis aliquos vobis suspectos, eos moneatis, vt certo termino fideiussionem præstent, vel sub eadem pœna triremium triennalium à proclamate ipso comminata recedant. Dat. Mediolani die 12. Augusti 1594. Subscript. Landrianus. a tergo. Spect. I. C. Prætori Cremonæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Littera mandantes, vt non attenta minoritatis exceptione proposita post factum obligationis instrumentum in quo dixerit se maiorem adulteriora procedatur modo interim fuerit factus maior.

Exequutoribus Cameræ Mediolani.

CONsideratis annexis precibus Antonij Mariæ Abduæ mandamus vobis, vt constito memoratum debitorem ante narratum debitum in præcedenti instrumento iurasse se tunc maiorem esse, illudq; iuramentum in recitato versus supplicantem obligationis factę instrumento reiterasse, & anno pręsenti se maiorem effectum esse fateri, vt memorata friuola minoritatis exceptione non attenta ad vlteriora in causa procedatis. Mediolani die primo Martij. 1595.

Decretum in materia statut. cap. 375. pro damno dato, & facto noctis tempore.

1595. Die 27. Iulij.

CVm lis inter Communitatem Desij, & Bartholomeū Salam, ex causa incendij noctis tempore positi in bonis dicti Salæ sitis in territorio dicti loci Desij, ageretq; Sala contra dictam communitatem ad consecutionem damnorum vigore statuti in cap. 375. disponentis, communitatem teneri pro damno dato in territorio suo siue illud datū sit de die, siue de nocte, ipsa autem communitas diceret se non teneri ad dictum damnum, ea ratione, quòd nouis constitutionibus in tit. de pœnis parag. si quis robariam fecerit, caueatur communitates non teneri pro damno dato, quoties resisti non potest, & propterea contenderet se non teneri eo, quòd non potuerit resistere, quia incendium positum fuerat de nocte, & de prędictis factū fuisset verbum

in

in Senatũ à D. Cæsare Perego Iud. signi Galli Instante dicto Sala, Senatus omnibus maturè perpensis.

Censuit nouas constit. non derogare dispositioni dicti statuti, & ideo etiam pro damno facto noctis tempore teneri communitates.

Quod Carcerati pro delictis non Capitalibus, non detineantur in obscuris carceribus, carceratis autem pro debito priuato erogentur pecuniæ pro alimentis à credit. quæ penes protectores deponantur, vel ipsis carceratis erogentur, & notarij constito sibi de paupertate relaxandorum, sine aliqua erogatione pecuniarum aptent scripturas.

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecte noster. Consideratis expositis in inclusis precibus Protectorum carceratorum istius ciuitatis, Vobis mandamus, vt carceratos pro delictis non capitalibus retineri non permittatis in obscuris carceribus, sed de die eos in communi carcere recludi mandetis, prouideatisque etiam, vt carceratis pro debito priuato à creditoribus suis erogentur pecuniæ pro alimentis in ea quantitate, in qua per creditores debitoribus suis carceratis erogari solent in hac ciuitate, & ita in posterum seruandum decernimus, volentes etiam, vt dictæ pecuniæ non amplius deponantur penes Notarios actuarios, sed illæ, vel carceratis erogentur, vel penes Protectores ad eum effectum deponantur. Volumus insuper, vt Notarij constito sibi per attestationem deputatorum Hospitalis de paupertate relaxãdorum illicò iuxta dispositionem constitutionum aptent scripturas absque eo quod sibi erogentur aliquæ pecuniæ sub pœna eis Notarijs, & custodi priuationis officij, & creditoribus nullitatis depositorũ. Dat. Mediolani die 7. Augusti 1576. subscript. Alexander Besutius. à tergo Egregio I. C. Prætori Laudæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Potentissime Rex.

Varia patiuntur grauamina carcerati ciuitatis Laudæ, quæ prouisione M. V. indigent. primũ est, quod carcerati pro delictis non capitalibus, post quam etiam sunt examinati, per custodem carcerum pro libito eius voluntatis retinentur in obscuris carceribus, neque inde eos vult relaxare, & in carcere communi ponere: nisi prius eas quas voluerit pecunias soluant. Quo fit, vt mille incommoda patiantur. Primo enim magna cum difficultate participant de elemosinis, quæ quotidiè carceratis erogãtur, si etiam aliqua re indigent, non potest ea à domesticis afferri, sed traditur dicto custodi, qui vel eam carceratis non consignat, vel non nisi mediante solutione pecuniæ. Hinc fit, quod multi in carceribus miserabiliter vitam finire cogantur, cum

non

non habeant pecuniam ad satiandū auiditatem custodis. Secundum est, quod carceratis pro debito priuato non erogantur per creditores pro alimentis, nisi solidi tres singulo die, quæ summa modernis temporibus modica est, nec sufficit pro dictis alimentis. Et quod peius est creditores deponunt dictas pecunias penes Notarios actuarios, qui eas retinent sub prætextu mercedis scripturarum, seu actorum eis debitę, ita quod carcerati nihil percipiunt. Et licet per Senatorem olim Odescalcum in quadam visitatione facta de carceratis in mala mansione Mediolani sub die tertio Augusti 1588 aucta sint alimenta carceratis pro debito priuato vsque ad solidos sex singulo die, prout ex ea, quæ M.V. exhibetur; non potuerunt tamen fid. M.V Serui Protectores carceratorum dictę ciuitatis obtinere, vt in dicta ciuitate obseruetur propter multas cauillationes, quas molesti creditores opponunt, & ad impediendam relaxationem carceratorum, & ad denegandum dicta alimenta. Tertium est, quia Notarij causarum ciuilium, postquam ordinatum est detentos pro debitis esse relaxandos, contra formam constitutionis disponentis actuarios à pauperibus, & miserabilibus personis nihil exigere posse, tamen scripturas opportunas absque maximo pauperum dispendio eas aptare nolunt; etsi fidem eorum paupertatis à Parocho, & à Deputatis Hospitalis magni habeant, pro quibus grauaminibus tollendis dicti Protectores ad M.V. confugiunt.

Supplicando vt ille dignetur mādari Prętori Laudę, vt carceratos pro delictis non capitalibus non permittat in obscuris carceribus detineri postquam fuerint examinati, sed iubeat eos de die in communi carcere recludi. Secundò decernere, quod carceratis pro debito priuato erogentur per creditores alimenta ad summam solidorum sex singulo die, & quòd dictæ pecunię vlterius non deponantur penes Notarios actuarios, sed vel dictis carceratis erogentur, vel penes dictos supplicantes deponantur, ad effectum prędictū. Tertio quod Notarij, constito per fidem Hospitalis de paupertate relaxandorum, scripturas aptent absque aliquarum pecuniarum erogatione eis facienda ad formam constitutionis, sub pœna ipsis Notarijs, & custodi priuationis officij, & nullitatis depositorum creditoribus, quod speratur &c. subscript. P. Maria Codatius I.C. Protector. Camillus Micolus ex Protectoribus. Iosephus Pontirolus Protector. Io. Paulus Barnus Protector.

Post quarum litterarum, & supplicationis pręsentationem petunt earum executionem, & pro earum obseruatione petunt ordinari, prout in dicto decreto continetur &c. aliter &c.

Et ad verificandum quod solidi octo imper. dentur singulo die carceratis pauperibus in ciuitate Mediolani, ibidem producunt, & exhibent decretum factum per Illust. I.C. Regium Ducalemque Senatorem Mediolani D. Ludouicum Maggium sub die 18. Iunij proximè pręteriti autenticatum per Anasarcum Ripam Cancellarium Dominorum Protectorum carceratorum Mediolani cum literis legalitatis &c. & prout in eo, ad quod &c.

Item fidem factam sub die sexto pręsentis per Io. Franciscum de Rubeis Cancellarium carcerum D. Prætoris Mediolani, per quam apparet dictos solidos octo erogatos fuisse Bartholomæo de Vitis carcerato, & prout in ea, ad quam &c.

Et

Et cuius Decreti, & fidei tenor talis est, videlicet.

IN visitatione carceratorum in officio Egregij Prætoris Mediolani facta per Magn. Senatorem D. Ludouicũ Madium die 18. Iunij 1596. inter alios reperitur.

Bartholomęus de Vitis retineatur eo quod in honestè se gesserit in domo Alexandri Beccariæ eius Domini.

Nihil potest decerni, stante quod Dominus eius vult vti statuto de Domicello: Interim Protector Taberna cogat ipsum Dominum ad soluendum solidos octo singulis diebus donec steterit in carcere. Subscript. Ghilinus, & sigillat. sigillo Reg. & Duc. in cera rubea. Concordat cum originali penes me existente, Anasarcus Ripa Cancellarius Dominorum Protectorum carceratorũ Mediolani.

Nos Ludouicus Pusterla, & Christophorus Castelletus Abbates Collegij Notariorum Mediolani fidem facimus, & attestamur suprascriptum Anasarcum Ripam fuisse, & esse Notarium publicum Mediolani, & Cancellarium vt supra, & instrumentis, & scripturis per eum rogatis, & expletis plenam fidem adhibere in iuditio, & extra. In quorum fidem &c. Dat. Mediolani die 7. Augusti 1596. subrascript. & autenticat. Io. Gaspar Gadius Notarius, & Vicecancellarius præf. Collegij subscripsit, & sigill. solito sigillo Collegij prædicti.

1596. adi 6. Agosto.

FAccio fede io Gio. Francesco di Rossi Cancelliero delle carceri del Signor Podestà di Milano, come il Signor Ambasciatore del Signor Gran Duca di Toscana cominciò alli 20. di Luglio passato del presente anno à far dare soldi otto al giorno per poter viuere à Bartolomeo di Viti Fiorentino suo carocciero prigione nelle dette carceri, & questo di ordine del Senato Eccellentissimo. Et per fede il medemo Francesco affermo, & subscripe.

Ego Ioannes Taberna I. C. Prior Protectorum carceratorum Mediolani vidi suprascriptum scribere, & subscribere.

Qui prefatus D. Prætor sedens &c. Visis, & auditis prędictis, præfatas litteras reuerenter recipit, & eas exequi obtulit, & offert. & pro earum executione ordinat (in contumatiam tamen suprascriptorum citatorum) prout in dictis litteris continetur, & fecit & facit in omnibus, & per omnia prout suprascriptæ litteræ mandant &c.

Præsentibus præfatis Protectoribus prædicta acceptantibus &c.

Ita est in actis officij Maleficiorum Laudę, & prò fide Franciscus Prauedonis prefati officij actuarius subscripsit.

Litteræ mandantes non admitti quosdam ad iurandum super forma sacramenti eis delata, nisi personaliter cõparerent corã Iudice, & formaliter super ipsa forma iurẽt lingua vernacula &c.

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Dux Mediolani &c.

DIlecti nostri. Petitioni Francisci Calui inclusum in modum supplicantis annuendum censentes vobis mandamus; vt nullo modo admittatis dicta

I de

de Garaualijs, nec aliquem pro eis ad iurandum super recitata forma iuramenti, nisi ipsi personaliter coram vobis super solito vestro tribunali sedentibus formaliter super ipsa forma sacramenti iurauerint euacuado ipsam formã sacramenti in omnibus ad verbum prout iacet, & lingua vernacula. Dat. Mediolani die 15. Martij 1596. Signat. Ghilinus, & sigillat. &c, à tergo Nobilibus viris Consulibus Iustitiæ Mediolani nostris dilectis. &c.

P. R.

PRoduxit fid. M.V.S. Franciscus de Caluis coram Consulibus Iustitiæ Mediolani formam sacramenti litis decessiui contra Io. Petrum, & Iosephum patruum, & nepotẽ de Garaualijs, & quia dubitat supplicans, quod ipsi patruus, & nepos, vel constituant procuratorem ad iurandum, vel iurent, vt solet fieri, scilicet accedendo Notarium actuarium Iudicis, & iurando prout in actis declaratum fuerit ab eorum causidico, & quidem multi non iurarent eo modo si prius certificarentur: propterea supplicans.

Rogat M.V. dignetur mandare dictis Consulibus, vt nullo modo admittant dictos patruum, & nepotem de Garaualijs, nec aliquem pro eis ad iurandum super dicta forma iuramenti, nisi ipsi patruus, & nepos personaliter coram ipsis consulibus super eorum solito tribunali sedentibus formaliter super ipsa forma sacramenti iurauerint euacuando ipsam formam sacramenti in omnibus prout iacet de verbo ad verbum, & lingua vernacula &c. & ita &c.

Quomodo puniendi sit imputati de insultu.

1596. Die 11. Maij.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu per D. Ind. signi Equi de insultu facto Io. Baptistæ Marliano, in loco sacro extra Ecclesiam existen. cuius causa insultans allegat non teneri ad se consignandum.

Censuit Senatus insultantem, sub pœna capitali arbitrio eiusdem Senatus esse citandum, & contumaciam in eandem pœnam condemnandũ signat. Poggius. & sigillat. &c.

Ordo circa modum procedendi in causis satellitum.

Philippus Hispaniarum Rex, &c. & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Proxime actum est in Senatu de nece Aemilij ab Ecclesia, de qua suspecti sunt satellites prætoriani huius vrbis. Auditisque vobis, & audito etiam ipso prætore ac Iudice Gallo omnibusque mature perpensis, cum iam sancitum fuerit ne curia prætoria de delictis suorum satellitum, nec vestra de delictis vestrorum cognoscat, idem etiam in futurum seruandum esse censuimus. Propterea mandamus vobis, vt in hac causa viriliter procedatis, & perfecto processu Senatui refferenda refferatis, Mediolani die 3. Septembris 1596. Signat. Marchesonius, à tergo Egr. I. C. Capitaneo Iustitiæ venerabili nostro dilecto, & sig. &c.

Litteræ

Littera mandantes non debere concedi præcepta continuandi in hæreditate defuncti nisi citato hærede iam continuato, & retacitè derogantes No. Constitutionibus tit. de Contin. pos. defuncti cap. fin.

Philippus Deigratia, Hispaniarum vtriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Io. Baptista, & Polidorus de Calchis, dederunt nobis sequentes preces videlicet.

P. R.

MOrtuo nuper Annibale Curtio absque liberis, & nullo saltem quod innotuerit condito testamento continuati fuerint, præuijs debitis informationibus, per Vicarium Pretorium Mediolani in eius hæreditate fid. M. V. serui Io. Baptista, & Polydorus Calchi, tamquam eius defuncti cognati proximiores, sicque hæredes ab intestato, & quia experientia docet, quod multi iure, vel iniuria libenter concurrunt ad prætendendas huiusmodi hæreditates defunctorum ab intestato, & dissimulantes possessionem defuncti esse plenam ob præcedentem continuationem seruatis seruandis obtentam, subripiunt à Iudicibus præcepta continuatoria, possessionemq; bonorum defuncti inuadunt, bona frequenter diripiunt: quo fit vt sæpe numero scandala, & alia inconuenientia sequantur quæ non sequerentur, vbi iam continuati citarentur. Ideo vt occuratur prædictis inconuenientibus præfati Calchi ad M. V. confugiunt.

Supplicando, vt dignetur litteris suis patentibus iniungere pretoribus Ciuitatum Mediolani, & Papiæ, in quorum iurisdictione sita sunt bona relicta per dictum Curtium defunctum, vt non concedant aliquod præceptum continuatorium ratione dictę hęreditatis, ad fauorem cuiuslibet prætendentis se hæredem dicti Curtij, siue ex testamento, siue ab intestato, nisi supplicantibus citatis sub pœna nullitatis iniunganteq; tanquam delegatis à M. V. quibuscunque iusdicentibus dictorum territorium Mediolanensis, & Papiensis, vt idem seruent: quibuscunque legibus, & ordinibus contrarium disponentibus vel aliam formam dantibus non attentis: quibus M. V. in hac parte tantum derogare dignetur, & ita sperat &c.

Quibus accurratè perpensis, ad euitanda scandala, quæ in apprehendenda possessione ab altero iam apprehensa; non citato ipso possessore oriri possent, per has nostras mandamus omnibus iusdicentibus nostris ad quos spectat, & spectabit ne supplicantes in tenuta dictorum bonorum hæreditariorum, in qua auctore Iudice reperiuntur, turbari, aut etiam ab illa de facto amoueri permittant à quoquam alios qui se, vel ex testamento, vel ab intestato, hæredem eiusdem hæreditatis esse prætendat: nec ipsi etiam aliquem in actualem dictorum bonorum hęreditariorum possessionem immittant, nisi prius supplicantibus ipsis citatis quibus auditis iustitiam faciant, procedendo summariè simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij friuolis, &

calumniosis exceptionibus reiectis, atq; ipsa facti veritate inspecta, in quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediolani die 9. Septembris 1597. signat. Ghilinus, & sigillat. &c. à tergo registratæ in filo patentium &c.

Ordinationes DD. Protectorum carceratorum, augentes (etiam pro executione literarum Excell. Senatus) summam solidorum quinque miserabilibus carceratis, singulis diebus pro alimentis subministrandorum ad summam solidorum decem.

1597. Die Veneris trigesimo mensis Maij in tertijs.

CORam Dominis Protectoribus carceratorum Mediolani.
Comparet Ludouicus Castellinus defensorio, & excusatorio, nomine Francisci Vergiati indebitè detenti saluis &c. in termino citationis ad instantiam præfati comparentis modo quo supra inthimatæ Ludouico Arluno, & Francisco Bernardino Ripæ, effectus ad videndum præsentari infrascriptas literas Reg. Duc. &c. & infrascripta omnia alia fieri, &c. & prout in ea &c. ad quam &c. & propterea præfatus comparens ibidem producit, præsentat, & dimittit infrascriptas literas Regias Ducales tenoris sequentis videlicet.
Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Dilecti nostri. Ope nostra destituendus visus non est Franciscus de Vergiate occlusum in modum supplicans, quare mandamus vobis, vt iuxta qualitatem, & necessitatem supplicantis prouideatis. Mediolani vigesimo nono Maij 1597 subscript. Ghilinus. à tergo. Sapientibus Iureconsultis, & Nobilibus viris Protectoribus carceratorum Mediolani nostris dilectis, & sigillat. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

Potentissime Rex.

FIdissimus M. V. Ser. Franciscus Vergiatus publicus Mercator, qui adhuc quatuor annis iam exactis ad instantiam Francisci Bernardini Ripæ, & Ludouici Arluni Mercatorum detinetur in carceribus Capitanei Iustitiæ pro debito priuato, cùm ob eius inopiam ac miserabilitatem eo sit in casu, vt eidem per eius creditorem debeant alimenta suppeditari, prout iam nonnullis diebus præstantur, iuxta formam ordinum, ac statutorum ad rationem solidorum quinque pro qualibet die nec valeat dictus detentus ne mediocriter quidem seipsum alere propter temporum extremitatem, cùm tempore quo tales ordines, ac statuta facta fuere anni essent admodum fertiles, viliq; pretio venundaretur frumentum, ita vt si modo libris quadraginta venundatur, tunc temporis decem, & nedum etiam octo valeret, eaque tunc etiam fuerit mens statuentium, vt tales debitores magis viuerent, quam quod fame perire cogerentur, prout, & modo in eandem sententiã M. V. conuenire nemo ignorat, ideò ad eandem confugere decreuit dictus detentus.
Humillimè exorando quatenus dignetur, vel dictam summam solidorum quinque

que per dictum eius creditorem iuxta ordines antiquos dicto debitori pro alimentis præstan. augere vsq; ad solidos quindecim, vel saltem Protecto: ibus carceratorum demandare, vt iuxta qualitatem, ac necessitatem prouideant, alioquin dictus detentus, cum res sit longo tempore duratura, nec aliunde sibi succurratur, cogetur breui fame interire, quod vti equum, & iustum à M. V. speratur.

Et petit earum executionem, & pro earum executione quatenus Domini Protectores etiam Delegati vtſ. velint, & debeant prouidere, quod pref. Vergiato soluantur, & erogentur per dictum Arlunum, & Ripam saltem solidos quindecim singulo die pro eius alimentis, attenta qualitate, & necessitate ipsius Vergiati, qui attenta eius senectute non potest se sustinere, neque se alimentare pro solitis quinque solidis, qui eidem singulo die ex aduerso erogantur, attenta qualitate temporum, & seu fieri, & ordinari in omnibus & per omnia, prout dictæ literæ mandant &c. & ita &c. secus protestatur, &c. & prout latius &c. procedendo summariè &c.

Et ad effectum &c. producit iura sua &c. & maximè cessionem bonorum suorum ab eo factam &c. in solis partibus &c. cum oblatione copię &c. saluo &c.

1597. Die Veneris 30. mensis Maij in tertijs.

PRæfati Domini Prior, & Protectores carceratorum Mediolani, &c. sic instante prefato Vergiato saluis &c omnibus modo &c. per modum prouisionis, & sine præiuditio prouidendi, & declarandi diffinitiuè iuxta qualitatē ipsius Vergiati, ac in executione suprascriptarum literarum &c.

Ordinauerunt, & ordinant, quod pro alimentis dicti Vergiati dentur eidem Vergiato per prefatos Ripam, & Arlunum solidi decem pro singulo die post datam præsentis ordinationis notitiam dictis Ripæ, & Arluno pro alimentis ipsius Vergiati & ita &c. signat. Tonsus Prior. Malumbra Protector. Pusterla protector. Boninomius protector. Vianus protector. Subscript. Anaxarcus. Ripa Cancellarius.

1597. Die sexto decimo Iunij.

IN visitatione carceratorum in offitio D. Prætoris Mediolani facta per Magnificum Senatorem Madium die trigesimo Maij proximè preteriti, inter alios repertus est.

Cæsar Prata ex causa Ciuili, & sequestratus ad instantiam Prætoris Binaschi, in visitatione Martij dictum fuit; moneatur Prætor Binaschi, vt quam primum expeditioni incumbat, fuit monitus per literas Domini Iudicis sigilli equi, in visitatione Aprilis dictum fuit, scribatur iterum dicto Prætori, vt omninò rescribat causas retentionis istius sub pœna Senatui arbitraria. Datæ fuerunt alię litteræ dicto Prætori, sed nihil rescripsit.

Reiterentur litterę ad Prætorem Binaschi, vt statim sub pœna Senatui arbitraria rescribat causas sequestri istius. Quo ad augenda vero alimenta Domini Protectores prouideant iuxta qualitatem, & necessitatem. Signat. Paganus pro Secretario Landriano, & sigillat. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

1597.

1597. Die Martis 17. mensis Iunij, vespere.

PRoduct. per Cęsarem Pratam saluis &c. petentem eius decret. executionem &c. & pro eius executione augeri alimenta eiusdem producentis vsque ad solidos quindecim pro singulo die, habita ratione tam qualitatis, quàm necessitatis ipsius producentis, & in omnibus &c. ad formã suprascripti decreti, & hoc in termino citationis emanatę suprascriptis Io. Petro Bossio, & Petro Antonio Castillioneo, ad quorum instantiam dictus Prata detentus fuit.

Qui pręf. Domini Prior, & Protectores pro executione dicti Decreti, omnibus modo &c. per modum prouisionis, & sine pręiuditio prouidendi, & declarandi diffinitiuè iuxta qualitatem d. Pratę.

Ordinauerunt, & ordinant, quod pro alimentis eiusdem Pratę, dentur eidem Pratę per dictos Bossium, & Castillioneum solidi decem pro singulo die, ita vt pręsentis ordinationis detur notitia dictis Bossio, & Castillioneo, & ita &c. signat. Tonsus Prior. Fossanus protector. Gallaratus protector. Corius protector, Barbauaria protector, Vianus protector. Pusterla protector, subscrip. Anaxarchus Ripa Canc.

1597. Die 16. Iunij.

IN visitatione carceratorum in officio Domini Prętoris Mediolani pro debito, facta per Magnificum Senatorem Madium die 30. Maij proximè pręteriti, inter alios repertus est,

Ioannes de Miller pro summa librarum octocentum ad instantiam Caroli Marliani sub executoribus Camerę.

Domini Protectores circa augenda alimenta prouideant iuxta qualitatem, & necessitatem debitoris Signat. Paganus pro Secretario Landriano, & sigillat. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

1597. Die Lunę 16. mensis Iunij in Vesperis.

PRoduct. per suprascriptum Ioannem Molinarium dictum Miller, saluis &c. & petentem suprascripti decreti executionem &c. & pro eius executione augeri alimenta eiusdem producentis vsq; ad solidos quindecim pro singulo die, habita ratione tam qualitatis temporum, quàm necessitatis ipsius producentis, & in omnibus &c. ad formam suprascripti decreti, & hoc in termino citationis emanatę suprascripto Carolo Marliano, ad cuius instantiam dictus Ioannes detentus fuit.

Qui prefati Domini Prior, & protectores pro executione dicti decreti, per modum prouisionis, & sine pręiuditio prouidendi, & declarandi diffinitiuè iuxta qualitatem dicti producentis, omnibus modo &c.

Ordinauerunt, & ordinant, quod pro alimentis eiusdem Ioannis, dentur eidem Ioanni per dictum Carolum Marlianum solidi decem pro singulo die, ita vt præsentis ordinationis detur notitia dicto Marliano, & ita &c. signat. Tonsus Prior. Fossanus protector. Gallaratus protector. Corius protector. Barbauaria protector. Vianus protector. Pusterla protector. subscript. Anaxarcus Ripa Cancellarius.

Nos

Nos Francifcus Platus, & Iulius Cæfar Confanonerius primus Abbates Collegij Notariorum Mediolani, fidem facimus fuprafcriptum Anaxarcum Ripam effe publicum Mediolani Notarium, & Cancellarium vtfupra eiufque Inftrumentis, & fcripturis publicis per eum rogatis, & fubfcriptis, plenam fidem adhiberi in Iudicio, & extra. In quorum fidem &c. Mediolani die 29. Iulij 1597. fubfcript. Io. Gafpar Gadius Notarius, & Vicecancellarius præfati collegij fubfcripfit, & figillat. &c.

Fidem facio, & atteftator ego Anaxarcus Ripa Cancellarius Dominorum Prioris, & protectorum carceratorum Mediolani, quod in executione binarum ordinationum factarum per Magnificum Senatorem Madium, tunc vifitatorem carceratorum Mediolani fub die trigefima menfis Maij proximè præteriti, alterius ad fauorem Ioannis Miler detenti ad inftantiam Caroli Marliani, & alterius ad fauorem Cæfaris Pratæ detenti ad inftantiam Io. Petri Bofsij, & Io. Antonij Caftillionei pro debito, & ordinationum exinde factarum per præfatos DD. Priorem, & Protectores ad fauorem dictorum detentorum, foluuntur eidem Miler per dictum eius creditorem folidi decem fingulo die pro alimentis, & totidem ipfi Pratæ per dictos eius creditores. Et in fidem &c. Dat. Mediolani die 29. Iulij 1597. fupfcript. Anaxarcus Ripa Cancellarius.

Nos Francifcus Platus, & Iulius Cæfar Confanonerius Primus Abbates Collegij Notariorum Mediolani, fidem facimus fupraferiptum Anaxarcũ Ripam effe publicum Mediolani Notarium, & Cancellarium vtfupra, eiufque inftrumentis, & fcripturis publicis per eum rogatis, & fubfcriptis, plenã fidem adhiberi in iuditio, & extra. In quorum fidem &c. Mediolani die 29. Iulij 1597. fubfcript. Io. Gafpar Gadius Notarius, & Vicecancellarius præfati Collegij fubfcripfit, & figillat. &c.

Quod debitor ex maleficio, detentus pro folo partis intereffe, fi ob paupertatem fuam fatisfacere nequeat creditori, fibiq; alimenta non fupetant, non detineatur in Carceribus, nifi à creditore illi fubminiftrentur dicta alimenta.

Reperitur in actis agitatis coram I.C. D. Iacobo Antonio Carpano delegato &c. & exiftentibus penes me infrafcriptum eius Cancellarium inter alia adeffe vt infra, videlicet.

1597. Die Sabbati 8. menfis Nouembris.

Iur. confultus D. Iacobus Antonius Carpanus de Collegio &c. Delegatus &c. pro executione ordinationis Senatus Excell. tenoris fequentis, videlicet.

Philippus

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Auditis ijs, quę nobis retulistis emersisse ex examine Baptistę Capsinæ, mandamus vobis, vt ipsum Baptistam Capsinam tribus ictibus funis plecti publicè faciatis, deinde eum non relaxetis nisi prius querelante satisfacto. Dat. Mediolani die 16. Decembris 1596. subscript. Poggius, & sigillat. &c. à tergo. Sapienti I. C. D. Iac. Antonio Carpano causæ delegato nostro dilecto &c.

Potentissime Rex.

DEtinetur in carceribus fid. & pauperrimus M. V. ser. Io. Baptista Capsina occasione condemnationis contra eum criminaliter sequuta, super restitutione quarundam pecuniarum versus Marcum Antonium Fracassinum Venetum querelantem, ei ablatarum vt dicitur per supplicantem in Ciuitate Venetiarum ascendentium ad summam scutorum ducentum in circa, & sic ratione tantum interesse partis retinetur. Et quia supplicans est inhabilis ad soluendum aduersanti hanc condemnationem ob eius extremam paupertatē, & inopiam, videtur ideò infelicem supplicantem esse in casu ordinis editi per Excellentissimum Senatum super inopiam carceratorum, qui retinentur ratione interesse partis, effectus, vt constito de eorum inopia, & ne in carceribus marcescant, fiat commutatio, in pœnam corporalem ad arbitrium Senatus Excell. maxime quia supplicans per biennium continuum detentus remansit, ita vt supplicans est extra omnem spem soluendi parti aduersę memoratum interesse. Quocirca non tantum supplicans, sed & Protectores carceratorum ad M. V. confugiunt.

Humiliter supplicando dignetur super extrema paupertate supplicantis informationes assumi facere, mox dignetur omne debitum supplicantis commutare in pœnam illam corporalem, quę magis M. V. videbitur ad formam dicti eius inclusi ordinis, & ita speratur &c.

1597. Die 25. Septembris.

FActo verbo per me fiscalem Fernum in Senatu Excellentiss. de recitata condemnatione, & de pretensione ipsius Capsinę, qui prætendebat esse in casu decreti anni 1588. 15. Decembris, & quod attenta eius paupertate fieri deberet commutatio pœnæ in pœnam corporalem, non obstante quod ageretur de interesse partis, factoque verbo de supradicto voto meo super precibus ipsius Capsinæ, & informationibus assumptis, scilicet quòd non esset in casu decreti, sed in casu excepto, proposito quoque quod attenta paupertate antedicta opus erat aliqua prouisione extraordinaria, alioquin, quod facilè futurum esset, quod is in carceribus finiat vitam, maximè cum creditor sit Venetus, & in illo agro habitet. item pro eo hic comparuerit quandoque Causidicus Pompeus Beaqua. Dictum fuit vt dicto Beaquæ statuatur terminus ad certiorandum dictum Marcum Antonium Fracassinum, vt compareat statim ad subministrandum opportuna alimēta huic carcerato, in quo vbi defecerit, ipsum Capsinam relaxandum esse è carceribus, facto ei præcepto de soluendo, si per-

si peruenerit ad pinguiorem fortunam, & eo casu reseruato iure crediti sui præfato Fracasino, & ita iniunctum fuit mihi, vt decernerem. Signat. Fernus.

Tenore præsentium sic instante præfato Capsina, & etiam Io. Baptista Castilioneo eius defensore, semper saluis, &c. statuit &c. præfato Pompeo Beaquæ Causidico, & procuratori præfati Fracasini terminum dierum quindecim proxime futurorum ad certiorandum dictum Fracasinum, vt statim compareat ad subministrandum opportuna alimenta dicto Capsinę carcerato, alioquin si in eo defecerit, & memoratam ordinationem exequutus non fuerit, dictus Capsina relaxabitur ad formam eiusdem ordinationis, & de intimatione præsentis relationis Lazari della Bettola seruitori &c. plena dabitur fides &c. Dat. Mediolani die suprascripto. Io. Baptista Castillioneus scripsit copiam. Signat. Carpanus, & subscrip. Veranus.

Subscrip. Io. Paulus Veranus Notarius in officio rerum criminalium Regij Capitanei Iustitię Mediolani, & Cancellarius præfati D. Carpani subscripsit &c.

Quod proclamata S. E. prohibentia forensibus arma deferre, Intelligantur solum eorum delationem prohibere in ciuitatibus, burgis, & terris, non autem in villis, vel in itinere.

1598. Die vltimo Februarij.

FActa per Egregium Prętorem Mediolani relatione diffinitiua processus formati contra Alexandrum Cattaneum imputatum de percussionibus appostatè illatis Ioan. Antonio Lomatio Fornasario creditori suo de libris 94. solidis 11. denar. & de verbis prolatis in contemptum Com. Pauli Camilli Marliani, & de retentione seruorum Forensium arma contra formam proclamationum per locum Vitudoni status Mediolani defferentium, & hoc ad querelam dicti Lomatij: qui Cattaneus fassus est, quod dictas percussiones prouocatus à dicto Lomatio eidem intulerit, & Balthessari Theutonico famulo suo venienti à ciuitate Mediolani ad locum Vitudoni pro cautione personæ suæ sclopum ab igne, & pistolesem defferre permisserit, Relatisq; inditijs, tam ratione dictarum percussionum, ob quas fuit factus reus dempta dicta qualitate, quàm etiam ratione retentionis dictorum Forensium, auditisque defensionibus, nec non remissione ei facta à dicto Io. Antonio, visisque, & lectis proclamationibus suæ Excell. arma, exteris famulis deffetre prohibentibus, & ipsorum Dominis illorum in domibus retentionem, omnibusque bene discussis pariter cum voto curiæ.

Censuit is ordo præfatum Cattaneum ratione dictarum percussionum, stante prædicta remissione non esse amplius molestandum. Ratione verò delationis armorum eius famulorum per villam Vitudoni, & in accedendo ad eam non comprehendi in prędictis proclamationibus cum in eis tantum fiat mentio de ciuitatibus, burgis, & terris. Signat. Laudrianus, & sigillat.

Subscripta Hieronymus Vaccha Notarius actuarius in Prætorio Mediolani pro fide subscripsit; & ita in actis est penes Gayum &c.

X Quod

Quod proclamationes S. E. prohibentes delationem sclopororum, & hastilium intelligantur eam tantum prohibere in ciuitatibus, burgis, & terris non in villis, & locis minime insignibus.

1598. Die 27. Iulij.

Relato in curia per D. Iudicem Equi processu agitato contra Iulium Cæsarem Serenium, Io. Iacobum Rozzonum, eius seruum, Cæsarem, & Baptistam fratres Bellatios, Iacobum Fagnanum, & Appellatum Fornirolum Imputatos de abductione metretarum trigintatrium vini pretij ducatonorum duorum pro qua libet metreta à cella vinaria Ioannis Paronę causidici in loco Trezzani plebis Pontiroli ducatus Mediolani, apud consulem dicti loci Trezzani mandato Domini Iudicis Equi repositarum, & de sclopporum ab igne, ac hastilium in loco prædicto Trezzani alijsq; in locis circumuicinis contra formam proclamationum suę Excell. delatione, & facta mentione de omnibus hincinde per dictos Paronam, & Serenium deductis ac in actis productis vna cum litteris Senatus Excellentiss. in simili materia, & facto, stante maxime cum locus prędictus Trezzani non est insignis, & ideo in dictis proclamationibus non comprehensus, cum in illis de ciuitatibus, burgis, & terris tantum mentio fiat.

Ordinatum fuit supradictos Serenium, & complices causis pręmissis vlterius non esse molestandos, sed liberandos prout ex nunc illos curia liberat &c. & ita &c. signat. Peregus, Mainoldus, Rouidius, & Calleutus, &c.

Quod bannitus etiam captus in dominio non obstante proclamate S. E. si ita inditiorum, facti, & personæ qualitas suadeat, admittatur ad nouas defensiones.

1598. Die 14. mensis Nouembris.

Relata detentione Melchionis Vallij, banniti ab hoc dominio, & in contumaciam damnati in amputatione capitis propter homicidium patratum in personam Pauli Hieronymi Pusterlę, vna cum depositionibus testium contra eum examinatorum, & petitione per dictum Vallium facta ad effectum vt admitteretur ad nouas deffensiones, & pariter etiã relata dispositione proclamationum suæ Excellentię editarum sub die 20. Octobris proxime pręteriti, quibus redditur incapax admisionis ad nouas deffensiones, quilibet bannitus captus in hoc dominio attenta facti inditiorum, & personæ qualitate.

Censuit Senatus ipsum Vallium ad nouas deffensiones admittendum fore prout eum admittit. Ita tamen quod in diffinitiua habeatur ratio contẽptus banni quo magis grauari videtur ipse Vallius. signat. Poggius, & sigillat. &c.

Mino-

Minorem annorum 18. non esse ordinaria homicidij pœna puniendum.

1598. Die 5. Decembris.

Lecta in Senatu Excellentissimo Mediolani per D. Iudicem signi Equi eiusdem Ciuitatis Inquisitione formata contra Bernardum Porrum ætatis annorum 17. vel 18. in circa, imputatum de homidio commisso in personam Io. Ambrosij de Reijs, lectis etiam inditijs contra dictum Berardum vrgentibus, ex quibus apparet de dicta minoriætate, & consulto in quam pœnam sit condemnandus, omnibus consid ratis vna cum voto curię.

Censuit Senatus dictum Bernardum Porrum citandum esse sub pœna remi quinquennalis, attenta minori ætate, & contumacem in eam pœnam esse condemnandum signat. Ghilinus, & sigillat. &c.

Litteræ declarantes Consules Iustitiæ breuioris togæ non posse se intromittere in causis in quibus emergant articuli iuris, & iudicatum fuerit per consultores sed eas remittendas fore dictis consultoribus.

Philippus Tertius Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus &c.

Dilecte noster. Consideratis annexis precibus Luchinę Angelicæ à Basilicapetri tibi mandamus, vt omnino à recitata causa abstineas, & eam statim remittas alteri ex consultoribus tuis qui de iuribus narrati sequestri cognoscat, & iustitiam faciat. Mediolani die decima tertia Nouembris 1598. signat. Ghilinus, & sigillat. &c. A tergo Nob. viro Io. Stefano Clerico vni ex consulibus Iustitiæ Mediolani nostro dilecto &c.

P. R.

Mensibus proxime præteritis fuit per I. C. Marcellum Rincium tunc consultorem consulum Iustitiæ Mediolani reuocatum sequestrum mandato dictorum consulum factum ad instantiam Balthessaris Galli in præiuditium fid. M. V. S. Luchinæ Angelicę à Basilicapetri, illiusque relaxum concessum supplicanti, quod videns aduersans vt indebitè fatiget supplicantem, statim refecto ipso sequestro, & mutatis tantum mutandis scilicet die, & hora quibus datum fuit, ac termino comparendi ill nd à Io. Stefano clerico moderno Consule de forma subsignare, & inde exequi fecit, & sic introducendo negocium iam à dicto Consultore decisum corã Consule breuioris togæ, qui non possunt se intromittere in causis in quibus iuris articuli emergant, & tanto magis in præsenti casu in quo agitur de reuidendo iam decisum à Consultore, quod

omnino prohibetur etiam ab ordinibus Collegij I.C. Mediolani à M. V. confirmatis, quę eidem M. V. exhibentur, & propterea prædictis stantibus supplicans contradixit ipsi sequestro, & eius iura, & res iudicatas produxit, petijtque illius reuocationem ab altero ex tunc consultoribus ipsorum consulum cui etiam dicta eius iura detulit, sed nunquam fuit dare remedium, vt præfatus consultor voluerit ad expeditionem ipsius causę deuenire licet, quotidie daret bona verba, & subsignaret citationes pro expeditione addito verbo expediturus &c. & hoc ait sub prætextu, quod dictus aduersans noluerit vnquã ipsi deferre eius iura, ac etiam ex eo quod ipsum sequestrum esset subsignatum a dicto consule, qui prætendit hanc causam ad se spectare, licet contra iuris terminos, & M. V. ordines, maxime cum fuerit contestatalis coram dicto consultore ex quo fuit ab eo petita reuocatio dicti sequestri. Interim verò lapsum est bimestre ipsius cõsultoris ad quem nunquam aduersans voluit eius iura deferre quocirca videtur ipsum consultorem tacitè ac oretenus remisisse dictam causam dicto consuli apud quem aduersans maximus fauoribus pollet, proindeque suspectus redditur supplicãti, & ideo cum hic agatur de sequestro in omnibus simili alteri iam per consultorem cum plenissima causæ cognitione, ac datis motiuis, & habitis, & visis, responsis, auditisque partium aduocatis reuocato vt supra. Item cum agatur inter easdem personas, pro eodem asserto credito, & coram eodem Iudice seu tribunali, ac de negotio iam deciso à consultore non possunt consules breuioris togæ in eo se ingerere, vt supra maximè cum summa pecuniarum ipso sequestro contenta excedat aureos ducentum, & hoc ex dispositione No. huius dominij constitutionum tit. de consulibus Iustitiæ Mediolani, Item stantibus ordinibus dicti Collegij I. C. à M. V. confirmatis vt supra, ac stante notoria calumnia aduersantis, & bono iure supplicantis in cuius pręiudicium non potuit etiam fieri dictum sequestrum, quia in aliquo non tenetur erga ipsum aduersantem qui prætendit sequestrare fructus bonorum per supplicantem vigore eius iurium dotalium apprehensorum, ex quo casus dotis restituendę euenit per mortem eius quondam viri, quem eius prætextum fundat aduersans super eo quod habuerit, vt ait, venditiones, à dicto quon. supplicantis viro de bonis seu parte bonorum, quæ ipsemet vir iam diu, & supra annos viginti constituerat possidere nomine supplicantis pro constitutione eius dotis, & in quorum bonorum possessione, & tenuta supplicans dicto eius marito defuncto fuit manutenta, quia in eorum possessione quæ familiaris dicebatur vsque ad mortem dicti eius viri reperta fuit, & quę possessio familiaris nunquam fuit ei interuersa, licet pars dictorum bonorum fuerit per virum alienata dicto aduersanti vt supra, qui successiuè de eisdem bonis ab eodem aduersante fuit inuestitus in & pro solutione quorundam fictorum, pro quibus ideo videtur nunc velle agere contra supplicantem, quę dictis distractibus nullum præstitit consensum, quæque pro eius possessionis manutentione obtinuit eius fauore pluries declarari non posse, nec debere per dictum aduersantem molestari, & quidem cum plenissima causæ cognitione ac datis motiuis & vt supra. Quare cum palpet M. V. ius, & iustitiam supplicantis, & notoriam calumniam aduersantis, qui vbi sit creditor dicti quon. supplicantis viri debet agere contra eius hæredes, ac ipsis citationis non vero infestare supplicantem, quæ est & dicitur tertius possessor bonorum, quę deductis alijs oneribus super eis existentibus ferè sufficiũt pro restitutione

dictæ

dictæ eis dotis summæ scutorū triū mille, & vltra cogitur pro remedio supplicans habēs super eodē negocio res decisas, & vtsupra ad eandē M.V. cō fugere: Rogando dignetur attentis præmissis mandare dicto Clerico Consuli, vt omnino à dicta causa se abstineat, sed eam statim remittat alteri ex consul toribus ipsorum consulum qui de iuribus ipsius sequestri cognoscat, & iustitia m inter partes ipsas faciat, prout spectatur &c.

Litteræ declarantes non licere reiterare idem sequestrum, causa cognita reuocatum, quia sententiæ citra appellationem annullarentur, ideoque caussam remittendam, fore Iudici appellationis &c.

Philippus Tertius Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus, &c.

Dilecti nostri, Consideratis annexis precibus Luchinæ Angelicę à Basilica pętri, ex quo non conuenit, vt sequestrum semel causa cognita reuocatum reiteretur, quia per indirectum sententiæ citra appellationem annullarentur, vobis mandamus, vt non apponatis manum ad dictam reuocationem vbi agatur de reiteratione eiusdem omnino sequestri ex capite iniustitiæ reuocati saluo iure appellationis aduersanti ad cuius appellationis Iudicem causam remittatis, Mediolani die vigesima tertia Ianuarij 1599. Signat. Ghilinus, & sigillat. &c. A tergo Nobilibus viris Consulibus Iustitiæ Mediolani nostris dilectis.

P. R.

POst obtentam à Consulibus Iustitiæ Mediolani per fid. M. V. S. Luchinam Angelicam à Basilicapetri reuocationem, & relaxum cuiusdam sequestri in eius præiuditium facti ad instantiam Balthesaris Galli idem Gallus aduersans vltra remedium appellationis contra dictas res iudicatas intentatum etiam per transmissionem præceptorum appellatione pendente, vt quanto magis fieri potest fatiget supplicantem, eamque per lites, & strages circumducat, statim refecto ipso sequestro iam prout supra reuocato, mutatisq; tantum mutandis, scilicet diebus, & horis, quibus dictum fuit, & comparere debeat, illud ab eisdē Consulibus de nouo subsignare ac in præiudicium supplicantis exequi fecit: At P. R hoc à M V. nequaquam permitti debet, tùm quia dicto aduersanti est succursum per remedium appellationis iam per eum, vtsupra intentatum, tùm quia reiteratio sequestri à iure prohibita est, prout etiam reiteratio delationis iuramenti, nisi mutetur causa, vel nisi primum fuisset reuocatum, & sublatum tanquam nullum, quod in pręsenti casu non euenit, quinimmo tanquam notoriè iniquum fuit reuocatum, illiusq; relaxum supplicanti concessum vtsupra, & ideo cum palpet M.V. notoriam calumniam aduersantis, & ius, & iustitiam supplicantis habentis pro se res iudicatas in eodem negocio, & vt supra; Dignatur M. V. mandare dictis Consulibus, vt vbi agatur de reiteratione sequestri in omnibus consimilis alteri iam per eos,

seu

seu eorum præcessores reuocato, vt supra, & sic obstet exceptio rei in eodem negocio iudicatæ nullo pacto in dicta causa se intromittant, sed causam, & partes remittant ad Iudicem appellationis, vbi ius appellandi competat &c. & ita speratur. &c.

Quod debitor præsertim bonæ qualitatis, qui sit in casu cedendi bonis admittatur ad dictam cessionem citrà formam pudendam.

PHilippus Tertius Dei gratia Hispaniarum, vtriusq; Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus, &c. Alexander Ritius dedit nobis preces sequentis exempli videlicet Potentiss. Rex Malo suo fato Alexander Ritius M. V. fid. ser. iam supra duos menses detinetur in fortijs Domini Capitanei Iustitiæ Mediolani, ob graue pondus æris alieni, à quibus impossibile est euadere, nisi media cessione eius bonorum, quam facere deliberauit, sed quia habet duas filias nubiles, & vxorem satis nobilem, & bonæ famæ, ipseq; est mercator legalis, citius est paratus in carceribus marcescere, quàm publicè bonis cedere iuxta ordines, propterea cogitur ad M. V. confugere.

Supplicando humillimè, vt illa dignetur, sumptis informationibus de more, concedere, quod supplicans possit talem cessionem facere citrà formam pudendam, vt speratur.

Quibus visis, vt maturius super petitis deliberaremus, iussimus informationes assumi de qualitate ipsius supplicantis, & eius creditorum, & de Summa debitorum, & à quanto tempore citrà ea contracta fuerint, citatis ipsis creditoribus, ijs autem sumptis per vnum ex Egregijs Senatus nostri Secretarijs, & allata comparitione per creditores citatos, quæ est tenoris infrascrip. videlicet 1598. die 27. mensis Octobris. Coram Senatu Excellentissimo Mediolani Comparet Ambrosius Furnerius Heluetius monitus tamquam procurator Hippoliti Cheler, Federici Cheler, Ioannis Aneaghæ, & Iosterij de Gioris omnium mercatorum Helueticorũ, vt compareat ad videndum assumi quasdam informatione de qualitate Alexandri Ritij detenti, qui petere videtur admitti ad cedendum bonis citrà formam pudendam, & saluis quibuscunq; iuribus dictorum Heluetricorum præf. Ritium non posse de iure admitti ad cedendum bonis, nec citrà formam pudendam, nec aliter in præiuditium dictorum mercatorum Heluecticorum, stante natura eorum respectiuorum creditorum excedentium summam scutorum 700. vltrà expensas, damnaq; & interesse ex causa mercantili, & quod eisdem Helueticis tàm ex forma statutorum Mediolani, quàm capitulationum initarum cum sua Reg. Cathol. Maiest. reddi debet ius summarium, & expeditum, & prout in Terris Helueticorũ redditur Mediolanensibus, & alijs foresterijs, & quod in regione Helueticorum, nunquam repertus fuit talis modus deludendi creditores, & euadendi carceres, eis non satisfactis, via præter cessionis &c. at semper eiusmodi debitores retenti fuerunt, & retineantur in carcere quousque concordes sunt cum creditoribus, atque ita per M. V. in hoc casu sanciri debere precatur, cæterum etiam vbi dictus Ritius sit in casu, eidem alimenta præstare in dictis carce-

carceribus ad formam statutorum &c. aliter &c. & prout latiùs &c. Nec admittitur quod Ritius habet patrem diuitem, quam plura bona stabilia possidentem, exercuitq; & exercet ipsemet Ritius vltra mercaturam equorum, & aliarum bestiarum bouinarum, hospitium in Terra Melegnani, ita quod impossibile est, quod non habeat modum soluendi dicta debita.

Omnibusque accuratè perpensis, præsertim cum ex informationibus prædictis constet de bona qualitate supplicantis, eiusq; vxoris, & filiorum, his nostris mandamus omnibus ijs, ad quos spectat, & spectabit, vt vbi supplicans ipse sit in casu cedendi bonis, eum admittant ad cedendum citrà formam pudendam. In quorũ fidẽ pręsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Dat. Mediolani die secunda Ianuarij 1599. subscript. Marchesonius, & sigillat. &c. à tergo Registratæ in filo paten.

P. R.

Detinetur in carceribus Capitanei Iustitiæ Mediolani iam multis mensibus præteritis M. V. fid. ser. Alexander Ritius pro prætenso debito ad instantiam Hippoliti Cheler Heluetij, & nonnullorum aliorum prætensorum Heluetiorum. Et cum non habeat vnde ipsum debitum dissoluat, obtinuit à M. V. etiam contradicentibus ipsis aduersantibus admitti ad cessiónem bonorũ citrà formam pudendam (vbi sit in casu) & prout in literis patentibus, quæ M. V. exhibentur, quibus præsentatis coràm Consulibus Iustitiæ Mediolani, aduersantes, qui nihil cupiunt quam quod supplicans in carcere marcescat, opposuerunt supplicantem non esse in casu cedendi, stantibus pretensis priuilegijs Heluetijs concessis per præcessores M. V. & quod ipsi processerunt vigore statuti Mediolani de tali iure reddendo quodq; in eorum regionibus debitores non admittuntur ad huiusmodi cessiones facien. Et licet adhuc ipsa prætensa priuilegia visa non fuerint, vbi aliqua priuilegia aduersantes habeant, non tollunt tamen ipsam cessionem, quæ ex forma statutorum Mediolani concessa est. Nec obstat quod in Regionibus Heluetiorum huiusmodi cessiones non fiant, quia satis est, quod Mediolani fiant, tàmen ipsi Consules se difficiles pręstant in admittendo ipsum supplicantem ad dictam cessionem faciendam, intereàque miser supplicans valdè grauatus febre non paruin patitur. Ideò vt iam tandem relaxetur, ad M. V. confugit.

Rogando dignetur mandare præfatis Consulibus Iustitiæ Mediolani, vt vbi cessio hæc non sit a statutis Mediolani prohibita, eum statim admittant ad ipsam cessionem facien. & speratur &c.

Philippus Tertius Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani
Dux Secundus &c.

Dilecti nostri. Visis annexis precibus Alexendri Ritij, mandamus vobis, vt in ordinatis per Senatum nostrum persistatis, & ea omnino exequamini. Dat. Mediolani die 12. Februarij 1599. subscript. Alexander Besutius, & sigillat. &c. A tergo. Nobilibus viris Consulibus Iustitiæ Mediolani nostris dilectis. &c.

1599.

1599. Die Sabbati 13. mensis Februarij in Vesperis.

Coram Dominis Consulibus Iustitię Mediolani &c.

Pręfati Domini Consules visis prius literis Reg. Duc. patentibus datis ad preces Alexandri Ritij indebitè detenti, mandantibus omnibus ijs, ad quos spectat, & spectabit, vt dictum Ritium admittant ad cedendum eius bonis citrà formam pudendam, & prout in eis Mediolani datis sub die secunda Ianuarij proximè præteriti. Item visa præsentatione ipsarũ literarum coram pręfatis Dominis Consulibus facta per præfatum Ritium citato Ambrosio Furnerio Heluetio pretenso procuratore Hippoliti Cheler, Federici Cheler, Ioannis Anzaghæ, & Iosterij de Gioris omnium Heluetiorum eius Ritij prætensorum creditorum, vna cum petitione superinde facta, & exceptionibus ipsis litteris propositis per dictum Furnerium modo quo supra. Item visis alijs literis Reg. Duc. datis ad preces dicti Ritij mandantibus pręfatis Dominis Consulibus, vt in ordinatis per memoratas litteras diei 2. Ianuarij proximè præteriti persistant, & ea omnia omnino exequantur, vna cum earum prçsentatione, & petitione fatis. Item visa relatione citationis emanatę dicto Furnerio modo quo supra ad videndum fieri præsentem ordinationem &c. Et denique visis omnibus alijs videndis &c. ac consideratis considerandis &c. & auditis pluries procuratoribus ipsarum partium, sicque instante præfato Alexandro Ritio saluis &c. & in termino dictę citationis &c. omnibus modo &c. Ordinauerunt, & ordinant, ac declarauerunt, & declarant præfatum Ritium detentum esse admittendum, prout eum admiserunt, & admittunt ad cedendum dictis eius bonis citrà formam pudendam in omnibus, & per omnia iuxta formam dictarum literarum Reg. Duc. vtsupra prçsentatarum, quibus &c. & ita &c. Signat. Mandellus Consultor.

Vt constito de dolo, & malitia debitoris interuertentis modum faciendi realem executionem is detineri possit in quocunque loco, & tempore demptis locis sacris, & diebus in honorem Dei, vel Sanctorum feriatis.

Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Dux Mediolani &c.

Dilectè nostri. Vt Io. Stephanus Applanus occlusum in modũ supplicans recitati eius crediti satisfactionẽ assequi possit vobis mandamus, vt constito quod memoratus debitor per malitiam, & dolum interuertit executionẽ realem illũ detineri faciatis quocunque loco, & tempore demptis locis sacris, & diebus in honorẽ Dei, vel Sanctorũ feriatis Mediolani die 14. Decẽbris 1590.

Serenissime Rex.

Fil. M. V. Ser. Io. Stephanus Applanus, & consortes datiarij datij Donanæ Mediolani Anni 1579. remanent creditores Orlandi de Minolis de summa librarum

librarum ducentum quatuor Imperialium ex causa dicti datij pro quarum consequutione supplicantes coacti fuere contra eum Minolam iudicium mouere coram D. Iud. Douanę prędictę, & agitur annus quòd obtinuere ab eo D. Iudice pręceptum fortioris executionis realis, & etiam detinendi eum debitorem. At pręceptum ipsum realiter non potuit exequi, quia in domo eiusdem debitoris nihil fuit repertum quod potuerit pignorari, & dictus debitor non potuit detineri, quia diebus Iuridicis se retinuit, & retinet in domo, & si domum exir tam cautè cum libello dierum vtilium in sinu exir, quod detineri non potuit nec potest, quam pluries, & diuersis diebus, & vicibus famuli vsi fuerint diligentia, vt dictum pręceptum exequerentur, & hoc patet ex relationibus eorum famulorum in actis prædicti D. Iudicis, & vt consulatur satisfactioni ipsorum supplicantium de dicto eorum credito causato ex datio supra decem annos pręteritos, & ne à dicto debitore deludantur vlterius duxer. ad M. V. confugere.

Supplicando humilissime, vt attentis prædictis illa dignetur mandare prædicto D. Iudici Douanę, vt supplicantibus pro prędicto suo credito concedat præceptum detinendi dictum eorum debitorem, & in domo, & quolibet die etiam feriato quod cum sit æquum sperant supplicantes obtinere.

1590. Die Lunę 17. mensis Decembris in tertijs.

Coram prędicto. Multum Magnifico I. C. D. Iudice Douanæ, & Reg. delegato.

Productę, & pręsentatę fuere suprascriptæ literæ, ac introducę preces per pręfatos D. Io. Stephanum Applanum, & eius socios saluis &c. & exponentes, vt in dictis literis, & precibus petentes quoq; earum literarum executionem, & eas exequi &c. & quod pro earum executione ipse Magnificus D. Iudex velit, & debeat detineri facere dictum D. Orlandum quocunque loco, & tempore vt ipsi D. Applanus, & socij recitati eorum crediti satisfactionem assequi valeant, & in omnibus &c. Vt dictę literę mandant attento maximè quod constat ex prædictis relationibus in dictis precibus allegatis, quod memoratus Orlandus per malitiam, & dolum interuertit memoratam executionem realem, & de quibus relationibus apparet in actis prædicti Magnifici dom. Iudicis, & pro dicta replicant &c. aliter &c.

Et ad effectum &c. producentes ibidem prędictas relationes, & alia iura sua &c. In solis partibus &c. cum oblatione copię &c. ac dimissione, &c. saluo iure &c. & hoc in termino citationis dicto d. Orlãdo intimatæ ad instãtiã prędicti d. Applani, & sociorũ efsẽdi ista hora corã vt supra ad vidẽdũ fieri prędicta &c.

In materia dilationum quæ conceduntur illis qui allegant se velle in militiam proficisci vbi multum est aduertendum per Magnificos DD. Senatores.

1599. Die 30. Maij.

Facto verbo in Senatu de multis supplicantibus porrectis ab ijs, qui, cum processus criminales contra se pendentes habeant, exponunt se velle in militiam

tuæ Regię Catholicę Maiestatis, vel Serenissime Ducis Sabaudiæ proficisci, possuntq; prouideri ne ipsi vel eorum fideiussores molestentur causa dictorum processuum donec à bello reuertantur.

Dixit Senatus eiusmodi prouisiones non esse concedendas nisi in casibus leuioribus, vel admodum antiquis, vel in quibus de nullius præiuditio agitur. Et Senatores, quibus preces porrigentur, ad hoc aduertere debere. Signat. Facius.

Philippus Dei gratia Rex, &c. Dux Mediolani.

HAuendo l'Illustrissimo, & Eccellentissimo Signor Don Carlo d'Aragona Duca di Terranoua &c. Gouernatore di questo Stato, & Capitan Generale di sua Maestà Catholica in Italia, confermato già per vn'ordine suo di 10. del presente, il Decreto fatto da suoi predecessori, in materia delle case d'affitto, à fauore de gli Officiali, Stipendiati, & Curiali, acciòche s'osserui puntualmente; hà pensato esser bene dechiarare hora quali siano i compresi in detto Decreto, per leuar ogni dubbio, & disputa, che ne l'Interpretatione di quello possa nascere per l'auenire, come intende esser occorso per il passato, fin che l'esperienza non mostrerà altro in contrario.

Dechiara adunque Sua Eccellenza i compresi nel detto Decreto essere gli officiali di Sua Maestà perpetui residenti in Milano, & che non hanno casa lor propria. Et gli officiali de l'essercito residenti come di sopra: & quelli de le guardie, dell'Illustriss. Gouernatore insieme con i soldati di dette guardie, & gli stipendiati da la detta Maestà, che seguitano questa Corte, & i Curiali, che seruono alla persona di Sua Eccellenza, & quei nobili Spagnoli, che per hauer lungamente seruito in queste parti à la detta Maestà, sono benemeriti d'ogni conueneuole fauore; ancora che non fossero stipendiati.

Dechiara ancora, & commanda Sua Eccellenza, che à niuno sia lecito pigliar case à fitto per affitarle ad altri, in præiuditio de i sopra nominati: & pigliandone, che i detti compresi siano præferiti ne l'affitto: ancora che le locationi fossero già fatte, & hauessero tuttauia à durare.

Et che niuno si possa escusare da l'affittar casa ad alcuno de i compresi nel presente Decreto, se non quando in effetto vorrà ritenerla per vso suo, & non altramente.

Il simile ancora ordina, & dechiara contra coloro, i quali per escludere alcuno de i compresi già detti, dicessero voler far vendita de la casa da lui pretesa, in affitto, & poi non la vendessero liberamente.

Ordina ancora, & dechiara Sua Eccellenza, che il Decreto non habbia luogo in preiuditio di quegl'altri, i quali vogliano affittar solamente la metà, ò parte de le lor case, & l'altra ritenerla per suo vso, massime hauendo moglie, figliuoli, & figliuole, ò essendo donne vedoue.

Vuole nondimeno che i compresi come di sopra, sian tenuti à notificare presso al Mag. Capitan di Giustitia, innanzi à le Calen. di Settembre le case che pretendono in affitto; accioche gli habitanti di esse habbiano tempo à prouedersi d'altra habitatione.

Et finalmente che le differenze, che per questo Decreto possono causarsi, sommariamente, & senza lite, & processo, s'habbino da spedire, & col minor incommodo de i sudditi, che sia possibile, & di ciò graua, & incarica i Giudici, à quali

quali toccherà questa cura. In Milano l'vltimo di Settembre 1583.

Don Carlo d'Aragon.

Vidit Filiodonus.

Iulianus.

Edicti Suæ Excellentiæ, ad Decretum gratiosum Suæ Maiestatis.

CVM potentißimus Rex Catholicus Dominus noster nuper pro sua in omnes eius subditos, & præsertim erga fidelissimum hunc eius Statum, & Dominium Mediolani, benignitate, & clementia: occasione fœlicissimæ possessionis eius Regnorum, & Dominorum; ac iucundissimarum nuptiarum, & matrimonij cum Serenisß. Regina Margarita Austriaca eius coniuge, & Domina nostra, Indultum, siuè (vt vocant) Decretum gratiosum super abolitione criminum, ac debitorum relaxatione ediderit, atq; ad nos publicandum destinauerit. Nos ex animo cupientes, omnes; & singulos nostros regimini commendatos, hac Regia munificentia, & gratia quam primum potiri, & gaudere, Indultum ipsum prout iacet, de verbo ad verbum vt infrà imprimi, & publicè proponi, ac tuulgari iussimus. Mandantes his nostris omnibus, ad quos spectat, illud inuiolabiliter exequi, & obseruari Declarantes tamen ex ordine eiusdem Reg. Catholicæ Maiestatis, nobis per eius litteras dici 12. Martij nuper lapsi significato: mētis suę fuisse, & esse, Indultum præfatum comprehendere delicta patrata à die prima mensis Octobris anni 1599 proximè præteriti retrò tantum, non autem quæ deindè commissa sunt, & vsq; ad eam diem illius vim, & robur dumtaxat extendit, licet in Indulto ipso aliter exprimatur. Et ità ab omnibus haberi, & seruari decernimus. In quorum omnium testimonium præsentibus manu nostra subscripsimus, sigilliq; Regij consueti impressione eas communiri mandauimus. Dat. Mediolani die vi. mensis Iunij M. DC. Signat. Iuan de Velasco Condestable. Vidit Salazar. I. Baptista Montius

Sequitur tenor decreti.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX CASTELLÆ, Legionis, Aragonum, vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Portugalliæ, Nauarræ, necnon Indiarum, &c. Archidux Austriæ, Dux Mediolani, Burgundiæ, & Brabantiæ, Comes Hafpurgi, Flandriæ Tirolis, &c. Postquam Diuini Numinis benignitate in amplißimi Hispaniarum Regni; aliorumq; possessionem nostro successionis iure peruenimus; postquam etiam exoptatißimas nuptias matrimoniumq; felicißimis auspicijs absoluimus cum Serenißima Margarita ab Austria dilectißima, atq; amantißima nostra coniuge, quæ sanè res celebrata est incredibili quodam Regnorum nostrorum gaudio, vt facile ex cuiusque obsequio, indicijsq; cognoscimus; primum diuinam bonitatem, clementiamq; ad quam omnia referimus, ante oculos habuimus, illiquè, quibus potuimus pro nostra fragilitate, gratiarum actionibus satisfecimus: deinde, quò eadem fœlicitate, quod summ. opere exoptamus, vniuersa procedant, visum est, vt in omnes nobis subditos benignitas, & clementia nostra propagetur, quam cum iam multi experti fuerint, & plurimis à nobis gratijs ac be-

L 2 neficijs

neficijs diuersis in locis cumulati hilari animo exultent, eandem nimirum munificentiam nostram duximus ostendendam erga fidelissimum Statum, ac Dominium nostrum Mediolanense, cuius in nos adeò præclara merita, grataq; obsequia existunt, vt illud imprimis singulari beneuolentia, & amore prosequamur, eiusq; commodo ornamento, & fælicitati ex animo prouidere cupiamus. Volumus itaq; vt exules necnon qui in custodijs, ac vinculis tenentur, in eodem Statu, ac Dominio iucundissimis nostri Regni auspicijs, & clementia perfruantur. Hoc igitur generali decreto Regia, & Ducali auctoritate nostra decernimus, statuimus, & mandamus, omnes, & singulos subditos Dominij nostri Mediolani mediatos, & immediatos, qui de quibuscunq; delictis, ac criminibus, etiam capitalibus à data præsentiū retrò factis, vel commissis, suspecti, delati, accusati, vel indiciati sint confessi, ac conuicti fuerint, siuè processus ipsi adhuc cæpti non sint, siuè adhuc pendeant siuè iam condemnatio sequuta fuerit, siuè rei in carceribus, siuè sub fideiussione extra carceres commorentur, siuè in iudicio adhuc non comparuerint, & siuè in contumaciam banniti, aut condemnati, aut arbitrio nostro, aut Senatus nostri, aut aliter certo tempore, aut perpetuò relegati, aut in exilium missi fuerint, siuè etiam deportationis sententiam passi fuerint, à quacunque pena non modò corporali sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione quæ Cameræ nostræ Regiæ, & Ducali, aut Feudatariorū, aut communitatis alicuius spectaret, dummodò pæna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata, acceptata, vel composita non sit, aut aliter ei ad quem spectat, pro ea cautum fuerit; aut bona ipsa iam per sententiam à Iudice latam expressè confiscata non fuerint, aut descripta, seu actualiter appræhensa, ipso iure, & facto absolui, & liberari debere, prout præsentium tenore eos absoluimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus: Et si aliqui prædictis de causis carceribus mancipati sunt, eos illicò liberari, ac relaxari mandamus. Quæ omnia locum habere declaramus, quò ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & pacem ab offensis habuerint in casibus, in quibus partis remissio necessaria est; aut illam intra sex menses post harum nostrarum publicationem obtinuerint, & intra idem tempus officialibus, ad quos spectat, aut spectabit citato Fiscali illius Ciuitatis, vel loci vbi adsit, in authentica forma legitimè presentauerint. Declarantes etiam inter casus, in quibus remissio partis non requiritur, comprehendi casus prouocationis ad rixam, simplicis insultus, primæ euaginationis, delationis armorum prohibitorum vbi tamen vulnera, aut percussiones sequutę non fuerit, aut vbi animus deliberatus non interuenerit. Declaramus insuper in hoc edicto non compræhendi crimina læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ, fabricationis falsæ monetę, tonsionis, & seu diminutionis ipsius, homicidij ab eo patrati, qui alia duo homicidia commiserit, etiam si ob ea damnatus non sit, vulneris proditoriè sclopo-rotato, aut aliter illati, vel assassinio mediante, etiam si mors secuta non fuerit, quod tam in mandante, quam in mandatario locum habere volumus. Excipimus etiam crimen nefandum, vsum venerium cum Sanctimoniali in habitu, aut alias intra monasterium degente, spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum, adulterantes sigillum Principis, aut cuiuscunq; Ducalis tribunalis, propinationē veneni, ex qua mors secuta fuerit, cędem officialis Ducalis, eos qui seditionem mouent populorum, aut plebem aduersus Principis, aut Senatus

Casus in quib⁹ partis remissio non requiritur.

Casus à decreto exclusi.

tus

cus decreta, & prouisiones concitant, qui testimonium falsum in causa, in qua ingeneratur pœna mortis naturalis, ad alicuius offensam dicunt, aut ab alio dici curant, & mandant, quiuè executiones reorum, vbi de mortis, aut mutilationis membrorũ pœna agitur, impediunt, vel ab alijs impediri faciunt. Quos omnes, & singulos præsentis decreti beneficio gaudere nolumus: sicut neq; eos, qui dum officiales essent, in eorum officijs deliquerunt: neque Notarios, qui falsitatem aliquam in instrumentis, aut publicis scripturis commiserunt, quos pariter ab huius edicti indulgentia exclusos esse declaramus. Damnatos verò ad triremes in ipsis seruientes præsentis gratiæ beneficio gaudere nolumus, donec a nobis maturius intellecto classis nostræ statu aliud ordinatum fuerit. Statuentes in toto Dominio prædicto, vt omnes, & singuli Iusdicentes, officiales, & notarij dicti dominij mediati, & immediati, quibus spectat, & spectabit, omnes, & singulos processus, scripturas, condemnationes, acta, banna, & quælibet alia, quę in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur, saluis tamen reseruatis, vt supra, gratis deleant, & annullent, & reorum huiusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant, sicut & nos auctoritate nostra Regia, & Ducali, ac de plenitudine potestatis pręsentium tenore delemus, & annullamus, tollimusq; & penitus abolemus. Volentes etiam, & ita expresse mandantes quibuscunque officialibus, & iusdicentibus vt supra, vt pro quibuscunq; delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reseruatis) ac eorum occasione nullo modo in futurũ procedere, inquirere, aut alias molestare audeant, modo in casibus, in quibus requiritur à parte offensa legitima remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum in supra statuto termino obtineri contingat. Adhuc decernimus, & ordinamus, quoscunq; tàm publici, quàm priuati debiti causa in carceribus detentos ex ipsis carceribus relaxari debere. Quos omnes, & alios quoscunq; debitores, si ex causa publica intra duos proximos menses, si verò ex causa priuata intra quatuor menses personaliter molestari præsenti edicto prohibemus, ita tamen, quòd carcerati, vt supra relaxandi, pręstent idoneam fideiussionem de redeundo ad carceres, finito prędicto tempore, vel de concordando suos creditores, quibus omnibus nullũ fieri præiudicium volumus: Exceptis etiam decoctoribus, & depositarijs, & alijs, qui datiorum, aut redditQuum nostrorum ordinariorum, vel extraordinariorum causa debitores inueniuntur, quos hoc decreto includi nolumus. Mandantes insuper Illustri Gubernatori nostro præsenti, & futuris, Præsidi, & Senatui, Præsidibus, & Magistris vtriusque Magistratus, Thesaurio nostro Generali, cœterisq; demum vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris Mediolanẽsis Dominij, ad quos spectat, & spectabit, vt omnia supra dicta teneant firmiter, & obseruent, teneriq; & inuiolabiliter obseruari faciant. Nulli ergò omnino hominũ liceat hanc nostri edicti paginã infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit nostram indignationem grauissimam, & mulctam quingentarũ marcharũ auri puri toties quoties contrafactũ fuerit se nouerit incursurũ, Regio, & Ducali ærario nostro irremissibiliter volumus applicari. Sic enim ẽ mente nostra procedit. Harum testimonio literarũ manu nostra subscriptarũ, & sigilli nostri appẽsione munitarũ. Dat. Madriti die vigesimo sexto mensis Februarij, Anno à Natiuitate Domini Millesimo sexcentesimo. Io el Rey. Vidit Comes Mirãdę. Vidit Comes. Vidit Ribera Regens. Vidit Maynoldus Regens. Vidit D. Ber. à Barrio nouo Regens.

Super debitis priuatis & publicis.

Qui præterea hoc regio beneficio frui nequeant.

Regens. Vidit Lanz Regens. Vidit Celestinus Regens. Vidit Constantius Regens. Ad mandatum Regię, & Catholicę Maiestatis proprium. Ioannes Lopez de Zarate. Et cum Regio sigillo solito appenso.

Declarationes ad Decretum gratiosum.

POst editum Indultum Regium (vulgò Decretum gratiosum appellatum) audiuimus, circa illius intelligentiam, & exequutionem nonnullas excitatas fuisse difficultates, ad quas tollendas, de sententia Senatus, audito prius in eare Fisci Regij voto, infrascriptas conditiones, & declarationes apponere, & promulgare necessarium iudicauimus. Eas itaquè imprimi, publicari, ac ab omnibus, ad quos spectat, teneri, & obseruari harum serie Reg. & Duc. qua fungimur authoritate iubemus. Sunt verò hę quæ sequuntur.

Primum, vbi Indultum loquitur de subditis huius Dominij, cùm etiam exteri, qui in Dominio delinquunt, subditi quodammodo dici possint ratione delicti; Declaramus; ab ipsius Indulti beneficio exclusos censeri, & esse exteros omnes, nisi tempore commissi delicti domicilium ab eis iam fuisset contractum.

Deinde vbi agitur de remittendis, & cõdonandis bonorũ confiscationibus, eam verbis Indulti dandã esse interpretationẽ vt eas tãtũ excipiat cõfiscationes, in quibus bona descripta, vel actualiter apprehẽsa sint post latã à Iudice sentẽtiã.

Ad tollendum autem dubium, vtrum processus causarum criminalium silere debeant durante semestri, indulto reis ad procurandam, & exhibendam offensorum remisiõnẽ; Et vtrum damnati ad remum intra id tempus in carcere sint retinendi, & cuius expensis ali interim debeant; Statuimus, constructionem processuum pendentium retardari non debere, sed ab actibus irreparabilibus tantum abstinendum esse; Et remiges in carcere retineri debere, & interim ali expensis Regij Fisci.

Præterea, ne absurdum aliquod, aut inconueniens in damnum Iustitiæ, & Fisci, aut priuati alicuius sequatur, si Iudicibus inferioribus permittatur libera facultas, liberandi arbitratu suo reos, & damnatos ex causis, & titulis delictorum grauibus: Placuit hanc facultatem Mag. Prætoribus Cremonæ, & Papiæ, & Spect. Capitaneo Iustitię, & Prætori Mediolani tantum, & eorum curijs, quæ constant ex pluribus togatis, concedere, & in casibus claris tantum: Nam si dubius casus aliquis se offerat, ab ipsis quoque Senatus erit consulendus. Alijs verò officialibus omnibus interdicimus, ne ad alicuius liberationem in consulto Senatu deueniant in casibus, in quibus agatur de pœna mortis naturalis, & de damnatis ad remum, qui sint in carcere.

Damnati pœna extraordinaria in casibus per decretum exceptis; vtrum in decreto sint comprehensi, vel ab eius beneficio exclusi Censuimus, sic esse distinguendum, vt, si propter debilitatem indiciorum recessum sit à pena ordinaria, sint comprehensi, & illius beneficio gaudere debeant; secus, si propter minorem ætatem, vel aliqua alia vrgenti ratione.

In casibus autem exceptis, Declaramus, comprehensos censeri, & esse debere, non modo spoliatores viarum, seu derobatores stratarum; sed eos etiam naues diripiunt, & robarias in fluminibus, & aquis in nautas, & viatores, & in eorum mercibus, & bonis committunt.

Itẽ declaramus, appellatione eorũ, qui, dũ essent officiales, deliquerũt in eorum officijs, nõ cẽseri Consules, neque Antianos.

Con-

Conuenire autem iudicamus, vt superſedeatur à liberatione eorum, qui imputati ſunt, quod alienas domos per vim ſint ingreſſi, vt eas diriperent, & eorum etiam, qui vias publicas obſidentes homicidia commiſerunt: donec conſulto ſupremo Regio Conſilio in Hiſpanijs degente, & eius voto perſpecto Sua Maieſtas maturius de ea re deliberauerit.

Denique, vbi agitur de abolendis gratis proceſsibus, condemnationibus, bannis, & alijs; cùm aliqui exequi ex officialibus nullũ ex ærario publico ſtipendium habeant, Notarij verò actuarijs ſub certis penſionibus notarias, & tribunalia rerum criminalium conducant, viſum eſt, eorum aliquam habendam eſſe rationem: atq; ideo iuxta etiam alia decreta in huiuſmodi caſibus, præſertim annis 1599. & 1571. Concedimus officialibus, qui nullum de publico ſalarium habent, vt honorarium percipere poſsint in cauſa capitali ſcutum vnum aureum, in cauſa non capitali dimidiũ tantum. Notarijs autem dimidium tantum eius, quod ipſis officialibus percipere permiſſum eſt, vt ſupra. Et gubernatores ſtatutorũ, ex cauſa delendorũ de albo nominũ dannatorũ, non poſsint accipere plus ſolidis decem Imp. pro quolibet, cuius nomen de albo deleatur.

A miſerabilibus autẽ perſonis neque Iudices, neque alius quiſpiam quicquam exigat, aut accipiat, neque honoraria prædicta, etiam à ſponte dantibus, vel dare volentibus. Dat. Mediolani die primo menſis Iulij 1600. Signat. Iuan de Velaſco Condeſtable. Vidit Brugnolus pro Supremo Cancellario. Io. Baptiſta Montius.

DECRETVM GRATIOSVM.

Conſaluus Ferdinandus à Corduba Dux Sueſſæ, &c. Regiæ Catholicæ Maieſtatis in Dominio Mediolani Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c.

QVod ex vetere inſtituto maiorum retroactis temporibus huius Dominij Principes, ac moderatores ſæpenumero feciſſe intelleximus, vt ni publica aliqua totius prouinciæ lętitia, generali propoſito edicto, omnium criminum ſubditis veniam indulgerent: id à nobis hoc tempore prætermittendum eſſe non duximus quo ſumma, & incredibili, non modo huius prouincię, ſed etiam totius Chriſtiani orbis lętitia Sereniſſ. Hiſpaniarum Rex Dominus noſter, ac Chriſtianiſs. Francorum Rex, poſt tot funeſta omnibus populis bella diuino numine animos inſpirante, ſinceræ, ſanctę, & perpetuę Pacis fœdera ſanxerunt. Cui quidem lætitię, quamuis per ſe maxima eſſe videatur, illud etiam acceſſit, vt idem Sereniſs. Rex noſter eiuſdem Chriſtianiſs. Regis filiam primogenitam ſibi deſponderit. Vnde nobis omnibus plenius quoq; gaudendum eſt tum quod ex tam fęcunda progenie feliciſs. Regi, ac Domino noſtro proles parentibus ſimilis ſperanda eſt; tum etiam quod ex Sanctiſs. affinitatis vinculo inter Reges ipſos contracto iam non eſt timendũ, quin hac firma ſtabili, ac perpetuo manſura Pace Diuina bonitas, aurea nobis ſecula promittat.

Hoc igitur generali Decreto Regia, & Ducali auctoritate qua fungimur, etiam Excellentiſs. Senatus voto accedente, Decernimus ſtatuimus, & mandamus omnes, & ſingulos huic Dominio Mediolani mediatè vel immediatè ſubiectos aut in

aut in hoc Dominio firmam habitationem habentes, qui de quibuscunq; delictis, ac criminibus etiam capitalibus ab hodierna die retroactis, vel commissis suspecti, delati accusati, vel indiciati sint, etiam si confessi, aut conuicti fuerint, & siuè processus ipsi adhuc capti non sint siuè adhuc pendeant, siuè iam condemnatio secuta fuerit, & siuè rei in carceribus detenti sint, siuè sub fideiussione extra carceres iudicant, siuè adhuc in iudicio non comparuerint, & siuè in contumaciam banniti, aut condemnati aut arbitrio nostro, vel Senatus, aut aliter certo tempore, aut perpetuò exulare iussi fuerint: à quacunq; pœna non modo corporali, sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione, quę tam ad Regiam Cameram, quàm ad feudatarios, vel communitates huius Dominij spectare; dummodò pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, vel composita non sit, aut bona ipsa per sententiam confiscata, & actualiter apprehensa non fuerint, ipso iure, & facto absolui, & liberari debere. Atque ita præsentium tenore absoluimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus, & si aliqui prædictis de causa carceribus mancipati sunt, eos illicò liberari, & relaxari mandamus.

Quæ omnia locum habere declaramus, quò ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & Pacem ab offensis habuerint in casibus, in quibus partis remissio necessaria est, aut illam intra tres menses post harum nostrarum publicationem obtinuerint, & intra idem tempus officialibus, ad quos spectabit, citato Fiscali illius ciuitatis, vel loci vbi adsit, in authentica forma legitimè præsentauerint.

Declarantes etiam inter casus, in quibus remissio partis non requiritur comprehendi casum Prouocationis ad rixam, Simplicis insultus, Primæ euaginationis, aut Delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera, aut percussiones secutæ non fuerint.

Volumus autè, vt Officiales in abolitionibus ipsis faciendis ad omnia diligenter aduertant, & si qui forte simpliciter de homicidio condemnati fuerint, aliquibus tamen incidijs præcedentibus, ex quibus suspicio animi deliberati elici possit, licet qualitas ipsa expressa non sit, sed tantum præmissa facti narratione inquisitio formata fuerit; Mandamus vt productis legitimę remissionis instrumentis rem omnem Senatui referant, qui pro casuum, & personarum, qualitate, quid agendum sit, decernet.

Declaramus insuper in hoc edicto non comprehendi eos, qui in crimine Læsæ Maiestatis, Rebellionis, Hęresis, Fabricationibus falsæ monetæ, necnon, & Homicidij animo deliberato patrati, aut aliquod eorum inciderint, eosq; pariter, qui ad offensam in huiusmodi delictorum causis falsum testimonium deposuerint. Quos omnes, & singulos pręsentis Decreti beneficio gaudere nolumus. Sicut neque eos, qui, dum officiales essent, in eorum officijs deliquerunt. Neq; Notarios, qui falsitatem aliquam in instrumentis, aut publicis scripturis commiserunt, quos pariter ab huius edicti indulgentia exclusos esse declaramus.

Volumus tamen Consules terrarum, Antianosq; parochiarum, qui ob denuntiationes omissas, vel minus legitime factas in pœnam aliquam incurrerint, sub officialium nomine reseruatos non censeri, sed in hoc decreto comprehensos esse.

Mandantes omnibus, & singulis Officialibus, Iusdicentibus, & Notarijs huic Do-

Dominio mediatè, vel immediatè subiectis, ad quos spectat, vel spectabit, vt omnes, & singulos processus, scripturas, condemnationes, acta, banna, & quęlibet alia, quæ in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur (saluis tamen reseruatis, vt supra) gratis deleant, & annullent, & reorum huiusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant: sicut, & nos auctoritate Regia, qua fungimur, pręsentium tenore delemus, annullamus, tollimus, & penitus abolemus.

Volentes etiam, & ita expresse mandantes quibuscunq; officialibus, & Iusdicentibus, vt supra, vt pro quibuscunq; delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reseruatis) atq; eorum occasione, nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliquos molestare audeant, modò (in casibus in quibus requiritur) à parte offensa legitima remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum obtineri contingat. Et termino trium mensium, postquã de ipso delicto delati fuerint, & contra ipsos procedi cœptũ sit remissio ipsa eorum officio legitimè exhibita fuerit.

Ad hæc decernimus, & ordinamus quoscunq; tam publici, quàm priuati debiti causa in carceribus detentos, ex ipsis carceribus illicò relaxi debere. Quos omnes, & alios quoscunq; debitores, si ex causa publica, intra duos proximos menses; si verò ex causa priuata, intra quatuor menses, personaliter molestari præsenti edicto prohibemus.

Prætereaq; decernimus omnes, & quascũq; mulctas, siue cõdẽnationes pecuniarias tam Cameræ Regiæ, quã Feudatariorũ, & Cõmunitatibus Vrbium, Oppidorũ, & aliorũ quorumcunq; locorum huius Dominij quacunq; ex causa in hanc vsq; diẽ factas, & applicatas nullas esse, neq; exigi aliquomodo posse. Saluo tamẽ semper iure tertij quoad capitale debitũ, cui derogare nõ intendimus. In quorũ &c. Signata. El Duque y Conde. V. Taberna. Augustin⁹ Mõtius.

blicatum fuit pręsens Decretum in Ecclesia Maiori Mediolani sono tubarũ præmisso ad conspectum præfati Illustriss. & Excellentiss. nostri Locumtenentis & Gubernatoris, Excellentissimiq; Senatus, aliorumq; Ill. & Magnificorum Magistratuum, & Officialium Ciuitatis Mediolani, ac assistente maxima nobilium, & populi multitudine, per Bartholomeum Oldanum vnum ex præconibus Excellentiæ sue. Die Iouis 20. mensis Aprilis. 1559.

Declarationes. Ad Decretum gratiosum.

M. D. LIX. die 21. Aprilis.

IAm etsi in generali Criminum abolitione, quæ nuper ob pacem inter Catholicum, & Christianissimum Reges initam promulgata est, mandatum sit omnibus Magistratibus, seu officialibus, & notarijs, vt nomina reorum in eo Decreto comprehensorum gratis de Albo deleant: Attamen re ad Senatũ delata, cum aliqui Officiales nullum ex ærario publico stipendium percipiant, & notarij tribunalia rerum Criminalium sub certis pensionibus conducant: Visum est eorum aliquam rationem habendam esse. Omnibus igitur diligenter perpensis, Senatus censuit concedendum esse, & permittendum, atque ita præsenti Senatusconsulto permittit officialibus, qui nullum de publico salarium habent, vt in hac generali criminum abolitione honorarium accipere possint, videlicet, Pro qualibet causa capitali Aureum vnum scutatum, pro causa verò non capitali dimidiam vnius aurei partem; miserabilibus autẽ personis nihil

prorsus accipiant; Notarijs quoque rerum Criminalium in abolendis reorum nominibus permissum est, vt pro qualibet causa capitali dimidiam vnius aurei partem, non capitali verò, quartam partem aurei, & à miserabilibus nihil omninò accipere possint, Gubernatores insuper statutorũ Mediolani in causis reorum de Albo delendorum non possint pro ea abolitione accipere, nisi asses decem Imper. pro quolibet reo, qui tamen non sit miserabilis, quoniam, à miserabilibus nihil exigere iubentur. Propter honoraria supradicta nihil prorsus accipiant etiam à sponte dantibus, aut dare volentibus, sub pœna ipsis officialibus, notarijs, & Gubernatoribus quadrupli Fisco Regio adiudicando & alia etiam grauiori arbitrio ipsius Senatus infligenda, si huic sanctioni non paruerint. Signat. In Calce, Franciscus Petranigra.

Declaratio Senatus circa proclam. Illustriss. L. T. prohibent. exteros isthic habitare non posse nisi fideiussionem præstiterint de benè viuendo.

PHILIPPVS, &c.

Dilectissime noster. Visis ijs, quæ in exequutione literarum nostrarum ad vos datarum die 21. Iunij proximè præteriti ad preces Protectorum carceratorum istius vrbis ad nos rescriptis circa obseruationem proclamatis Illustriss. L. T. nostri prohibentis quoscunq; exteros isthic habitare posse, nisi præstiterint fideiussionem de bene viuẽdo, sub pœna triremium triennalium, nec non & intellecto superindè voto vestro, ac omnibus perpensis, vos his nostris monere opportunum duximus, vt aduertas, qui quiete, & pacificè viuunt, & aliquibus artibus se exercent, præcipuè qui familiam habent, & iam per aliquod tempus se contulerunt ad habitan. in istam Ciuitatem carcere non grauetis, etiam si fideiussionem requisitam ex dispositione dicti proclamatis non præstiterint, sed vbi ani maduertatis aliquos vobis suspectos, eos moneatis vt certo termino fideiussionẽ præstent, vel sub eadem pœna triremiũ triennaliũ à proclamate ipso cominatam recedant Mediolani die 12. Augusti 1594.

Prætori Cremonæ &c.

Declaratio circa fatale primæ Causæ.

PHILIPPVS III. HISPANIARVM REX, & Mediolani Dux II. &c.

Senatus noster, corã quo relatæ fuerũt occlusæ preces fratrũ Canobiorũ, & allegatæ mutuę preces ac votũ Abbatũ Collegij Notariorũ huius Ciuitatis circa obseruantiã, & stilũ fori, quod votũ exquisitũ fuit priusquã quicquã super petitis per supplicantes voluerit deliberari, declarauit memoratas ferias nõ esse deducendas, & trienniũ esse continuũ iuxtà iuris cõmunis dispositionẽ, & quo ad reliqua per supplicãtes petita mandandũ vobis, sicuti per has nostras mandamus, vt super eis prouideatis, prout iuris fuerit. Signat. Conradus, & Brugnolus &c. Dat. Mediolani die 5. Iulij 1600. Signat. Alexander Besutius & Sigillat. à tergo Egr. I. C. Prætori Mediolani &c. DE

DECLARATIO SENATVS EXCELL.MI CIRCA INITIVM fatalis causæ appellationis,

PHILIPPVS III. HISPANIARVM &c. REX, ET MEDIOLANI DVX II.

DILECTE Noster. Censuit Senatus noster, coram quo lectę fuerunt inclusæ preces Hieronymi Aelij, & vxoris, ac responsum fratrum de Cuticis, fatale incipere debere à die interpositę appellationis. Nos ideò ex ipsius Ordinis sententia vobis mandamus vt vbi biennium à die interpositæ dictæ appellationis sit lapsum, non impetrato tertio anno viuente dictorum fratrum patre, allegatum præceptum inhibitorium reuocetis. Dat. Mediol. die 11. August. 1599. Subscr. Io. Bapt. Saccus. a tergo. Sap. I. C. D. Hieronymo Aduocato causæ consultori prorogato, nostro dilecto, & sigill.

P. R.

VSquè de anno 1593. *a* Hieronymus Aelius, & Constantia de Cuticis Iugales M. V. S. obtinuerunt duas sententias in causis diuersis, & à Iudicibus diuersis, contra n. quon. Ioan. Ambrosium, & Ioan. Franciscum I. C. tunc fratres de Cuticis, ac Clementiam de Rosate, à quibus præfati Cutici, & de Rosate appellauerunt, & vna quæq; dictarum appellationum altera post alteram, commissa fuit Magn. nunc Senatori D. Hieronymo Sansono. Postea lapso biennio, *b* & vltra à iure comuni dato ad prosequendas appellationes, & respectu prioris appellationis, etiam ferè triennium licèt non impetrato, *c* decessit præfatus Ioan. Ambrosius morte *d* repentina, relictis post se M. Antonios, & Gaspare, qui tunc erat, vt dicitur, ætatis annorum 19. *e* filijs suis hæredibus, & superstite præfato Io. Francisco I. C. *f* pœnes quem præfatus Gaspar post mortem patris morabatur. *g* Deindè post alium

a Aelium afferrens appellationē Cuticorū desertā remansisse fūdatam habet intētionem in lapsu tanti temporis. Felyn. in c. ex parte, il 2. de rescrip. Alba. in cō. fil. 612. nu. 1. & seq. vbi Aposti ll. Surd. in cons. 13 9. num. 11. vol. 1. & cons. 126. num. 22. vol. 2.

b Lapsus anni efficit, vt cēseatur renūciatū appellationi Auth. ei quā C. de tēp. appellat. c. ei, qui ij. q. vi. c. cū sit Romana, de app. Clem. sicut. de appellatio lapsus vero bienniј efficit, vt notoriè constare dicatur de desertione Felyn d. c. ex parte n. 11. vers. Cōsidera, de rescript. Cranet. in cōs. 273. ante n. 1 & Ceph. in cōs. 185 n. 38 vol 2.

c In hoc differt. annus à biennio, quia lapso anno datur impedito biennium, sed lapso biennio non datur triēnium impedito, verùm succurritur ei per restitutionem in integrum. Felyn. in d. c. ex parte nu. 7. vers. Considera bene tria Adde glo. & Doct in dicta Auth. ei qui C. de temp. appell.

d Quod excludit, ne possit allegari impedimentum alicuius infirmitatis in fine bienniј qua in omnem casum esset probanda. Ceph. in cons. 708. num. 44. & 45. volum. 1.

e Et sic maior quoad iudicia, vt infra dicetur, per Statut. Mediol. in cap. 452. volum. 1.

f Qui erat consors litis, & pariter appellat. de seruitij vndè cum esset I. C. præsumitur deseruisse ob iniustitiam caussæ, cùm regulariter appellationē interpositā non osequens calūnia sit suspectus. Cranet. in cons. 693. n. 10

g Sola coniunctio sanguinis inducit præsumptionem scientia. Cran. in cons. 821. num. 5. cons. 864 nu 8 & cons. 866. nu. 9. Multò magis iuncta communi habitatione, quę facit præsumi scientiam inter extraneos, Cran in cons. 369. nu. 43. cons. 699. nu. 19. cons. 748. nu. 11. Ruyn. in cons. 168. num. 7. vol. 5.

annum,& vltrà, decessit etiam præf. Io. Franciscus I. C. & fit propè finem quadriennij à die interpositarum dictarũ appellationum; & consequenter desertis iam suprà annum dictis appellationibus. Quare, citatis ad allegandũ præf. M. Antonio, & Gaspare fratribus, ac pręf. Clementia, nec nõ & hærede præf. Ioan. Francisci I. C. & sæpius peremptoriè, tandẽ declaratũ fuit per pręf. Mag. Sansonũ dictas appellationes remansisse desertas, & primas sententias in iudicatũ transiuisse: quod etiã non *h* negant præf. fratres. Verũ sæpè dicti fratres M. Anton. & Gaspar sub pretextu restitutionis *i* in integrũ aduersus lapsũ fataliũ per eos postulatę, obtinuerunt à Consulibus Iustitiæ præceptum inhibitorium, ne præf. res iudicatæ, & in iudicatum transitę executioni mitterentur; sed quia non dederunt summum *k* delęsione pręcipuè cum lapsus biennij euenerit viuente *l* eorum patre; ideò iuremeritò *m* memoratum pręceptum debet reuocari: quod, nę fiat, contendunt aduersantes annum *n* non currere, nisi à die commissionis; quod quidem euidenter falsum *o* est: præsertim cùm ex forma Statutorum *p* Mediolani commissio debeat fieri infrà annum &c. datum à iure communi ad prosequendas appellationes, & potest appellans, si vult, expectare vsque ad finem anni, modò supersint 20. dies vtiles (instantia, scilicet municipalis) ad complendum ipsum annum &c. Ex quibus, & alijs multis, elicitur fatalia currere antè commissionem, & consequenter à die interpositę appellationis, iuxtà dispositionem ipsius iuris communis, *q* quod non reperitur mutatum. *r* Quæ omnia, licet satis sint clarà, nihilominus Hieronymus Aduocatus Consultor prorogatus super hanc cognitione adhuc ambigit in maximum supplicantium pręiudicium qui post tãtum temporis, post tot expensas, & damna, non possunt quod suum est consequi in executione rei iudicatę, & in iudicatum transitę, Quare ad M. V. recurrunt.

Supplicando dignetur per suas mandare præf. Hieronymo Aduocato Consultori prorogato, vt vbi biennium à die interpositæ appellationis sit lapsum, non impetrato tertio anno viuente aduersantium patre, memoratum præceptum inhibitorium reuocet. Quod, quia iuri consonum videtur, speratur &c.

i Quatenus petierunt restitutionem aduersus eã desertionem.

k Ex capite prætextæ ignorantiæ, & minoris ætatis de quibus infra.

K Quod facere debebãt probãdo aliqual ter de leno iure suo, idest de caussa propterquàm petita fuit restitutio. Oddo. q. 43. art 3. nu. 58.

P. R.

BReuibus vtendo fratres de Curicis M. Antonius, & Gaspar fid. M. V. S. in respondendo precibus Hieronymi, & Constantiæ Iugalium de Aeliis ex ordine eiusdem M. V. eisdẽ intimatis, *a* dicunt Respondentes per eos Iugales

l Quare, cùm pater esset maior, filij etiam minores non possunt petere restitutionem in integ. vt probat congesta per gl. in l apud. Iulianũ ff quib. ex causs. in possess eatur. Verb. Expectandã. Crauet. in cons 185. nu. 15 vol. 5.

m Nam petitio restitutionis in integrum non suspenditur, in hoc casu, nisi incontinenti fiat probatio Menoch de Arbitr. Iud cas 9. num. 3. Lancellot. de atten. rest. in integ pend c. 18. nu. 23. & seqq & nu. 31. & seqq.

n Vel biennium, de quo in Auth. ei qui C. de temp. appell. vbi not.

o Alex. in cons. 10. ad fin. lib. 1. & cons. 164 num. 5. lib. 2. Carauit. in rit. magn. Cur 169. num. Iupute in decis. 56. num. 2. p. 2. Lanc. de attent. c. 12. nu. 47. in præfat. quam ops. in practica seruari dicit Salyc. in l. fin. paragr. illud. C. de temp. appell. num. 4 vers. & quia

p Sub Rubr. de appell. c. 131. volum. & quæ dirimunt quæstionem illam D. D. quanto, scilicet. tempore ante finem anni debeat fieri commissio: dum omnes concludunt fieri debere per tantum temporis antè finem fatalium intra quod caussa possit expediri: quòd si fieri incipiat sibi imputet appellans, quod se nomentum addiderit. Saly. in d. Auth. ei, qui. num. 3. vers. Sed tunc quare secundo.

q l. fin parag. illud iuncta gl. C de tempor. appell. d ele. fiunt. de app. & c. ex ratione. eod tit.

r Quod fatetur Alciat. in cons. 32. num. 19. lib. 6.

a Ad hoc vt controuersia, circa initium fatalis semel terminaretur vt patet ex priori decreto de quo in originalibus precibus existentibus in archiu.

petita

petita, vti à Iuris terminis, & ab æquitate aliena, minimè concedi debere. Agitur enim de sententijs *b* pro bonis per dictos Iugales possessis, *c* inter d. Iugales, & q. I. C. Franciscum, & Ambrosium fratres de Cuticis, vti omnes ad hæreditatem q. Iacobi Cutici ab intestato vocatos, latis, partim ad fauorem dictorum I. C. & Ambrosij, partim in eorum præiudicium; à quibus, in partibus præiudicialibus, interpositæ sunt dictæ appellationes; quæ dicuntur iniudicatum transiuisse: contrà quas sententias, & earum desertionem, *d* petita est restitutio in integrum per ipsos Respondentes, tum ex capite ignorantiæ, *e* cum ipsi fratres respondentes vti filij, & successores d. q. Ioan. Ambrosij debito *f* tempore non habuerint scientiam pendentiæ dictarum appellationum, tùm ex capite minoris *g* ætatis, cùm re vera alter ex præfatis fratribus consortibus esset minor tempore quo dicuntur desertæ remansisse d. appellationum caussæ, vt in actis Consulum abundè probatum est: ex quo M. V. videt qui sit is effectus ex quo tantopere exclamant d. Iugales sibi excludi exceptiones rerum iudicatarum, & in iudicatum transactarum, cum ipsi Aduersantes bona spectantia ipsis Respondentibus possideant, & rei sint. Et etiam videt, quàm toto aberrent cœlo in alio puncto lapsus fatalium, cùm & apud M. V. etiam in literis *h* quæ de forma dantur prorogationis caussarum appellationum, & apud omnes Iudices inferiores cōditione obtineatur bienniū, & etiā quandoq; trienniū dari ad prosequēdū, & definiēdū caussas appellationū à die earū cōmissionis; et merito, cū nō prius currāt fatalia caussarū appellationū nisi facta *i* instantiam succumbentis, de cuius iure nullatenus apparet.

b A vera quidem harū sententiarum lata fuit ad fauorē Aelij pro parte dotis vxoris eius altera vero à in causs. f dei. & [illegible] fi, cuius casus euenit in personā eius dē vxoris.

c Si bona controuersa possidētur per Actum, inhibitio renoūāda erat, vti facta ad

d Ecce quod ipsa pars ingenuè fatetur appellationes desertas remansisse.

e Hæc restitutio in integrum ex capite ignorantiæ non solet concedi, nisi qn. clara constat de ignorantia; non autem si adest aliqua præsumptio scientia. Alba, qua alios recenset, in consil. 229. nu. 12. Ideò attentis præsumptionibus scientiæ resultantibus ex coniunctione sanguinis, & cohabitatione cùm Patre, & Patruo I. C. non potest prætendi hęc restitutio.

f Cùm desertio contigerit viuente Patre, quodnam esse potest illud tempus?

g Minor ætas non suffragatur in iud cio, etsi sit infra 18. annum, per Stat. Mediol. in dicto c. 252. vol. c. Quare, cùm esset ille Gaspar, æt. ann. 19. non potuit adspirare ad aliquam restitutionem, dato quod desertio contigisset in persona ipsius, non patris: quia degestis post 19. annum restitutio peti non potest, cum sit maior. Affict. in const. Reg. de rest. min. Rub. 38. p. 21. num. 4. in fin.

h Hæ litteræ nihil probant intentionem partis, nam illa verba, vbi lapsa non sint fatalia à iure communi data, non inferunt quod fatalia incipiant à die commissionis. Sed quia fieri posset, vt duraret quidem tempus 20. dierum vtilium, quod est species fatalium, cum eius lapsus caussam perimat; lapsum tamen esset biennium, quod datur à iure, adeò vt necesse sit in specie triennium impetrare, ideò Senatus sciens possibile esse, vt facta commissione circa finem anni, vel biennij tempus à iure datum lapsum sit apponit talem conditionem quæ intelligenda est, secundum ipsum ius commune, vt tale tempus currat à die appellationis, & illi 20. dies dati à No. Const. currant à die commissionis, ità disponente decreto.

i Hanc opin. quod fatalia non currant, nisi à die commissionis, tenuerunt quidem Lanfran. Orian. in c. quoniam contra. verb. Interlocutiones. num. 38. de probat. & Marsil. in sing. 51. Ea sanè ratione moti, quod cùm non adsit certus Iudex corā quo agatur, succedat regula, Quod non valenti agere &c. Sed intelligi debent dummodò per appellantem non steterit, quominus daretur Iudex, videmus enim in fortioribus terminis, quòd in consistorio Principis non currit instantia; ità demum, si fuerit notificata Principi appellatio, vel appellans fuerit sollicitus in introducendo caussam; Fr. Mar. in quæst 420. num 1. & 2. p. 1. Et ideò quando appellans fuit negligens in prosequendo caussam, currit tempus etiam in consistorio Principis. Roland. Cauagn. ad decret Montisferrati 13. parag. 4. q. 2. Quòd maximè procedit, cum habeamus tempus præfixum ad faciendum committi caussam scilicet saltem per viginti dies vtiles ante lapsum fatalium iuris communis, quo casu, vt inquit Aug. in cons 140. relatus per Alex. in cons. 064 nu 5. vol. 2. si commissio non fiat, caussa remanet deserta. Et ità post Ang. scripsit Montepes in cons 83. nu. 8. Quod si appellatum sit ad priores, qui ex forma statuti habent caussam committere intrà tres dies, si contingat Priores non committere, quia caussa non fuerit sollicitata appellatio remanet deserta: Ecce igitur quod contingit desertio appellationis absque vlla commissione quod euidenter ostendit ante commissionem currere fatalia iuris communis. Et Orianum Marsilium; ita declarauerunt Put. in decis. 36. num. 2. p. 2. & Thesaur. in decis. 10. num. 9.

com-

commissione, vt per No. Constit. disponitur, & abundè per iuris allegationes dictum est coram d. D. Aduocato, qui ità iuris esse sentiendo, noluit manum apponere; * nihilominus, ne quid pendente in integrum restitutione innouaretur.

* inhibitioni.

Sed mirum est hoc etiam, quòd à d. Iugalibus prætenditur, cùm post longam disputationem super hoc articulo restitutionis in integrum, & exceptionum, passi fuerint caussam ipsam committi I. C. Zanotto Parpalionco, propterea M. V. rogant.

Vt nil aliud velit decernere, quàm quòd partes iuribus suis vtantur. Et speratur &c.

INDEX

INDEX

ORDINVM SEV DECRETORVM EXCELLENTISS. Senatus, qui in hoc libello continentur.

Delin-

DECRETORVM,

SEV

ORDINVM

EXCELLNTISS.mi

SENATVS

MEDIOLANEN.

TERTIA ADDITIO

quæ appellatur nouissima.